cj.inci.viſis ⁊ pōderatis his ⁊c.⁊ in addi.meis ibidem.⁊ Pet.de an
cha.in conſi.cclxxi.in prin.inci.verū mulier tranſeundo ⁊c.⁊ Pau.
de ca.in cōſi.cclxiij.inci.Mater que trāſiuit ⁊c.⁊.d.meus in.l.ado
ptiuum.§.patronū.in ij.col.ff.de in ius voc.vbi ponit quid de fi-
lio poſtea nato.¶ Quomodo autem ⁊ qualiter hodie ſint ſublate
31 pene iuris ciuilis introducte ꝯtra ſecūdo nubētes † poſuerunt dñi
cano.late in.c.cū ſcđm.extra de ſecū.nup.⁊ Pau.de ca.in.d.conſi.
cclxiij.incip.mater q̄ tranſiuit ad ſcđa vota ⁊c.per totū.⁊ do.meus
Alex.in cōſi.xiv.in vlti.col.in.iij.vol.inci.viſo themate ſupraſcri-
pto ⁊c.⁊ do.Ant.de prato vete.ibidē in ꝯſi.cxxxvj.inci.vere crude
le videtur ⁊c.⁊ Io.de ana.in ꝯſi.lxxiij.incip.ex his que in facto ⁊c.
⁊ in addi.mei ibi ⁊ Io.de ana.in ꝯſi.cj.inci.viſis ⁊ pōderatis his
que ⁊c.⁊ in addi.mei ibi,⁊ Ludo.roma.in ꝯſi.clxxxij.incip.in caſu
propoſito ⁊c.vbi cōcludunt ꝙ ſunt ſublate quo ad infamiā que ir-
rogabat de iure ciuili nubēdo infra tpš luctus.nā de iure canonico
mortuo viro nubat in dño.d.c.cū ſꝫ.⁊ idē vꝫ etiā de iure ciuili.auē.
per tex.in.§.optimū.in auē.de nup.in ver.ſuadet ſi iuuenis eſt ⁊c.
vbi impator ſuadet capere virū ſi eſt iuuenis iuxta illud,Miſeris
ſuccurrere diſco ⁊c.Stant ergo bene ciuiles quo ad ſuccedendū in
bonis a marito prouentis ad filium in vſufru.tātum ⁊ in lucris nu
ptialibus ⁊ ſimilibus,prout dicūt ſcribentes in locis predictis,et
etiā.ſ.dixi.¶ Preterea nota tu in hac materia vnum qđ ſecundo
nubēs ſi non extant aliqui filij lucrat non ſolum bona prouenta a
marito ad filium morientē ab inteſta.ſed etiam omnia data ⁊ lega
ta a marito vel ab vxore ſi eſſemus in marito nubēte ſcđo.tex.eſt in
l.femine.in ſi.C.de ſecū.nup.⁊ in.§.ſi vero expectet.in auē.de nup.
coll.iiij.⁊ in terminis voluit do.meus Alexan.in conſi.cxi.in ſcđo
volu.incip.viſo themate ſupraſcripto ⁊c.⁊ in dicto ꝯſi.xlv.in.j.col.
in.iiij.

in quarto vol. incip. viſo themate ſupraſcripto ⁊c. vbi eſt idemmet conſilium repetitum de verbo ad verbū. de qua materia vide etiā per Oidra. in conſi. xxxiij. incip. quidā habuit vxorē ⁊c. ⁊ per Fran.
32 aret. in conſi. xl. incip. preſupponit in facto ꝙ quidā Vogel. † vbi ponunt an perdat vſumfructū ſibi relictum a viro per tranſitū ad ſecūda vota, ⁊ quid de hereditate filij. ⁊ per Ludo. ro. in conſil. xc. incipien. clarum eſt ſolutione ⁊c. ⁊ in conſi. clxxxij. incipien. in caſu propoſito aduertendum ⁊c. vbi ponunt an per tranſitum ad ſecunda vota maritus perdat lucrum quod peruenit ſibi ex dote vxoris ⁊ concludit quod ſic que omnia tene menti quia iſta facient tibi honorem ſi dabitur quod occurrant prout ſepe occurrunt: ⁊ non ſunt multi menſes quibus habui conſulere circa predicta in cauſa magne importantie. Bologninus.

Summarium.

1 Parentes naturales tantum quomodo ſuccedant ab inteſtato liberis ſuis. 4. 8.
2 Spurius adoptari vt ei ſuccedatur vel ipſe ſuccedat parētibus nō poteſt, ⁊ quis dicendus ſpurius.
3 Imperator per nouam legem nō pōt facere ſpurios ſucceſſibiles. Et quid de ſtatuto.
Auus nepoti ex filio ſpurio non poteſt relinquere niſi pro alimentis.
5 Mater illuſtris an et quando ſuccedat ſpurio. 6. Et quid de patre. 7.
9 Filij legitimi et naturales obſtant patri in ſucceſſione filij ſpurij. Spuria quemadmodum patri ſuccedere non poteſt, ita nec econtra.
10 Naturali tantum nunquid ſuccedat pater habens legitimum aut vxorem. 11.
12 Concubinatus quem affectum requirat.
13 Mater cōcubina ſuccedit naturali in decē vncijs, pater autē in duabus tantum. Et quid ſi pater premoriatur. 14.

Secundum membrum ſecundi articuli principalis.

Mattheſyllanus.

Secundum mēbrum principale huius ſecundi articuli, erit videre de parētibus naturalibus tantū quō ſuccedant ab inteſta-
1 to liberis ſuis † ⁊ hoc caſu diſtinguo. aut ſunt parentes qui habuerunt liberos ex coitu damnato ab aliqua lege temporali. ⁊ nullo modo poſſunt ei ſuccedere. vt in auf. qui. mo. naturales effi. ſui. §. ſi.

Additio. Jn hoc ſecundo gradu ſecundi articuli principalis concluſio prima eſt fundata in. d. §. ſi. in auf. qui. mod. nat. effi. ſui in ver. neqꝫ participanda eſt ⁊c. ꝙ parentes nō ſuccedunt natis ſuis ex dānato coitu reprobato ab aliq̄ lege tpali. ſiue ſint parētes per lineā maſculinā ſiue per lineā femininā. ⁊ idem probatur in auf. ex cōpleta. C. de inceſt. nupt. ⁊ l. ſi ſpurius. ff. vnde cognati. ⁊ in hoc a pari procedūt parentes ⁊ liberi. nec ſunt melioris conditionis parētes quā liberi. nam liberi de ex tali coitu damnato nati prohibentur ſuccedere indiſtincte parētibus omnibus prout dictum fuit ſupra in primo articulo principali, ⁊ in parentibus ⁊ liberis. ita in terminis voluit Azo. in ſumma. C. de legit. here. ⁊ Dy. in tractatu de ſucceſ. ab inteſta. ⁊ Bar. in. l. ſi. in. j. colum. ff. de his quibus vt indig. ⁊ Barto. in. l. ſi quis ſub condi. circa mediū. ff. de teſt. tut. ⁊ Bar. in. l. j. in ſi. prin. ff. de cōtratab. et Bald. in auf. licet. C. de na. libe. ⁊ do. meus in ꝯſi. cxlviij. in. ij. col. in. ij. vol. incip. ſi ſtatutum dicit ꝙ muliere ⁊c. Plus dixit Ludo. ro. in ſingu-
2 lari ſuo inci. adoptio ⁊c. ꝙ † nō pōt filiꝰ ſpurius adoptari vt ei ſuccedaẜ vel ipſe ſuccedat parētibꝰ vel alijs ꝯſanguineis. Nihilominus tñ tenent tales filij alere parētes in caſu neceſſitatis prout diximus ſupra. ecōtra per rōnem. c. cū haberet de eo q duxit in matri. quam pollu. p adulte. ⁊ in. §. ſi vero in auf. de inceſt. nup. in verſu. pſcētes aūt ⁊c. ⁊ do. meus in cōſi. lxxiij. p totū in tertio volu. incip. vtrū nepotes ex filio ſpurio nati ⁊c. Et vt ſcias qs dicatur ſpurius dic ꝙ vbi qs nō eſt natus ex concubina in domo retēta pro cōcubina ſed ex cōiugata vel ſoluta ſm Pan. de ca. in ꝯſi. cxxvij. an. iij. colū. in ver. iiij. ⁊c. incip. ſup primo dubio vr̄ dicendū ⁊c. ⁊ do. meꝰ Alex. de imo. in ꝯſi. lx. l. iij. col. in. ij. vol. inci. an legitimatus ⁊c. ⁊ no. in. l. j. C. de natu. libe. Et adeo eſt pħibita ſucceſſio inter tales aſcēdentes ⁊ deſcēdentes ꝙ ſi qs eorū teneret bona alterius ſibi data etiā tanꝗ pauper p teſtamētarios exequutores ⁊ ēt p. xxx. an. nō poteſt pſcribere ſm Bal. in. l. id qd pauperibꝰ in pe. col. C. de epiſ. ⁊ cle. Jmmo nō pōt impator p nouā legē facere eos ſucceſſibiles ſm
3 Bal. in. l. ea ꝫ quā in. xiij. col. C. de fideicōmiſ. † Et ideo dicimus ꝙ nō pōt ſtatutū ēt facere eos habiles ad ſuccedendū ſm Bal. in. l. j. C. de iur. ann. au. ⁊ Bal. in. l. j. in. xiiij. col. C. de ſac. ſan. ec. ⁊ Bal. in c. decedenti in penul. col. in tit. qui feu. da. poſ. in vſi. feu. Et ſic conſanguinei ⁊ alij ad quos bona pertinēt ꝙ ſi nō vēdicarent a ſpurio bona ſibi data ab aſcēdentibꝰ ⁊ ſtarent p duos annos pōt fiſcus exigere ⁊ auferre ab eis oībus tanꝗ indignis ſm Bald. in. l. certum in. vj. colum. C. vnde cogna. ⁊ Bald. in. l. j. C. de ſecun. nup. Vltimo pro cōplemēto huius materie nō omitto vnū ꝙ in tantū lex abhorret ſucceſſionē iſtorū ſpuriorū ꝙ ſi ex filio ſpurio meo extat nepos nō poſſum ego auus relinquere nepoti extante legitima ſobole niſi pro alimētis ſm do. meū Alex. in ꝯſi. lxxvij. incip. Vtrū nepotes nati ex filio ſpurio ⁊c. in. iij. col. vbi belliſſime examinat hāc materiam quē omnino videbis. Tamen limita prout dixi ſupra in primo articulo in gradu ſuo maxime dum dixi de ſuccedēdo matri ab inteſtato. Ludouicus Bologninus vtriuſqꝫ iur. doctor ⁊c.

4 **Aut ſunt parentes qui** † habuerūt filios naturales tñ ex coitu non damnato ab aliqua lege tēporali ⁊ tunc diſtinguo: aut queriẜ de matre vel de alijs aſcēdentibus per lineam maternam.

Primo caſu dico tales parētes poſſe ſuccedere ab inteſtato talibus liberis naturalibus tñ perinde ac ſi eſſent nati ex legitimo matrimonio vt inſti. ad tertul. §. ſi. ⁊ inſtit. de ſuc. cogna. §. vulgo. et. l. ſi ſpurius. ff. vnde cogna. cū ſimi. Et hoc puto verū ſiue mater que habuit filiū ex coitu meretricali ſit illuſtris ſiue nō l ꝫ glo. dicat contrarium ⁊ male inſti. ad tertul. in. §. ſi. ⁊ ꝙ illa glo. male dicat ꝑ ꝫ ꝙ filij ſpurij bñ poſſunt ſuccedere matri illuſtri niſi hec mulier habeat filios legitimos ⁊ naturales. talium eñ fauore filij ſpurij excludūtur vt. l. ſi qua illuſtris. C. ad officia. Sequiẜ ergo ex hoc ꝙ econtra pōt mater illuſtris ſuccedere ab inteſtato filijs ſpurijs ſuis ⁊ nō ipſa habeat filios legitimos ⁊ naturales quia abſurdum eſſet hoc caſu matrem precedi ab illis legitimis qui quo ad illos ſpurios ſint fratres vterini tantum vt in auhen. de functo. C. ad tertul. ⁊ inſti. de ſucceſ. cogna. §. vulgo.

Additio. Hec eſt ſecūda cōcluſio ſecundū autorem qd mater ⁊ alij aſcēdentes per lineam maternā ſuccedunt filio ſpurio. non tñ nato ex dānato coitu ab aliqua lege temporali perinde ac ſi eſſet natus ex legitimo matrimonio. d. §. ſi. inſti.
5 ad tertul. cū ſimi. † Et plus voluit autor ꝙ etiā ſi mater ſit illuſtris ſuccedit dicto ſpurio nō obſtante dignitate predicta ſicut filij predicti etiā ſuccedūt ei l ꝫ ſit illuſtris dūmodo nō habeat filios legitimos ⁊ naturales. ⁊ in hoc plus hꝫ ꝗ ipſi q abſurdū eſſet matrē precedi a filijs ſuis q ſunt vterini fratres pſone defuncte cōtra aut. defuncto. C. ad tertu. Circa qd adde tu ꝙ forte gl. l. d. §. ſi. ad tertu. rectius dixit qd mater illuſtris nō ſuccedat tali ſpurio ob demigrationem cōditionis ⁊ ſtatus ſui. pro quo pondero rationē tex. in. l. ſi qua illuſtris. C. ad offi. in ver. cū mulieribus ingenuis ⁊ illuſtribus acerbum ſit ſpurios nominari ⁊c. que ratio eſt generalior dicto et ideo magis attendēda eſt. l. cū pater. §. dulciſſimis. ff. de lega. ij. Nec reperio tex. admittentē eam cōſtitutā in dignitate. nā tex. in. d. §. ſi. inſti. ad tertul. admittit matrē ad ſucceſſionē filij vulgo qſiti. Sed nō facit mentionē de illuſtri vñ intelligo in alijs non coru-
6 ſcantibus illuſtri dignitate. Ad idē allego † q ſi pater nō conſtitutus in aliqua dignitate: ⁊ alij aſcēdentes per lineam maſculinam nō poſſunt ſuccedere tali ſpurio nato ex coitu nō dānato. l. hac pte. ⁊ l. ſi ſpurius. ff. vñ cogna. ⁊ voluit Hoſtien. in ſumma de ſucceſ. ab inteſta. §. ſi e vidiſti. ⁊c. ver. ⁊ nunqd pater ſpurius ⁊c. Vel ſi ſuccedūt admittunẜ in duabus vncijs ſm ⁊ prout dicā. j. dum attingā de patre naturali ſuccedēti filio: ergo multominus mr̄ illuſtris dꝫ poſſe admitti ad eius ſucceſſionē. Ad idē conſidero aliud q ſi rōne rei materialis talis filius repelliẜ ⁊ lex eū abhorret vt in materia feudali in qua nō ſuccedit. vt in. c. naturales in tit. ſi de feu. fuerit contro. inter do. ⁊ agna. multomagis rōne pſone: ⁊ maxime in ſuccedēdo ei nō dꝫ tolerari ⁊ ſic vt mater illuſtris ei ſuccedat. Niſi tenendo opinionem Spec. dicamus ꝙ ex quo lex ciuilis tolerat illuſtrē procreare tales filios ⁊ non dānant. Et pmittit tales filios ſpurios ſuccedere mr̄i illuſtri nō exiſtētibus legitimis ⁊ naturalibus nō eſt abſonū ꝙ ipſa eis ſuccedat: q magis eſt nō pħibuiſſe expreſſe illuſtri talem coitum: ⁊ nō impoſuiſſe ei penā acerbiſſimam: ꝗ ꝙ mater eis ſuccedat. Nec obſtat ratio. d. l. ſi qua illuſtris q aſſignaẜ illa ratio ad excluſionem talium filiorū ⁊ ob exiſtentiā legitimorū ⁊ naturalium ⁊ ſi non extarent legitimi illa ratio omnino ceſſaret etiam in ſuccedendo matri illuſtri ergo quo ad matrē volentem eis ſuccedere mi-
7 nus eſt illa ratio in conſideratione. † Preterea nō obſtat de patre quia aut eſt omnino incertus ⁊ tunc ratio incertitudinis eſt illa que tamen excludit ab illius ſucceſſione. d. l. hac parte. ⁊. d. l. ſi ſpurius aut non eſt omnino incertus ⁊ tūc admittitur in duabꝰ vncijs ⁊ prout inferius dicam in loco ſuo ⁊ ſupra dixi econtra quando tales filij ſuccedant patri ergo mater quātumcunqꝫ illuſtris pōt eis ſuccedere. Et ſi diceretur mihi amice ſubtilius inueſtigando cur tam varie quod mater ſuccedit in decem vncijs pater vero exiſtens ſuccedit in duabus vncijs. vt in. §. iu quibus in authen. quib. mod. natu. effi. ſui dico quod ratio eſt quia lex abhorret magis vitiū paternum quā maternuꝫ ⁊ maiori odio proſequitur patrem ⁊ lineam

totam maſculinam quam matrem ⁊ lineam maſculinam prout infra ſtatim demonſtrabitur. ¶ Verum eſt quod vbi alter eorum extaret tunc admitteretur in totū. D. §. ſi. inſti. ad tertul. ⁊ l. ſiue ingenua. ff. eo. tit. ¶ Alij autem conſanguinei ex parte patris non ſuccedunt in aliquo dicto ſpurio nato ex coitu nō damnato ſicut nec ipſe ſuccedit eis. vt not. in. §. filium in auť. qui. mod. natu. effi. ſui. ⁊ in l. ſi. C. de natu. libe. Secus eſt in conſanguineis ex parte matris. nam bene ſuccedunt inuicem ipſi ⁊ talis ſpurius. d. l. ſi quis illuſtris. C. ad orfi. ⁊ in l. ij. ff. vnde cognati. de quo articulo latius dicā infra dum tractabo de tranſuerſalibus inuicem ſuccedentibus in tertio articulo principali in gradu ſuo per me poſt autorem examinando. Bologninus.

Secundo caſu quando queritur

8 † de patre vel alijs aſcendentibus per lineā paternā naturalibus, Tunc diſtinguo aut pater eſt penitus incertus ꝗ eſt quādo mulier eſt publica meretrix ⁊ planū eſt ꝙ nō poteſt ſuccedere licet aliquis qui rem habuerit cum talibus meretricibus ſit adeo fatuus ꝙ tractet talē pro ſuo filio. vt in. §. q̄ vulgo. ¶ Aut eſt ortus ea certitudine que pōt cōmuniter haberi. l. lucius. ff. de condi. ⁊ demon. ⁊ tūc dico ꝙ eodē modo ⁊ eadē forma qua ſupra dictū eſt eos filios naturales ſuccedere poſſe patri. ⁊ ecōtra poterit talis pater eis ab inteſt. ſuccedere. ⁊ eſt caſus inſti. de ſerui. cog. §. j. ibi ſʒ alterū in alteri⁹ ⁊c. ⁊ in auť. quib. mo. natu. effi. ſui. in. §. in quibus enim caſibus ⁊c. vbi eſt optimus text.

Additio. ¶ Poſtꝗ autor dixerat de matre ſuccedente ſpurio nato ex coitu non dānato ſm ea que ſupra diximus, nūc ponit quō pater ſuccedit tali filio de quo ſupra aliquid dixi in additione precedenti ⁊ nūc in loco ꝓprio dico ꝙ ſicut tales filij excluduntur ⁊ admittunť in ⁊ a bonis paternis ⁊ aliorum aſcendentium per lineam patris ſcḋm ea que diximus ſupra in primo articulo principali in gradu ſuo, ita ipſe pater ⁊ alij aſcendentes per lineā ſuā admittunť ⁊ excludunť in bonis talis filij. l. hac parte ⁊ l. ſi ſpurius. ff. vnde cogna. cū ibi nota.

9 ¶ Plus dico q̄ † ſicut filij legitimi ⁊ naturales excludūt talē filiū a ſucceſſione patris iuxta ea que habenť in auť. lʒ. C. de nat. libe. ⁊ in corpore vnde ſumunť: et dixi. ś. in primo articulo principali in gradu ſuo. Ita obſtabūt filij ꝓprij legitimi ⁊ naturales patri in ſucceſſione talis filij ſpurij ⁊ multo magis ꝑ rationē aſſignatā per imperatorē in auť. de inceſ. nupt. circa principiū in ver. eos quidē qui peccant ſine reatu eos eſſe aūt innoxij ſunt tanꝗ peccātes puniri ⁊c. vbi tex. loquiť de patre ⁊ filio ſpurio dānans magis reatū paternūꝗ filij de qua materia poſuit aliquid do. meus in cōſi. cxlviij. in. ij. col. in. ij. vol. incip. ſi ſtatutū dicat ꝙ muliere predecedēte ⁊c. vbi cōcludit ꝙ ſicut filia ſpuria nō pōt ſuccedere patri ita nec ecōtra pater pōt ſuccedere ei. ⁊ a pari procedunt vt ibi per eū multū luculenter examinantē iſtū paſſuʒ ⁊ maxime in caſu cuiuſdā ſtatuti de quo ibi per eū ⁊ in cōſ. cxxxix. ꝑ totum in. i. volu. incip. an nepos ſuccedat ex teſtamēto ⁊c. in. ij. col. vbi dicat ꝙ reciproca eſt rō inter iſtos vt nō ſuccedant ad inuicē. ⁊ in ꝯſi. xxx. in. iij. vol. incip. iuxta ea que alias cōſulendo ſcripſi ⁊c. de quo etiam dicam inferius in addi. mea incipiē. hec illatio ⁊c. vbi latius exordiar in hac materia. Bologninus.

Et ex hoc infertur mirabiliter q̄

10 † ſi aliquis ſolutus habuerit vnū filiū ex cōcubina ſoluta ⁊ poſt accepit vxorē ⁊ habuit vnū filiū ex ea ⁊ tēpore mortis talis filius naturalis reperiať ſuperuiuere vel vxor illa vel filius ille legitimus non poterit pater ſuccedere ab inteſtato tali filio naturali quia in eodem gradu ſi pater deceſſiſſet nō potuiſſet fili⁹ naturalis in aliquo ſibi ſuccedere: ⁊ tamē nō eſt aliqua ſpecies ꝙ etiā in ſubſidiū vltimo loco talis vxor vel talis filius legitimus poſſint ſuccedere ab inteſtato tali filio naturali tantū, ipſe enim nō eſt eis agnatus vel cognatus vt infra latius dicam.

Additio. ¶ Hec illatio vera eſt. nam ad hoc vt ipſe filius poſſit ſuccedere patri ⁊ neduʒ in oībus bonis ſʒ in duabus vncijs tm̄ prout iura cōcedunt tria ſunt neceſſaria cop̄ latine. pmo ꝙ illa ex qua talis natus eſt fuerit cōcubina indubitato affectu in domo retenta ⁊ q̄ tpe mortis patris nō ſint aliq filij legitimi ⁊ naturales, ⁊ ꝙ tpe mortis nō ſuperſit vxor legitima prout ſupra cōcluſum fuit in primo articulo principali in gradu ſuo ergo cū par ſit ſucceſſio patris ad filiū ſpuriū nō mirū eſt ſi non pōt ei ſuccedere in caſu premiſſo per autorē.

11 Tamen † iudicio meo in vno fallitur autor dum dixit ꝙ in aliquo non pōt pater ei ſuccedere. nam immo ſuccedit in duabus vncijs ſicut ſuccedit eis filius niſi ſaluando eum dicamus ꝙ ſtante exemplo ś. per eum poſito recte autor loquutus eſt quia pater habebat vxorem legitimam ⁊ filiuʒ legitimū quo caſu ſicut tunc non ſuccedit ei filius in aliquo ita dicendum eſt econtra. Sed vbi pater non haberet vxorem nec filios legitimos tunc bene admitteretur in duab us vncijs in bonis dicti filij ab inteſtato ⁊ hoc eſt quod voluit ipſemet autor infra ſtatim in verſicu. proxime ſequenti incipi. item ex iſtis infertur ⁊c. Et nota tu vnum mirandum in hoc articulo ꝙ filij legitimi ⁊ naturales vel vxor legitima que reperitur eſſe tēpore mortis patris ſicut eſt cauſa ꝙ dicti ſpurij nō ſuccedunt in aliquo patri, ita ipſimet filij vel vxor operantur eundem effectū in patre volente ſuccedere filio ſpurio. quod videtur multum extraneū. nam de filio qui propter alteruʒ predictorum ſuccedere nō poſſit habet in ſe rationē q̄ damus patri tunc legitimam ſucceſſionē: ſcʒ vel filiorum legitimorum ſi extant vel vxoris ſi non extant ⁊ que ſint ſucceſſiones legitime a iure introducte ſed quod alterum iſtorū impediat patrē ſuccedere huic filio neſcio quo ſpiritu. nam nō videntur ad rem niſi dicamus quod principalis ratio eſt huius prohibitionis tam in filio ꝗ in patre q̄ mater filij non ſit retenta in domo indubitato affectu vnde lex fingit iſtum non eſſe patrem: ⁊ econtra iſtum nō eſſe filium ⁊ ideo non ſuccedūt ad inuicem: ſed vbi quis primo tenuiſſet concubinā affectu indubitato in domo ex qua habuiſſet filiū ⁊ poſtea cepiſſet aliam vxorem legitimā ex qua habuiſſet filium demum filius concubine mortuus fuiſſet ab inteſtato relicto patre cū vxore et filio certe neſcio videre cur pater nō ſuccederet dicto filio ſaltem in duabus vncijs: et forte in totum: nec dicať mihi ꝙ filius nō ſuccederet patri quādo habet filios legitimos ⁊ naturales. nam tūc cauſa eſt in promptu q̄ extāt filij legitimi quorū ſucceſſio eſt. ⁊ idem qn̄ nō extant filij: ſed vxor. nā vxoris ſucceſſio eſt ⁊ ideo ſpurius iſte repelliť a ſuccedendo patri q̄ habet habiles ⁊ reſiſtētes in ſuccedendo patri. Sed nō eſt ſic in ſpurio filio decedente vt pater ei ſuccedere prohibeať. nam filij ipſiuſmet nō obſtant patri nec vxor. nam filij vel vxor nihil habēt cōmune vel agere cū filio ſpurio nec in ſuccedendo ſpurio, nec in ſuccedēdo ſpurio obſtant patri vel marito vxor vnde cogitabis ſuper hoc:

12 quia forte pater ſuccedit huic filio † niſi dicamus ꝙ concubinatus requirit eundē effectū quē requirit matrimoniuʒ ⁊ alia que voluit Bar. in l. pe. ff. de cōcubi. ⁊ Bal. in l. cum quā in. xiv. col. C. de fideicommiſ. ⁊ in. §. ſi. in auť. quib. mod. natu. effi. ſui. ⁊ ſic ſicut matrimonium durat vſqʒ ad mortē alterius ex cōiugibus ita pater nō debet dimittere cōcubinam ſed tenere eam vſqʒ ad mortē. Sed cum autor in exemplo ſuo dicit ꝙ quis habeat cōcubinam ⁊ poſtea cepit aliaʒ vxorem vnde nō mirū ſi non pōt ſuccedere filio ex concubina nato quia non fuit verus cōcubinatus. ſed vbi tenuiſſet eam vſqʒ ad mortem eius ⁊ poſtea cepiſſet vxorem forte ſuccederet filio ab inteſtato morienti ⁊ in totum tu cogitabis vt dixi ſuper his q̄ ſcrib. non ponunt ⁊ hec ꝓcedunt de iure ciuili ſed de iure canonico ſecus eſt quo iure omnis cōcubinatus eſt prohibitus. xxxij. q. iiij. c. nemo. ⁊ c. meretrices. ⁊ poſuit Alex. in conſi. cxxviij. in penul. col. in. i. vol. incip. Conſideratis verbis inſtrumenti conceſſionis ⁊c. ¶ Plus dico ꝙ tali ſpurio nato ex coitu non dānato nec conſanguinei patris nec ipſe illis ſuccedere poſſunt per not. in l. ſi. C. de natura. libe. et in. §. filium in authen. qui. mo. natu. effi. ſui de quo vltimo etiā ſupra aliquid dixi ⁊ ratio eſt: quia ſolum agnoſcitur matri ⁊ eius conſanguineis ſed non patri et eius cōſanguineis. l. cum legitime. ff. de ſtatu hominum. Bologninus.

13 **Item ex iſtis infertur** † q̄ ſi deceſſit fili⁹ naturalis tantū ab inteſtato ſuperſtite patre ⁊ matre ⁊ nō ſuperſtite vxore legitima nec aliquo filio patris legitimo ⁊ naturali: mater ſcʒ cōcubina ſuccedit ei in decem vncijs vt. d. §. ſi. inſti. ad tertul. Pater aūt ſuccedit in duabus vncijs tantum vt. d. §. in quibus.

Additio. ¶ De hac deciſione. d. Matthei. ś. feci mētionem in proxima precedenti additione mea vbi examinaui hec ſatis ad longū, ⁊ ſtātibus his terminis ſic cū dicto autore. ¶ Sed dubiū eſt q̄d ſi filius deceſſit ab inteſtato ſuperſtite patre ⁊ mortua matre cōcubina an pater ſuccedat in totū vel quomo-

14 do de quo dixi in additione predicta ideo non repeto hic. ¶ † Sʒ nunc occurrit ⁊ nō abre dubitatio, q̄d ſi pater premoriť: demū mater cōcubina relicto filio ab inteſtato: an ei ſuccedat mater in totuʒ ⁊ breuiter dico ꝙ ſic per text. in. d. §. ſi. ad tertul. ⁊ in l. ſiue ingenua. ff. eo. titu. ⁊ ſupra etiā diximus vbi etiam dixi q̄d in conſanguineis matris ⁊ etiam patris. ¶ Ludo. Bologninus.

Summarium.

1 ☞ Patres legitimi tantum quomodo ab inteſtato ſuccedant libertis ſuis. 4. 10.
2 Pater adoptiuus non ſuccedit filio hodie ab inteſtato. Et quid de matre.
3 Ratio ciuilis ſola poteſt naturalem tollere.
5 Pater arrogator ab inteſtato filio arrogato an et in quibus ſuccedat. 8.
6 Filius adoptiuus cur potius ſuccedat patri ꝗ econtra. Et quid de arrogatore. 7.
9 Arrogator arrogās aliquē in nepotē nō in filiū an excludať a ſucceſſione illius ꝑ patrē legitimū ⁊ naturalē, aut matrem. 11.
12 Nepos arrogatus nunquid ſuccedat pariter cuʒ filijs arrogatoris ab inteſtato.

Tertium

¶ Tertium membrum ſecundi articuli principalis.

Mattheſyllanus.

Tertium membrum huius
articuli eſt videre de patribus legitimin tantū qūo
1 ab inteſtato ſuccedāt liberis ſuis. † ⁊ tūc diſtinguo
aut nos loquimur de patre adoptiuo aut de arro-
gatore. primo caſu dic ſi talis parens adoptiuus qō
in eius poteſtate non tranſiuit filius adoptatus prout eſt regulari
ter ⁊ tunc ipſe nullo mō pōt ei ab inteſtato ſuccedere. nā talis ado-
ptiuus hodie operatur tantū vnū effectū. ſ. ꝙ ſemper adoptatus
pōt adoptato ſuccedere ab inteſtato nō aūt econtra vt inſti. de he-
re. ab inteſtato. §. noſtra aūt ⁊ ibi notat glo. in verbo, tantūmodo ⁊
l. pe. §. ſed nec aeticulum. C. de adop. ⁊ hoc tenet Dy. in tracta. ſuc-
ceſſionum ab inteſtato.

Additio. ¶ In hoc tertio membro ſeu gradu ſecundi ar-
ticuli principalis cōcluſio ſit per autorem. poſt
2 Dy. quod pater adoptiuus qui nō habet filium in poteſtate † nō
ſuccedit ei ab inteſtato hodie. ⁊ vltra iura allegata p eū habes text.
in. §. ſi vero pater inſti. de hered. ab inteſta. Ex quo infero ꝙ multo
magis idem dicendū eſt in matre adoptāte in caſibus in quibus ei
permittit̃ ſibi adoptare vt eſt qñ a principe ob ſolatio. filiorū amiſſo
rum vt in. §. femine inſti. de adop. nā nō ſuccedet ipſa filio adopti-
uo ab inteſtato eadēmet rōne qua pr. Sed iuxta hoc occurrit mihi
dubium cur tam varie ꝙ filius adoptiuus etiā nō exiſtens in ptāte
ſuccedat patri adoptāti ab inteſt. vt. d. l. pe. §. ⁊ ſiquidē. C. de adop.
etiam cū filijs legitimis ⁊ naturalibus vt ibi dr ⁊ in. l. ſi te. C. de ſuis
⁊ legi. ⁊ voluit glo. in. §. aliquā inſti. de here. ab inteſta. in verbo. ab
inteſtato. ⁊. ſ. dictū fuit in primo articulo principali. ⁊ pater ei non
ſuccedit ⁊ ſic ſucceſſio vr in his correlatiuis claudicare cōtra naturā
omniū fere ſucceſſionū. ad hoc dico ꝙ nō omniū ꝙ. l. nos omniū. ff.
de legi. vel ſi nō volumus inniti in refugio miſerorū dicamus qō pōt
3 ratio ciuilis ſola tollere naturalem. † nam pater naturalis ſeu filij
illius adoptati nō dꝫ per ſimplicem actū ciuilē ꝫ priuari ſucceſſione
ſibi debita qō eſſet ſi adoptiuus pater ei ſuccederet ab inteſtato ſed
non eſt ſic ecōtra, nam ſi bene filius ſuccedit patri ab inteſtato cum
aliis, nō ita tollunt̃ iura ſucceſſionis niſi p parte pro qua ſuccedit is
qua etiā videt̃ accedere cōſenſus patris q nō teſtatus eſt. et quo dꝫ
intelligere ꝙ voluit eū ſibi ſuccedere, ſed nō eſt in filio qui ſi moritur
ab inteſtato eſt ſibi hoc neceſſariū cū teſtari nō poſſet poſitus in po
teſtate paterna. l. qui in ptāte. ff. de teſtamētis ⁊ ſic nō militat rō illa
volūtatis reſultātis q militat in patre adoptiuo inteſtato. Et quo
infero contrariū ꝙ ſi filius eſſet in caſu quo teſtari poſſet idē dicen-
dum eſſet in eo inteſtato mortuo vt pater adoptiuus ei ſuccederet
cū aliis eodē modo quo ipſe pater ex identitate rōnis ⁊ ne ſucceſſio
claudicet, tamē cogita ſuper predictis. Bologninus.

Aut eſt parens adoptiuus in cu-
ius poteſtate adoptatos trāſit qō eſt qñ aliquis adoptat̃ ab aliquo
ſuo aſcendente per lineam paternam vel maternam ⁊ tunc planum
eſt talem parētem poſſe ab inteſtato ſuccedere. l. pe. §. ſi vero pater
naturalis. C. de adop.

4 Additio. ¶ Hec cōcluſio clara eſt † ⁊ vltra illū tex. in. §. ſi
vero pater naturalis, probat̃ in. §. ſed hodie in
ſtitu. de adop. ⁊ qꝛ tunc duo vincula cōcurrūt naturale ⁊ ciuile vnde
magis operant̃ aut̃. itaq; eū vulg. C. cōmunia de ſucceſ. vbi funicu-
lus duplex plus operat̃ quā ſimplex. tū ſcias vnū in hac materia qō
adoptio eſt debilior ꝗ legitimatio ſm Alex. in ꝯſi. ȷ. in. xv. colū. in
pri. volu. incip. an legitimatus ⁊c. tū inducit coniunctionē ſangui-
nis ſcdm eundē in cōſi. cxxv. in vlti. col. in. iiij. vol. incip. viſo thema-
te ⁊c. que oīa notabis in hac materia. ⁊ adde his ꝗ dixi ſupra in pri-
mo articulo dicti gradus de legitimatis. Bologninus.

Secundo gradu quando loqui-
mur de patre arrogatore tūc dico bene talē poſſe ſuccedere ab inte-
ſtato filio arrogato in peculio caſtrēſi vel quaſi ⁊ in pprietate bono-
rum aduentitiorū. l. pe. §. ſi. C. de adop. ⁊ inſti. de here. ab inteſta. §.
5 noſtra aūt. † vbi dicit̃ ꝙ pater arrogator hꝫ illud iuris in bonis filij et
ecōtra ꝙ hꝫ pater naturalis ⁊ legitimus durāte patria ptāte. facit. l.
ſi arrogator. ff. de adopt. Sed cōſtat ꝙ ēt ſm ius. C. filiusfa. poterat
habere heredē ab inteſtato. l. ſi. C. ad tertul. vñ per illos tex. ⁊ hodie
p text. l aut̃. de here. ab inteſt. §. cōſequēs correctū eſt. l. ȷ. ⁊. ij. ff. de ca.
pecu. Et per hoc dico ꝙ tex. de acq. per arrog. inſti. in. §. annotato
debet intelligi per tranſitū: ſcꝫ ad eū tanꝗ heredē non aūt occupat
arrogator illam nudam proprietatē iure peculij vt probat̃ in. d. l. ſi.
C. communia de ſucceſſio.

Additio. ¶ Patri arrogatori ergo ſucceſſio in bonis filij
cōceditur ſicut patri ⁊ legitimo ⁊ naturali ⁊ tū in-
tellige licet autor hoc nō dicat ſi moritur filius in pubertate alias
nō ſed ad eos qbus veniret ſi arrogatio facta nō eſſet defertur ſuc-
ceſſio. tex. eſt in. §. mortuo inſti. de acq. per arro. ⁊ not. in. §. cū autē.
inſti. de adop. qō nota pro limitatione. ſ. dictorum p do. autorem.
6 Ex † quo infero ad corroborandū illud qō ſupra dixi aſſignando
rationē diuerſitatis inter patrē adoptiuū ⁊ filiū adoptiuum qꝛ ma-
gis ſuccedit filius patri ꝗ ecōtra. nā ex quo filius teſtari non pōt nō
teſtando nō inducit̃ illa volūtas de inſtituendo patrē ſicut ecōtra.
nam ideo ipuberi arrogato morienti nō ſuccedit pater qꝛ nō damna
eius voluntatē fuiſſe admittere vel nō admittere patrē arrogātem
ſed vbi pubes factus morit̃ ab inteſtato nō inſtituto aliquo videt̃
admittere eū ⁊ hec eſt rō quā aſſigno tibi etiā in hoc paſſu multum
quotidiano. quā tene mēti: qꝛ forte nō audiuiſti eā ꝫ vnꝗ ⁊ tāto ma-
gis hoc nota qꝛ talis impubes arrogatus moriens trāſmittit quar
tam ſibi debitā in bonis patris arrogatoris ſm Bald. in. l. cū anti-
quioribus in. vij. q. C. de iure delibe. Ludo. Bologninus.

Sed hic dicendum occurrit quid
erit ſi moriatur ab inteſtato ſuperſtite patre legitimo ⁊ naturali et
matre. ⁊ video ꝙ Pla. dixit hoc caſu excludi pꝛē ꝫ legitimū vt no. gl.
7 l. d. §. mortuo. † Et illā opi. glo. ibi nō approbat. nec iprobat ⁊ forte
hoc dixit Plac. qꝛ ſibi plꝫ opinio quorūdā ꝗ ponit̃ in aut̃. in ſucceſ
ſione. C. de ſuis ⁊ legi. i pn̄. gl. ij. ⁊ qꝛ iſta opinio quorūdā reprobat̃
ibi per glo. ⁊ doct. cōiter vt correctio euitet̃ inquantū fieri pōt ideo
opinionē Plac. nō credo verā. nā text. in aut̃. de here. ab inteſta. in
prin. §. ȷ. qñ dicit vocādos eſſe filios ⁊ nepotes per patrē ⁊ auum ⁊c.
debet intelligi large ſiue ipſi ſint legitimi ⁊ naturales ſiue legitimi
tantū vt ibi not. gl. in verbo, poteſtatis. Dicā ergo in caſu predicto
matrem ſuccedere in medietate totius hereditatis, et illos duos
patres ſuccedere ſimul in alia medietate ſicut eſt qñ quis decedit
ab inteſtato ſupſtitibus auo ⁊ auia paterna ⁊ auia materna tantū,
hꝫ auia materna ſola ꝗtum alij duo. vt. d. §. ꝯſequēs. ita debet dici
in propoſito eadem ratione.

Additio. ¶ Nota bene qꝛ queſtio iſta formata per domi
num autorē dꝫ intelligi in patre arrogatore. nā
adoptiuus pater nō ſuccedit vt. ſ. dixi. ⁊ tāto minus ſuccederet exi-
ſtente pꝛē ⁊ matre. Itē intellige qñ filius iſte morit̃ iam pubes. nam
ſi in pupillari etate decederet tūc etiā nō procederet hec queſtio cū
arrogator tunc ei nō ſuccedat per ea que. ſ. proxime dixi in addi. pre-
cedenti. reſtat ergo vt intelligamus ſane qñ filius pubes arrogatus
moritur relictis patre ⁊ mꝛe legitimis ⁊ naturali bus ⁊ patre arroga
tore qui ſuccedāt ⁊ iſte eſt paſſus de quo do. autor loqui voluit in
quo cōcludit matrē ſuccedere in dimidia omniū bonorū ei⁹ ⁊ duos
pꝛes in alia dimidia inter eos duos partiēda par. de auo ⁊ auia pa-
terna ⁊ auia materna vt primi duo dimidiā habeant ⁊ ſola auia ma
8 terna aliam dimidiam. ¶ † Aſt ego in hoc paſſu multum ſubtilior
non ſum eius opinionis immo alio tēdo. ⁊ dico ꝙ ſi impubes mori
tur abſq; dubio pater arrogator in nullo ſuccedit. tex. eſt i. d. §. mor-
tuo inſti. de acq. per arroga. in ver. mortuo aūt filio ⁊c. ⁊ no. gl. ia. §.
cū autē inſti. de adop. ſed difficultas ſtat quid ſi morit̃ pubes factus
⁊ adhuc ſentio hereditatē nō eſſe partiendā eo modo quo dixit au-
tor. Sed qō ſuccedant iſti oēs parentes vtiliter in capita cum oēs
eodem iure muniti ſint. parentes enim naturales iure naturali ⁊ ci
uili. Et iſte eodē gaudet priuilegio. vt in. d. §. mortuo ergo in capi-
ta ⁊ nō in ſtirpes admitti debēt. Et hoc videtur fuiſſe de mēte eius
ab inteſtato morientis vt oēs parentes admittant̃ in capita cū om-
nes eodē loco haberet. nec obſtat illud de auo ⁊ auia paterna ⁊ ma-
terna quia diuerſitas linee ibi illud inducit ⁊ linee naturalis ſꝫ hec
ratio linee hic ceſſat vt de ſe patet. ergo ⁊c. itaq; nihil habet commu
ne vnus caſus cum alio ⁊ ex diuerſis non infertur. l. pap. ex uli. ff. de
mino. l. ſi. ff. de calum. cum ſimilibus. tamē cogitabis ſuper hoc paſ-
ſu quia autoritas domini Matthei apud omnes maxima eſt ⁊ pre-
ſertim apud me qui eum multum obſeruo. maxime vbi firmat pe-
dem prout hic.
9 ¶ Et pro hoc † faciat etiam deciſio multum notabilis ipſiuſmet
autoris quam poſuit infra in verſi. immediate ſequenti incip. ⁊ pre-
dicta intellige. vbi dixit ꝙ vbicūq; arrogator arrogaſſet quē ꝫ nō in
filium. ſed in nepotē ⁊ ſic foret ſibi in ſecūdo gradu tunc pater legiti
mus ⁊ naturalis ⁊ mater excluderent dictum patrem arrogatorem
ergo ſentit aperte ꝙ vbi arrogaſſet eum in filium omnes parentes
ſunt in eodem gradu primo ⁊ per cōſequens omnes debēt eſſe eiuſ-
dem potentie ⁊ ſic ſuccedere in capita ⁊ non in ſtirpes. ¶ Et ad idē
conſidero quia ſicut legitima debetur huic filio legitimo ⁊ naturali
in bonis parentum ita debetur in bonis patris arrogatoris ex con
ſtitutione diui pij. ⁊ nō pōt ſine cauſa exheredari vel preteriri quin
habeat quartam vt in. l. ſi arrogator. ff. de adopti. ⁊. l. papi. §. ſi quis
impubes. ff. de inofficio. teſtamento. ⁊ ab inteſtato habet eandem
facultatem quam habent alij filij legitimi ⁊ naturales ⁊ pariter cū
eis ſuccedit. Ergo non eſt abſurdum ꝙ arrogator pater habeat ēt
ab inteſtato eam facultatem quam habent alij parentes ⁊ maxime
cum arrogator haberet nunc eum in poteſtate tempore mortis ⁊ ſic
habebat maiorē autoritatē in eo ꝗ alij parentes legitimi ⁊ natura-
les. ¶ Et aduerte ad vnum ne errares. nam dominus autor ꝓſup-

ponit in caſu ſuo extare ambos parentes naturales ⁊ patrem arrogatorem quo caſu iudicio meo procedere nõ poteſt exemplũ eius. nam arrogatio nõ fit de eo qui eſt in poteſtate alterius ſed de eo ꝗ eſt ſui iuris.l.j.ff.de adop.ſed ſi habebat patrẽ prout preſupponit autor ergo nõ cõuenit exemplũ poſitum de filio arrogato niſi dicamus ꝙ filius erat emãcipatus a patre et poſtea fuit arrogatus vel alio modo exiuerat patriã poteſtatẽ ante arrogationem.
10 ¶ Preterea opus † eſt alio ſupplemẽto ad hoc vt exemplũ domini autoris procedat.vꝫ vt intelligamus eũ loqui de iure nouiſſimo quo iure pater ſuccedit ei ſicut ſi eſſet in ptãte vt in auť.de hered.ab inteſta.circa principiũ.ſed ante illud tẽpus nõ ſuccedebat pater filio emancipato niſi cõtracta fiducia expreſſe.vt in.§.ſi.inſti.de legi.agna.ſucceſ.⁊ in.§.emãcipati inſti.de here.ab inteſta.Et hec ſufficiant quo ad filium arrogatum. ¶ Inſuper dñs autor in hoc exemplo videtur in alio defeciſſe dum dicit poſtea declarãdo ſemetipſum in.§.ſequẽti incip.⁊ predicta intellige ⁊c.ꝙ hoc exemplũ de quo loquimur põt verificari in filio dato in adoptionẽ vt ptꝫ in.d.verſi.⁊ predicta intellige ⁊c.ibi illũ adoptauerat ⁊c.Nã iudicio meo non põt in hoc procedere exemplũ poſitũ. nam ſi preſupponimus filiũ datum in adoptionem tñ non poſſet ſuccedere ab inteſtato ei pater adoptiuus cũ parentibus legitimis ⁊ naturalibus ad quos oĩo ſucceſſio ſpectat ⁊ ptinet excluſo patre adoptiuo p text.in.§.aliquaꝫ inſti.de here.ab inteſta.⁊ per ea que.ſ.dixi in gradu ſuo in hoc ſecundo articulo principali vbi cõcluſi ꝙ patri adoptiuo non datur ſucceſſio ab inteſtato in bonis filij adoptiui ſꝫ bene datur filio adoptiuo in bonis eius.Ergo dum autor dixit ꝙ predicta procedunt in adoptiuo ⁊ in arrogato,de arrogato verum dicit,ſed de adoptiuo minime ⁊ ex lapſu forte hoc dixit.Cogitabam tñ ꝙ poſſemus in vno caſu ſaluare dominũ autorem in exemplo ſuo de filio adoptiuo qñ datus eſſet in adoptionẽ alicui aſcendenti puta auo paterno vel materno ⁊ ſic trãſiuiſſet in ei⁹ poteſtatem ⁊ ei ſuccedere põt.l.pe.§.ſi vero pater naturali.C.de adop.⁊ p ea que.ſ.diximus in hoc ſecundo articulo principali circa principiũ.Tamẽ vt vides autor multum generaliter ⁊ abſolute loquutus eſt.⁊ opus eſt intelligere predicta omnia prout dixi ea percunctando non in ſubtili ratione. ¶ Ludo.Bologninus.

Et predicta intellige quando pa-

11 ter † legitimus illum adoptauit vel arrogauit tanꝗ̃ filiũ:ſi uero tanꝗ̃ nepotẽ tunc cenſet in ſecundo gradu ſibi ⁊ ſic eum precederet pater legitimus ⁊ naturalis ⁊ mater vt.d.§.conſequens.et ſic in hoc caſu ſaluari poteſt dictum Placen.

Additio. ¶ Hic eſt ille.§.de quo in precedenti additione feci tibi mentionẽ dum dixi ꝙ autor faciendo mentionẽ de adoptione nõ recte ſenſit.nam dicta per eũ in exẽplo ſuo nõ poſſunt adaptari ad filiũ adoptiuum prout ibi dixi.Idõ nõ repeto nunc ne fruſtra occupemus mẽbranas. Solũ diſcutiendum eſt nũc de veritate huius cõcluſionis.vꝫ an ſi quis fuit arrogatus ab aliquo tanꝗ̃ nepos.⁊ arrogatus vt nepos moritur ab inteſtato.an pater legitimus ⁊ naturalis ⁊ mater preferantur patri arroganti tanꝗ̃ nepotẽ. ⁊ vt vides do.autor cõcludit ꝙ ſic ꝗꝛ cenſetur eſſe in ſecũdo gradu,parẽtes aũt ſunt in primo ergo preferendi ſunt. ¶ Profecto hec deciſio notabilis eſſet ſi vera eſſet ſed non
12 placet.nam † negare nõ poſſumus ꝙ ſi arrogator decederet ab inteſtato admitteret nepos arrogatus pariter cũ filijs arrogatoris legitimis ⁊ naturalibus tanꝗ̃ ſuus.l.j.§.ſuos.ff.de ſuis ⁊ legi.⁊.ſ.ſepius diximus nec poſſet preteriri vel exheredari ſine cã.d.l.ſi arrogator de adop.Ergo dꝫ dictus arrogator cõcurrere cũ parẽtibus legitimis ⁊ naturalibus.nec obſtat ꝓprietas graduũ.nã illa cõſideratur inter legitimos ⁊ naturales quibus ex prioritate graduũ debet ſucceſſio ⁊ quibus ẽt nõ ſuccedebãt niſi ſm prerogatiuã graduũ:ſꝫ in ꝓpoſito de quo agimus nõ eſt dubiũ ꝙ mortuo arrogatore predicto iſte arrogatus tãꝗ̃ nepos ei ſuccedebat niſi preſupponeremus forte ꝙ arrogator haberet filiũ legitimũ ⁊ naturalẽ qui precederet nepotem arrogatũ:quo caſu bñ ꝓcederet dictũ dñi autoris.nam ſicut nepos nõ poſſet ſuccedere arrogatori ob exiſtentiã filij legitimi et naturalis ita hoc caſu pater arrogator non ſuccederet huic nepoti exiſtẽtibus pr̃e ⁊ matre eius legitimis ⁊ naturalib⁹. alias aũt ſecus. Et ideo autor debuit dicere ꝙ ſi quis arrogauit tanꝗ̃ nepotem ⁊c.nõ aũt debuit dicere ꝙ pr̃ legitimus eũ arrogauit.nã nõ eſt pater quo ad eum ſed eſt auus. ¶ Preterea in alio nõ recte ſenſit autor dum dixit de adoptione facta de aliquo vt nepote ⁊c. ¶ Nã ſi preſupponimus adoptionẽ caſus nõ hꝫ dubiũ.nã adoptiuus pr̃ ⁊ multominus adoptiuus auus nõ põt ab inteſtato ſuccedere filio vel nepoti adoptiuo.⁊ multominus exiſtẽte patre vel mr̃e legitimis ⁊ naturalibus.niſi dicamus ꝙ autor intellexit de adoptione facta ab aliquo aſcendente quo caſu trãſit in eius ptãtem ⁊ eo caſu datur ei ſucceſſio in bonis filij vel nepotis adoptiui.d.l.pe.§.ſi vero pater naturalis.C.de adop.de quo ẽt ſupra dixi in prima additione vbi feci mẽtionem de his in alio tamẽ propoſito prout ibi videre poteris:que omnia tene menti ꝗꝛ non ſunt ita declarata ab aliquo in locis ſuis, ⁊ ſunt quotidiana ⁊ de pane lucrando. ¶ Ludo.Bologninus.

Summarium.

1 Parentes naturales facti per ſubſequẽs matrimoniũ legitimi quomodo ſuccedant eorum liberis ab inteſtato.
2 Legitimati per oblationẽ curie qualiter efficiant legitimi,⁊ quo ab inteſtato eorum liberis ſuccedant.
3 Filij ſpirituales nunquid ſuccedant eorum parentib⁹,⁊ econtra.

¶ Quartum membrum ſecundi articuli principalis.

Mattheſyllanus.

QUartum membrum arti-

culi hui⁹ ſecũdi de parẽtibus naturalib⁹ tñ qui tñ
1 poſtea facti ſunt legitimi parẽtes: † ⁊ tũc dico illos ſuccedere eo modo quo ſuccedũt parentes qui liberos procrearunt ex legitimo matrimonio.vt inſti.de here.ab inteſta.§.⁊ quibus.⁊.c.lator.qui filij ſint legitimi.ſꝫ iſtum articulum amplius non proſequor.

Additio. ¶ Ultimus gradus huius ſecũdi articuli ꝑncipalis vt vides breuiter expeditur per dñm autorem cũ quo pertrãſeo aliquibus ſuperadditis.nã ſi parẽtes ſunt effecti legitimi per ſubſequẽs matrimoniũ res clariſſima eſt. vt i.d.
2 c.lator.Secus † ſi legitimarent per oblationẽ curie,nã tũc ſolũ parentes ſuccedunt illis ſed nõ alij agnati vel cognati.tex.eſt in.§.filiũ vero.in auť.qui.mo.natu.effi.ſui.Sed ſi aliter legitimati ſunt tunc attendenda eſt letiera reſcripti.nã ſi ſunt natalibus reſtituti parẽtes ſuccedunt ⁊ oẽs alij ac ſi forent per oĩa legitimati.l.ſi.C.de in.annu.aureorũ cũ ibi not. per Bald.alias aũt conſidera tenorem reſcripti ad quẽ recurrimus. ¶ Et ꝙ dixi de legitimato per oblationem curie.ſcias qꝺ tales nõ efficiunt legitimi niſi filius patri ⁊ pater filio.tex.eſt notandus in auť.qui.mo.nat.effi.ſui.⁊ ibi ſenſit Ange.in ſi.principalis queſtionis.⁊ Pau.de ca.in ſuo cõſ.ccxxv. incipi. ſuper primo dubio videt dicendũ ⁊c.in.ij.col.⁊ do.menius cõſ.cxxviij.in pe.col.in.j.volu.incip.an nepotis ſuccedat:vbi dicit hanc eẽ ma-
3 gis cõem opi. ¶ † Quid aũt in filijs ſpũalibus an parentes ſuccedant eis ⁊ ipſi parẽtibus hoc eſt de leuatis ex ſacro fonte.breuiter dicas qꝺ non ſecundũ do. Anto.in.c.tranſmiſſe.extra qui filij ſint legitimi.Nam inter iſtos non eſt cõſanguinitas ſed potius quedã cõmunio ſancta.c.inter.xxx.qꝺ.iij.verũ eſt qꝺ tales filij ſunt alendi in ſubſidium ſm Bal.in auť.niſi rogati in pe.col.C.ad tre.que omnia notabis.⁊ ex his reddit expeditus iſte ſecundus articulus principalis cum additionibus pro nunc oportunior ſi tempus dabitur, alias longiores erimus quia materia profecto vtilis eſt et neceſſaria. ¶ Ludouicus Bologninus.

Summarium.

1 Tranſuerſales quõ vocentur in ſucceſſione ab inteſtato in bonis tranſuerſalium. 29.
2 Fratres ⁊ filij fratrũ vtrinqꝫ coniuncti ſuccedunt ad hereditatẽ fratris premortui in ſtirpes ceſſantibus aſcendentibus et deſcendentibus.
3 Extenſio paſſiua procedens ab aliqua regula habet locum in ſtatutis.
4 Agnationis conſeruande ratio ita militat in filijs fratrũ vt in ipſis fratribus.
5 Statutum remittit caſum omiſſum in iuris communis diſpoſitione.
6 Familia eſt nomen collectiuum.
7 Pater ſi ſtipulatus ſit emphyteuſim ab eccleſia vt poſſit eam legare nepotibus,quid requiritur in ſtipulatione.
8 Uerbum relinquere refertur ad vltimam voluntatem.
9 Fratres vtrinqꝫ coniunctorum excludunt fratres ex vno latere tantum.et qualiter. 10.
11 Repudiare ⁊ premortuum eſſe paria ſunt.
12 Filiũ fratrum vtrinqꝫ cõiunctorum quõ vocentur ad ſucceſſionem ab inteſtato.Et an excludunt fratres ex vno latere tantum. 14.15.
13 Hoſtienſis doctor eſt magne autoritatis.
16 Fratres patrui ⁊ auunculi parificantur cum ſororibus amitis ⁊ materteris.
17 Adoptio quando eximat adoptatum a patria poteſtate.
18 Frater vterinus tantum fratri conſanguineo tantum preferetur in bonis queſitis ex matre.
19 Intellectus.§.exceptis.l.de emancipatione.C.de leg. here.21.22. Argumentum de re ad perſonam validum.
20 Frater cõſanguineus tantũ nunquid preferat fratri vterino in bonis que ad fratrẽ defunctũ peruenerunt ab auis paternis ⁊ contra. Et quid de bonis defuncto contingentibus ex tranſuerſalibus ſibi coniunctis

coniunctis ex linea paterna tantum. 22.
23 Frater cōſanguineus qñ formabit libellum vt excludat actiones
inſolidum in eum tranſlatas cōtra debitores paternos quādo ſuc-
ceſſit ab inteſtato cum fratre vterino fratri cui competebant multe
actiones contra debitores paternos. 24. Et contra quem agat hi
creditores. 25. 27.
26 Intellectus. l. pro hereditariis. C. de here. ac.
28 Filii fratris vterini vtrum preferātur fratri cōſanguineo vel eius
filiis in bonis maternis vel ecōtra.
29 Dicta in filiis fratrū vtrinqꝫ coniunctorū inter ſe habent etiā locū
in filiis fratrum ex vno latere tantum inter ſe.
30 Agnati ⁊ cognati ab inteſtato hodie ſuccedunt vſqꝫ ad decimum
gradum incluſiue.
31 Dictio ſolus, ſola, um, eſt taxatiua.
32 Gradus numeratio in ſucceſſione ab inteſtato inter agnatos ⁊ co-
gnatos qualiter fiat.
33 Clericis ſecularibus in bonis eorū patrimonialibus qui ⁊ qño ab
inteſtato ſuccedant. Et quid in aliis bonis aliunde queſitis. 35.
34 Clericus ſecularis iudicatur laicus.
36 Inhabilitatis ad ſuccedendum quot ſint modi.
37 Bannitus qño priuetur ſucceſſione agnatorum ⁊ cognatorum.
38 Ledens maieſtatem principis fit incapax cum filiis ſuis ad ſucce-
dendum.
39 Heretici, fautores eorū ⁊ receptatores poſt annum fiunt incapa-
ces ſucceſſionum ex teſtamentis vel ab inteſtato.
Excommunicatus contrahere poteſt.
40 Religio ſancti Franciſci repellit ſuos a beneficio ſucceſſionis in
temporalibus.
41 Frater minor effectus cardinalis nunquid ſit capax ſucceſſionis.
Predicatores ordinis beati Dominici ſunt capaces ſucceſſionis
rerum immobilium ⁊ qualiter.
42 Fratres predicatores non ſunt ex regula mendicantes ſed ex ſuis
conſtitutionibus confirmatis ⁊ iuratis.
Heremitani ordinis diui Auguſtini vtrum ſint capaces ad ſuccedē-
dum ⁊ acquirendum.
43 Monachi ordinis Ciſterſienſis non poſſunt aliquid retinere.
Moniales que ſint que ſucceſſionis ſunt capaces.
44 Bannum imperiale repellit quē omnino a beneficio ſucceſſionis.
Et quid in banno papali. 45.
Bannitus cuius bona publicantur equiparatur deportato.
46 Bannitus imperii perdit teſtamenti factionem.
47 Filii ⁊ nepotes cardinalem offendentes ſunt priuati ipſo iure om-
nibus legitimis actibus.
48 Cardinales ſacroſancte romane eccleſie ſunt dii in terris.
49 Hereditatem repudiare quis pōt de iure ciuili ex vno capite et ex
alio capite de iure ciuili ſuccedere.
50 Cognatus ſi repudiet hereditatē de iure ciuili tantū vtrum prefe-
ratur ei agnatus patris vel poſterioris gradus.
51 Repudians hereditatem ex capite vnde legitimi poſſunt ſuccede-
re per vnde cognati.
Agnati ⁊ cognati ſuccedunt hodie equaliter vſqꝫ ad decimū gradū
ſeruata gradus prerogatiua.
52 Succeſſio iuris ciuilis durat triginta annis.
53 Agnati ſi omnes repudiant hereditatem de iure ciuili ⁊ bonorum
poſſeſſionem vnde legitimi quis inter eos preferatur quoad bono-
rum poſſeſſionem vnde cognati.
54 Renunciatio facta etiā iuri de futuro intelligitur de eo quod ha-
bet cauſam de preſenti.

Tertius articulus principalis.

Matthesyllanus.

TErtius articulus princi-
palis eſt videre de ſucceſſione trāſuerſaliū agnato-
rum vel cognatorū. Et in hoc ſic capio q̄tuor
1 mēbra. † Nam aut loquimur in trāſuerſalibus natis
ex legitimo matrimonio ⁊ ſic ſunt legitimi ⁊ natura-
les. aut loquimur in trāſuerſalibus q oēs ſunt naturales tm̄ inter q̄s
de mutua ſucceſſione tractat vel qñ vnus trāſuerſalis naturalis ⁊ le-
gitimus vult ſuccedere alteri trāſuerſali legitio ⁊ eō, aut loquimur de
legitimis trāſuerſalibꝰ tm̄, aut loquimur de trāſuerſalibus naturalibꝰ
tm̄ legitimatis tū poſtea. Primo caſu ſicut dico cū pſona ab inteſta-
to defuncta erat ſine deſcendētibus ⁊ aſcendētibus vel hꝫ eos ſꝫ ipſi
repudiauerūt hereditatē vel eā nō adita nec trāſmiſſa deceſſerūt vo-
cari debēt fratres vtrinqꝫ cōiuncti ⁊ filiū vtrinqꝫ cōiuncti ⁊ iſti vocan-
tur in ſtirpes qꝛ ſolū tm̄ partē debēt habere quātā habuiſſet pater
eorum ſi viueret vt in auſ. de hereditatibus ab inteſtato. §. reliquū.

Additio. Hic eſt tertius articulus principalis de ſuc-
ceſſione tranſuerſaliū. ⁊ primo de trāſuerſalibus
2 natis ex legitimo matrimonio in qbus autor concludit qꝙ † fratres
vtrinqꝫ cōiuncti ⁊ filii fratrū vtrinqꝫ cōiunctorum vocant ceſſanti-
bus deſcēdentibus ⁊ aſcēdentibꝰ ad hereditatem fratris ſ mortui
in ſtirpes ⁊ nō in capita vt ſi eſſent duo fratres ſupſtites ⁊ ex alio p̄-
mortuo fratre q̄tuor vel quinqꝫ nepotes ſuccedētes vna cū patruis
ad bona alterius p̄mortui ab inteſtato nūc tm̄ habebūt quantū ha-
biturus fuiſſet eorū pater ſi viueret vt eſt caſus in. d. §. reliqui. ver-
ſiculo ſi autē ⁊c. ⁊ i auſ. poſt fratres. C. de ſuis ⁊ legitimis. ⁊ vtrobiqꝫ
notāt ſcribētes ⁊ in auſ. itaqꝫ. C. cōia de ſucceſ. ⁊ hec eſt prima cōclu-
ſio circa fratres trāſuerſales ⁊ eorū filios ſimul cōcurrētes ꝙ non hꝫ
dubiū cū ſit fundata in p̄dictis iuribus. Sꝫ tu adde vnum qꝙ eſt
plus ⁊ hic aduerte queſo. nā adeo poſt aſcēdentes ⁊ deſcēdētes ad-
mittunt fratres ⁊ fratrū premortuorū filii in ſtirpes vt mō dixi qꝙ
ſi extaret ſtatutū diſponēs qꝙ ſuccedāt agnati maſculi prout in gra-
du ſunt primiores vel cōcurrentes vſqꝫ ad quartū gradū nihilomi-
nus admittet filius fratris cū patruis ſuis. ⁊ dꝫ concurrere in gradu
quo ad hoc. tex. eſt iuncta gl. in. l. cū ita. §. in fideicōmiſſo. in verbo,
proximo. ff. de leg. ii. quā gl. magis cōiter approbāt ſcribētes ibidē
maxime Jo. de imo. ⁊ idē voluit Pal. in ſuo cōſ. incip. in noīe dñi ca-
ſus talis eſt. Quidā deceſſit ⁊c. Accedat ad cōfirmationē predi-
ctorum doctrina Bar. in. l. i. §. ſi filius. ff. de cōiunc. cū emācipato li-
3 beris. vbi dixi qꝙ † licet que dicāt qꝙ in materia ſucceſſionis heredi-
tatis nepos ſuccedit in locum patris dꝫ intelligi. i. in gradu patris
quoad effectū ſuccedēdi ergo filius fratris dꝫ ſuccedere ſicut pater
ſuus. Preterea p hoc faciat qꝙ extenſio paſſiua p̄cedens ab aliqua
regula iuris cōis hꝫ locū in ſtatutis. l. i. ff. de mune. ⁊ hono. l. i. §. lex
falcidia cū ibi not. ff. ad. l. fal. ⁊ not. Bar. in. l. ſi quis ſeruo. C. de fur.
per nota. ibi in glo. iuncta. l. id tm̄. §. i. ff. de ſeruo corrupto. Sed de
iure cōi habetur qꝙ ſuccedens ſeu ſubrogatus in locū alterius ſapit
eius naturā. l. ſi cū. §. qui iniuriarū. ff. ſi quis cautionibus. ⁊ ꝫ filii fra-
trum ſuccedūt ⁊ ſubrogant in locū patris ſui. d. §. reliquum. Ergo
ſicut ſtatutū admittit eorū patrē ita cēſetur admittere ſubrogatos
⁊ ſuccedentes in eius locū ⁊ ita reperio in terminis cōſuluiſſe dñm
num meū in cōſ. cxxviii. in. i. volu. incip. vtrū filius fratris ⁊c. qꝺ cō-
ſilium eſt repetitū de verbo ad verbū in codē. i. volu. in ordine ibi
lxxv. vñ. incl. vt. ē. pro iꝫ vbi dñs meus p̄prie in caſu dicti ſtatuti ha-
buit cōſulere ⁊ ita firmauit faciēdo magnū feſtū de glo. in. d. l. cū
ita. §. in fideicō. tn̄ limita predicta p̄cedere qñ ſumus in diſpoſitio-
ne legis. ſecus ſi in diſpoſitione hominis qꝛ tūc nepos nō intrat lo-
cum patris vt in Pal. in. d. §. in fideicō. ⁊ voluit dō. meus in cōſ. Fol-
legatis ⁊ ipſemet ciarus in cōſ. cci. in. ii. col. in. ii. volu. incip. quēdo
in feudo ⁊c. ⁊ per predicta his diebus obtinui in cā magne impor-
tantie in caſu tunc occurrenti ⁊ multum accōmodato nunc ad hāc
materiam de qua tractamus in preſentia in hoc tertio principali
articulo tranſuerſalium.

Conſilium Bologniui pro nepotibus vt cōcurrant cū patruis.

Statuto inclyte ciuitatis Bono-
nie cauetur ſub rubrica de doti. reſti. ⁊c. in. §. item dicimus qꝺ mu-
lier pro qua dos eſt data vel fuerit cōfeſſata dos vel eius augmentū
extantibus liberis vel nō a quocunqꝫ vel vbicunqꝫ data vel confeſ-
ſata fuerit lucretur dictam dotem ⁊ eius augmentum non obſtante
quod alius qui dotem vel eius augmentum dederit vel promiſerit
ſeu confeſſionem a patre viri receperit illam ⁊ illud ſibi reddi fuerit
ſtipulatus ex eis teſtari poſſit etiam non obſtante quod talis mu-
lier ſit in poteſtate alterius etiam non obſtante quod talis mulier
liberos habeat ex quocunqꝫ matrimonio duntamen ipſis liberis
⁊ ſuis aſcendētibus reſeruetur legitima totius dotis ⁊ eius augmē-
ti ⁊ aliorum bonorum ſecundum formam iur. ⁊ noſtrorum ſtatuto-
rum, ⁊ marito pars quā lucrari debet ſecundum formā preſentis ſta-
tuti. ⁊ ſi deceſſerit dicta mulier non extantibus aſcendentibus nec
liberis fratribus vtrinqꝫ coniunctis vel ex patre tantum tertiā do-
tis ⁊ eius augmenti ⁊ aliorum bonorum ipſius relinquere teneat.
Et fratribus non extātibus tertiā vt. ſ. totius dotis ⁊ eius augmē-
ti ⁊ aliorum bonorum patruis vni vel pluribus pro dimidia ⁊ filiis
maſculis dictorum fratrum vni vel pluribus ſi extarēt pro reliqua
dimidia dicte tertie partis relinquere teneatur inter eos vt. ſ. in ca-
pita diuidenda. Et non extante aliquo ex dictis patruis dictā ter-
tiam dictis filiis fratrum ⁊ econtra non extante aliquo ex dictis fi-
liis fratrum dictis patruis relinquere teneatur quam tertiam pe-
tere poſſint etiam ſi non ſit relicta per dictam mulierem ⁊c.
Stantibus predictis verbis ſtatuti contingit quod ſoror nō ha-
bens filios vel aſcendentes mortua eſt. ⁊ prius teſtata eſt inſtituto
Additio. ¶ Pro confirmatione predictorum facit: qꝛ imperator ſeu iura nouiſſima magis abhorrēt omnem coitum extra matrimonium ꝙ̄ iura antiqua, vt patet in. §. perſpeximus. in authen. de non eligen. ſecū. nuben. ⁊ in. §. ſolnto. in authen. de nup. ex quibus iuribus apparet qꝺ fuit intentio imperatoris qꝺ nati ex damnato coitu. ⁊ etiam filii naturales tantum ſtent in finibus ſuis ſuccedendi immo potius reſtrinxit ꝙ̄ ampliauerit eorū ſucceſſiones ſi recte ponderentur predicta iura, maxime tex. in. §. nullam. in authen. de hered. ab inteſta. in verſic. inter eos qui ad hereditatem vocantur ⁊c. ¶ Preterea imperator tollit certos defectus qui erant antiquitus: ſed non tollit vitium ſimplicis naturalitatis: ergo tam ex verbis ꝙ̄ ex mente ſtat firma concluſio de natis ex damnato coitu, vt nullo modo ſuccedāt, nec eis ſuccedant ratione conſanguinitatis vel affinitatis ſeu parentele: ſed in naturalibus tantum remanent firma ea que ſuperius diximus in locis ſuis. Ludo. Bologninus.

Summarium.

1 ¶ Tranſuerſales legitimi tantum an ſibi inuicē ſuccedant. Itē ⁊ legitimis ⁊ naturalibus.
2 Adoptiuus pater nō ſuccedit ab inteſtato filio adoptiuo ſimplici.
3 Pronepos adoptatus ſuccedit loco filii exiſtētibus propriis filiis vterinis. 4.
5 Adoptio tantum operatur quantum vnum tantum vinculum naturale.
6 Mors naturalis contingens in perſonam adoptantis adoptionem non ſoluit, et quid de arrogatione. 7.
8 Filius fratris premortui vt ſuccedat ſimul cum fratre nunquid habeat locum etiam in arrogatione.
9 Tranſuerſales naturales tantum legitimati poſtea quomodo ſuccedant.

¶ Tertium membrum tertii articuli principalis.

TErtium articulum principalem huius articuli tertii erat videre de tranſ-
1 uerſalibus legitimis tantum. ſ. † an ſibi inuicē ſuccedant an tales ſuccedant legitimis ⁊ naturalib⁹: ⁊ circa hoc diſtinguo aut nos loquimur in adoptiuis aut coniunctis per arrogationem. primo caſu aut tales adoptiui non tranſeunt in poteſtatem adoptantis: ⁊ planum eſt ꝙ ſuccedere non poſſunt tranſuerſalibus aliquibus. l. pe. §. ſed vt articulum. C. de adoptionibus.

Additio. ¶ In hac prima concluſione dicas ꝙ vera eſt ꝓ cuius cōfirmatiōe facit: qꝛ ſi pater adoptiuus nō ſuccedit ab inteſtato filio adoptiuo ſimplici in. d. l. pe. §. ſi vero pater naturalis ⁊c. ⁊. ſ. dixi in. ij. articu. princip. ergo multo minus debent poſſe admitti tranſuerſales ⁊ econtra cū pater qui eſt principalis in cauſa excludatur: ⁊ eo maxime cum nihil cōmune habeant inter ſe niſi qꝺ filius adoptiuus ab inteſtato ſuccedit patri, prout dixi. ſ. in primo articulo principali. ⁊ ibi dicta poſſunt merito hic adaptari. Bologninus.

2 ¶ Si vero trāſeunt † ꝙ eſt qn̄ ſunt adoptati ab aliquo de aſcendentib⁹ per lineā paternā vel maternā, ⁊ planū eſt qꝺ ipſi poſſunt ſuccedere ex illo capite ꝙ ſunt naturali coniūctione coniūcti, vt in auẗ. de here. ab inteſta. in. §. nullam vero.

Additio. ¶ Abſqꝫ dubio vera ſunt ea que autor dicit: ꝓ quo faciunt ea que. ſ. diximus in primo ⁊ ſecūdo articulo principali in gradib⁹ ſuis dum tractaui de adoptiuis aſcendentibus ⁊ deſcendentibus: tamen intellige ſane ſm̄ ea que dicam ſtatim in ſequen. proxima additione. Ludo. bologninus.

¶ Sed ſi volūt ſuccedere ex capite vel gradu adoptionis poſſunt ſi talis adoptio nō fuit diſſoluta per emācipationem agnatis ado-
3 ptantis nō autē cognatis. l. qm̄. C. de adoptioni. † vnde ſi proauus maternus ſibi adoptauit pronepotē in filiū ⁊ ex tali proauo poſt eius mortē ſupereſſent tres filii legitimi ⁊ naturales q inuicē eſſent coniūcti ex patre tantū: qꝛ quilibet eorū ex diuerſa matre natus eſſet, ⁊ vnus ex eis ab inteſtato moriatur ſuccedunt ſibi reliqui duo fratres et ille pronepos adoptatus loco filii. l. qui in adoptionem. ff. de adoptio. ⁊ inſti. de legiti. agnato. ſucceſſio. §. per adoptionem. l. penul. §. ſi vero pater naturalis. C. de adoptioni. vbi autem nulla adoptio interueniſſet planū eſt qꝺ iſte pronepos excluſus fuiſſet a fratribus defuncte perſone, vt no. glo. in authē. poſt fratres. la. ij. C. de legi. here.

Additio. ¶ In exemplo ſuo dominus autor certe iudicio meo ſenſit: qꝛ agnatio eſt inter illos filios legitimos ⁊ naturales: ⁊ illum adoptiuum in locum filii. ſecus ſi illi duo fratres fuiſſent vtrinqꝫ coniuncti: qꝛ preferrentur illi adoptiuo. Nam eo caſu funiculus duplex plus operaretur, ⁊ ideo non ſine miniſterio dominus autor dixit quod erant coniuncti ex par-
4 te tantum. Cui † tamen adde vnum quod ſi daremus bona aliqua prouenientia a matribus vel linea aſcendenti materna illorū duorum fratrum vnuſquiſqꝫ in illis bonis preferretur alteri, ⁊ multo-

magis fratri adoptiuo per l. de emancipa. §. exceptis. C. de ſuis et legitimis. qui text. licet loquatur in legitimis et naturalibus: tamen et eadem ratione et equitate procederet: et multomagis in caſu iſto ad excludendum adoptiuum in illis bonis maternis ꝙ nota qꝛ hec eſt noua cõſideratio ad. d. §. exceptis. de cuius intellectu. ſ. latius diximus. Bologninus.

¶ Item ſi conſtat qđ ſi aliquis filiorum duorum fratrũ ſuperſtitũ fuiſſet vtrinqꝫ coniunctus excluſiſſet hunc nepotem qui cenſetur eſſe frater defuncte perſone ex patre tantũ ratione adoptionis et c. vt. d. §. reliquum.

5 **Additio.** ¶ De hoc ſupra proxime tibi dixi. †ideo non repeto nunc niſi qđ habes colligere vnum qđ adoptio tantum operatur quantum vnum tantum vinculum naturale vt vides. tamẽ intellige ſi loquimur in adoptione facta ab aſcẽdentibus de deſcendentibus, ſecus eſſet in adoptione facta ab extraneo. et ideo nõ ſine miniſterio. d. autor in exemplo ſuo fecit mẽtionem de proauo adoptante: nam ſenſit contrarium de extraneo adoptante. et ita intellige dicta per eum. Ludo. bologni.

¶ Ex predictis quoqꝫ patet. qđ licet quelibet capitis diminutio occurrens in perſona adoptati ſaluat adoptionem, vt inſtit. de legiti. agna. tute. §. ſi. tamen mors naturalis contingens in perſonã
6 adoptantis adoptionẽ non ſoluit: †immo adhuc durare dicit inter adoptatum et agnatos adoptantis. vt. d. §. per adoptionem. et probat in. l. iſi. §. ſi pater alicuius, vbi Dy. hoc tenet. et in. l. vtrũ. ff. de bo. poſ. contra ta. immo plus dico ꝙ nulla capitis diminutio occurrens in perſonam adoptantis ſoluit adoptionem. inſtit. de adoptio. §. illud. cum ſimilibus.

Additio. ¶ Circa hoc occurrit mihi dubitatio cur tam varie ꝙ nulla capitis diminutio, et etiam mors contingens in perſonam adoptantis non ſoluit adoptionem: ſed contingẽs in perſona adoptati. ſic in quo tu potes dicere licet domi. autor nõ dicat qđ virtus adoptionis principaliter radicata eſt in perſona adoptati qui hꝫ facultatẽ ſuccedendi ab inteſtato patri adoptiuo: ſed pater adoptiuus non habet ius ſuccedendi dicto filio: nec habet aliquod ius in eo niſi ſit aſcendens. vnde nõ eſt mirũ ſi capitis diminutio ſolum cõſideratur in perſona adoptati in quo conſiſtit omnino illud vinculum ciuile, qđ ſimiliter tollit per capitis diminutionem inducta a iure ciuili, vt in. d. §. ſi. de legi. agna. tute. et fac. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iuris. itaqꝫ adoptio reſpectu patris non eſt quaſi in conſideratione: ſed in filio ſic. ideo ibi operatur vbi magis incaleſcit. l. quare. ff. de ſta. ho. Bolo.

7 ¶ Secundo caſu †quando loquimur de arrogato. dico idem eſſe qđ ſupra in adoptiuis qui tranſeunt in poteſtate adoptantis. Nã illi ſuccedunt ab inteſtato agnatis patris: cognatis aũt non. vt. d. l. qui in adoptionem. et. l. i. in ſi. C. de adoptionib9. et ſic patet ꝙ quo ad iſtũ paſſum etiam manet differẽtia inter agnatos et cognatos. nec ob. §. nullam vero. in aut. de here. ab inteſt. qꝛ ibi tollit differẽtiam quo ad coniunctos vinculo naturali.

Additio. ¶ In hoc dñs autor recte loquutus eſt de quo etiã. ſ. diximus in. i. et. ii. articulo principali. dũ tractaui de legitimis tantũ et iura et rationes ibi allegate ſuadent hoc de agnatis, vt ſuccedant adinuicẽ: ſed non cognatis nec econtra: et facit etiam quod. ſ. diximus circa tertium articulum in ver. ſi vero tranſeunt et c. Bologninus.

¶ Sed hic queri poſſet an ea que ſunt inducta de iure nouiſſimo ſcilicet qđ filius fratris premortui ſuccedat ſimul cum fratre: item
8 ꝙ excludat patruum et amitam habeat †locũ etiam in illis q ſunt coniuncti ſolũ vinculo ciuili. ſ. arrogationis: et ſatis puto ꝙ ſic cum ſit eadem ratio. et hoc probat per rationes poſitas in. d. §. reliquũ. in aut. de here. ab inteſta.

Additio. ¶ Idem dicas tu in filio adoptiuo dato in adoptionem aſcendentibus. Nam abſqꝫ dubio excludet patruum et amitam: et ſuccedet cum fratre. Nam in eo militat eadem immo maior ratio quam in arrogato per ea que ſupra diximus in locis ſuis. et he ſunt notabiles ampliationes ad text. in dicto. §. reliquum. et in authen. poſt fratres. de ſuis et legitimis. Bologninus.

¶ Quartum eſt videre de tranſuerſalibus naturalibus tantum legitimatis tamen poſtea: ſed iſtum paſſum omitto, prout feci in precedentibus articulis que habent materiam prolixam de per ſe, vt patet in aut. qui. mo. na. effi. ſui. per totũ. Dy. tamen tetigit iſtam materiam: et ſi nõ fallor in pluribus errauit: ſed iſtã materiam examinabo de per ſe. in repe. c. tanta. qui ſi. ſint legi.

9 **Additio.** ¶ Sed tu †in hoc paſſu dicas ꝙ ſuccedãt ſicut legitimi et naturales dũmodo legitimatio ſiat ad inſtantiam patris vel ita diſponentis in teſtamẽto ſuo vel ſi ſiat legitimatio poſt mortem a principe ſeruatis ſeruandis, prout. ſ. latius dixi in primo articulo principali vbi poſui de his ad ſaturitatem. et ponunt canoniſte latius in. d. c. tanta. et in. c. per venerabilem. eo. tit. et per Gaſpar. de calde. in ſuo conſi. incipiẽ. legitimatio ſub rubri. qui ſi. ſint legi.

Summarium.

1 Uxor an et qualiter viro ſuccedere poſſit. 13. 17. 26. 27.
2 Succeſſio inter coniuges quo iure procedat.
3 L. prima. C. vnde vir et vxor. nunquid etiam diſponat inter cõcubinarios.
4 Uxor prefertur quibuſdam collegiis que admittuntur ad ſuccedendum defuncto excluſo fiſco. 7. 10.
5 Uxor monialis viro ſacerdoti ab inteſtato ſuccedit deficientibus agnatis et cognatis et in quibus bonis. 6.
6 Uxor non dicitur proprie heres: ſed bonorũ poſſeſſor.
8 Agnati et cognati plus iuris habent quam vxor.
9 Intellectus et declaratio autheuti. preterea. C. vnde vir et vxor. nume. 11. 18.
12 Uxor pauper viri premortui locupletis an et in qua parte ſuccedat et cum quibus. 14. 15.
16 Ducati quot libram auri faciant.
19 Filiorũ nũcupatione nõ veniunt nepotes in materia odioſa.
20 Maſculinum in materia correctoria non comprehendit femininum. 21.
22 Dos modica parificatur cum nulla.
23 Inopia eſt in conſideratione non dotis datio vt mulier viro pro parte ſuccedat.
24 Pluralitas in ſingularitatem reſoluitur.
25 Filii ſemper tenentur alere patrem inopem.
27 Eccleſia qualiter ſuccedat clerico.
28 Eccleſie plures beneficiato in illis ab inteſtato quõ ſuccedant.
29 Hoſpitalium bona gaudent eo iure quo bona eccleſie.
30 Fiſco excluſo nũquid ſint aliqui q poſſint ſuccedere ab inteſtato.
31 Affinis deficientibus aliis nullo modo ſuccedit.
32 Hoſpites nunquam ſuccedũt peregrinis in eorũ hoſpitio defunctis.
34 Concubina non ſuccedit ſm diſpoſitionem authenti. preterea. C. vnde vir et vxor.

¶ Quartus articulus principalis.

¶ Matthesyllanus.

1 Quartũ principale in hac materia eſt videre de ſucceſſione ab inteſtato aliorum quam aſcendentiũ et deſcendentium et tranſuerſalium agnatorũ vel cognatorũ †vt quã tractatur an vir ſuccedat vxori et econtra vel eccleſia an ſuccedat clerico vel de patrono et eius agnatis qualiter liberto ſuccedat vel de aliis de quibus dubitat. ¶ Et primo examinabo de viro et vxore. circa qđ dico qđ regulariter vxor nõ põt ſuccedere viro nec ecõtra niſi de iure pretorio per bo. poſ. vnde vir et vxor. l. j. ff. vnde vir et vxor. et C. eo. tit. l. j. et admittitur talis vir et vxor ad ſuccedẽdũ demũ quando deficiunt omnes agnati et cognati vſqꝫ ad decimum gradum, vt. d. l. j. C. vnde vir et vxor. et inſtit. de ſucceſ. cogna. et de here. ab inteſta. §. nullam.

Additio. ¶ Expeditis primo ſcdo et tertio articulo principali. ſupereſt nunc in ordine quartus articulus poſt aſcendentes, deſcendentes et agnatos et cognatos tranſuerſales quibus omnibus ceſſantib9 ſucceſſio defertur marito ad bona vxoris et ecõtra. ¶ In quo primo autor tenet. qđ ſucceſſio ſolum competit de iure pretorio per bonorũ poſ. vnde vir et vxor. d. l.
2 j. ff. et C. vnde vir et vxor. in quo adde tu ꝙ †iſte eſt vnus caſus inter alios in quo eſt neceſſaria bonorũ poſ. prout voluit gl. et cõiter ſcribentes in. l. certũ. C. vnde legiti. et effectus eſt qꝛ debebunt. ſ. centũ dies agnoſcere bo. poſ. l. ij. C. qui admitti. alias excluderentur per alios de quibus infra dicemus. ¶ Plus dico ꝙ in tantũ pretor limitatiue et reſtrictiue in hac ſucceſſione loquutus eſt qđ non concederetur ſponſo vel ſponſe per verba de futuro: ſed p verba de preſenti ſic ſm Bal. in. d. l. certum. et Bal. in. d. l. j. C. vnde vir et vxor. p quo facit qđ voluit ipſemet Bal. in. l. deo nobis. C. de epiſco. et cleri. vbi dixit qđ in hoc non requiritur qđ ſit conſummatũ matrimonium. et facit. l. nuptias. ff. de regulis iu. et in. c. cum mittatur. xxvij. q. ij. cum ſequen. et facit. l. nihil. ff. rerum amota. cum multis ſimili.
3 ¶ Multominus †etiã haberet locum diſpoſitio. d. l. j. vnde vir et vxor inter concubinarios, ſm gl. ſingularem in. §. cõſideremus. in aut. de trien. et ſemiſ. et ita voluit Ludo. roma. in. d. l. j. C. vnde vir et vxor. vbi multum late arguit ad partes in hoc de quo alias ibi legẽdo dixit idem firmans: quia pretor conſiderauit matrimonium, vt patet in. d. l. j. ff. eodem. tit. non licet addere diſpoſitioni pretorie. ¶ Sed plus dico quod ad hoc vt habeat locum predicta ſucceſſio opus eſt quod tempore mortis ſint in matrimonio, ſecus ſi diuertiſſent et ex mala cauſa ſm dominum Cyn. in dicta. l. j. vnde vir et vxor. Ludoui. Bologninus.
4 ¶ Prefertur tamen vxor quibuſdam collegiis †qui admittũtur ad ſuccedendum defuncto excluſo fiſco, vt no. glo. in. l. j. C. de here. decurio. et

decurio.⁊ bene per illũ tex.⁊ idẽ in.l.j.C.vnde vir ⁊ vxor. licet con-
trariũ notauerit in.l.j.ff.e.ti.⁊ male ſm Dy.ibi.⁊ Pe.⁊ Cy.⁊ Bar.
in.d.l.j.allegat Bar.caſum in.d.l.ſi quis preſbyter.C.de epiſ.⁊ cle.
que lex probat ꝙ clerico ab inteſtato defuncto quo ad bona patri-
monalia prefertur in ſucceſſione vxori eccleſie in qua ille erat bene-
ficiatus:⁊ ſic per illã.l.declaratur tex.in.§.ſi quis epiſcopus.in auſ.
de eccle.tit.⁊.xij.q.v.c.ſi.⁊ poteſt hodie iſte caſus occurrere in cleri-
cis orientalibus qui poſſunt eſſe coniugati ⁊ eſſe rectores eccleſiarũ
⁊ etiam epiſcopi.extra de elec.c.cum olim.xxxj.diſtin.in .c. niceña.
¶ Item poteſt poni exemplum in clerico coniugato in minorib⁹
conſtituto qui ex diſpenſatione obtinet aliquod ſimplex beneficiũ
in aliqua eccleſia qđ eſſe poteſt.xij.q.j.qm tua.⁊.xxxij.diſtin.c.ſi qui
5 vero.⁊ de elec.c.cum Joannes. ¶ Item †poteſt poni exemplum
in cõiugato cuius vxor ingreſſa eſt in religionẽ:ipſe autem eſt pro-
motus ad ſacros ordines ⁊ etiã electus ſecularis rector alicuius ec-
cleſie ꝙ poteſt eſſe in coniugatis de conuerſione coniugatorum:ta
li enĩ ab inteſtato defuncto ſuccedat quo ad bona patrimonialia
deficiẽtibus agnatis ⁊ cognatis potius vxor per quam acquiritur
monaſterio.l.ſi.§.hoc etiam.C.de epiſco.⁊ cleri.quã ſuccedat eccle
ſia.⁊ per iura predicta:⁊ per.l.aduerſus.C.de crimine expi.hered.
¶ Dico igitur ꝙ vxor in ſucceſſione viri prefertur ſocio imperia-
lis liberalitatis:de quo habetur in.l.j.C.ſi liber.imperij ſocius.lib.
x.⁊ hoc tenet Dy.in vltima col.tractatus ſucceſſionum.⁊ Pet.et
Cy.in.l.j.C.vnde vir ⁊ vxor.⁊ bene licet glo.ibi.⁊ in.l.j.ff.eo.teneãt
contrarium ⁊ male.

Additio. ¶ Socius imperialis libertatis excluditur ab
vxore per iura ⁊ rationes de quibus.ſ.per do-
minum autorem:vltra quem adde tu quod idem voluit Salic.cõ-
bononien.Raphael Fulgo.⁊ Ludo.roma.in.d.l.j.pro quibus fa-
cit tex.in.l.j.C.ſi liberali.impe.ſocius.in verſi.ſine herede ⁊c.vbi ſo
cios ita demum admittitur ſi ſocius moritur ſine herede:ſed ita eſt
qđ ſi moritur ſuperſtite vxore non dicitur ſine herede:ergo ⁊c.
6 ¶ Nec obſtat ꝙ vxor † non dicatur proprie heres ſed bonorũ poſ-
ſeſſor.§.quos autem.inſti.de bono.poſ.q: reſpondeo qđ ſatis dici
tur heres quo ad effectum. ¶ Secundo pro confirmatione predi-
ctorum facit.d.l.ſi quis preſbyter.C.de epiſco.⁊ cleri.vbi vxor pre-
feretur eccleſie in bonis patrimonialib⁹:ergo multo fortius ſocio
imperiali.⁊ ita teneas:licz Bal.in.d.l.j.C.vnde vir ⁊ vxor.tenuerit
cum glo.ibidem:de quo alias ibi legendo dixi:pro quo Bald.ſum
conſuetus facere hanc conſiderationem.nam ius accreſcendi ſeu
non decreſcendi quod reperitur inter ſocios liberalitatis imperia
lis debet operari qđ ſocius preferatur vxori in ea re non confiſcata.
¶ Preterea in bonis prouenientibus marito ab eccleſia prefert
eccleſia vxori.d.l.ſi quis preſbyter.C.de epiſco.⁊ cleri.⁊ ſenſit autor
ſupra in.§.proxime precedenti.ergo ſocius debet preferri ſimili-
ter vxori in donatione imperiali.Et ſi quis vellet tenere hanc opi
nionem facile reſponderet ad obiecta in contrarium, tamen pro
nunc cogitabis tu. Ludo.bologninus.
¶ Predicta tamen regula limitatur hodie:q: fallit quando vxor
7 eſt pauper ⁊ ſine aliqua dote:†maritus autem eſt diues:tũc enim
diſtinguitur:aut nulli liberi preſunt defuncto:nec preſunt aſcen-
dentes ſed preſunt agnati vel cognati,⁊ tunc vxor ſuccedit ab inte
ſtato in quarta parte hereditatis de iure ciuili,⁊ ſic efficitur heres
pro quarta.vt in autheñ.de exhiben.reis.§.quoniam vero ibi
ex hac lege heres extiterit reliq́ue vero tres partes debent ad agna
tos vel cognatos peruenire.l.j.C.vnde vir ⁊ vxor.⁊ in authen.pre-
terea.eo.tit.ita intelligo voluiſſe Placen.cuius opi.recitat glo.in
d.auſ.preterea.⁊ hoc ibi tenent Cy.⁊ Bart.⁊ bene vt euitetur cor
rectio iurium antiquorum quantomagis fieri poteſt.⁊ pro iſta opi
nione facit tex.in auſ.vt nulli iudi.§.ſi.colla.viij.⁊ in.d.§.qñ ve-
ro ibi,ſine minus filij fuerint exponendo minus,id eſt non.l.illud.
§.minus.ff.de tutel.

Additio. ¶ Pertranſeo in hoc cum domino autore:ſed
plus dico etiã qđ non ſolum ab inteſtato in ca-
ſu predicto debet habere vxor illam quartã partem:ſed etiã ex teſta
mento ſm Bal.Sali.⁊ magis communiter ſcribẽ.in.d.auſ.preter-
ea.C.vnde vir ⁊ vxor.⁊ hoc principaliter per illum tex.in verbo,le-
gatum ⁊c.Eſt verum qđ alias legendo.d.auſ.preterea.adducebã
aliqua contra cõmunem opinionem quorum nunc aliqua in me-
dium breuiter afferam.⁊ de vno in vnum reſpondebo pro ſaluan-
8 da communi opinione. ¶ Et primo †agnati ⁊ cognati plus iuris
habent ꝙ̃ vxor.l.j.§.j.cum ſequen.ff.ſi tabu.teſta.nulle ex.ta.⁊ pro-
batur ex his que ſupra late diximus in hoc tractatu.circa ordinez
ſuccedendi.ex quo apparet eos eſſe potiores ⁊ priores in ſucceden
do ꝙ̃ ſit vxor ⁊ tamen facto teſtamento agnati non ſuccedunt con
tra voluntatem diſponentis.niſi quando turpis perſona eſt inſti-
tuta.l.fratres.C.de inoffic.teſta.l.j.⁊.ſi.ff.eo.tit.ergo multo minus
vxor debet poſſe admitti ex teſtamento ad illã quartam contra vo
luntatem teſtantis. ¶ Sed ad hoc reſpondeo quod argumentum
procedit preterꝙ̃ in caſu.d.authen.preterea.quando alter ex con
iugibus eſt pauper.alius vero diues.nam vxor hoc caſu plus iu-
ris habet ꝙ̃ agnati et ꝙ̃ filij qđ eſt fortius,vt ibi probatur. ¶ Se-
cundo ad idem adducebam:quia illa authen.preterea eſt correcto-
ria,vt ex ſe patet.ergo non debet extendi.⁊ eo maxime cum dicta
authen.veniat ad interpretationem.l.prime ibi precedentis que
lex loquitur tantummodo ab inteſtato.ergo diſpoſitio ei derogãs
vel eam interpretans:debet intelligi ſm legem interpretatam, vt
in.§.ſi.in auſ.de filijs ante dota.inſt.natis. ¶ Sed ad hoc reſpon-
deo:qđ licet auſ.eſſet correctoria:tamen poteſt extendi ad cauſam
9 teſtati cum ſit eadem ratio.Nec obſt.†qđ veniat ad declarationem
d.l.j.quia non eſt inconueniens ꝙ intelligatur etiam vltra.cum ge
neraliter ⁊ indiſtincte loquatur.l.de pretio.ff.de publi.⁊ hoc maxi
me cum authen.loquatur expreſſe etiam in cauſa teſtati, vt patet
ibi legatum ⁊c.⁊ ſic voluit addere ad legem antiquam in hoc.
¶ Tertio allegabam contra communem opi.nam beneficium di
cte authẽ.emanauit,vt coniunx laboret inopia in opprobrium et
iniuriam defuncti.vnde ſi ipſe fecit teſtamentũ ⁊ de ea nihil diſpo
ſuit non videtur curaſſe de opprobrio ⁊ iniuria ſua.⁊ ideo iniuria
non infertur in volentem.l.cum donationis.cum ſi.C.de tranſac.
ſed ad hoc reſpondeo qđ hec non fuit ratio dicte diſpoſitionis.Nã
ſi hoc eſſet verum idem deberet dici ab inteſtato ex quo coniunx
nihil etiam ſibi reliquit.vnde ratio eſt vera ne cogatur coniunx mẽ
dicare.et ſic principaliter propter ſe ⁊ etiam propter honorem pri-
mi matrimonij.ſed hoc ſecundario.⁊ facit.l.j.⁊.ij.ff.rerum amo.cũ
ſimilibus. Bologninus.
¶ Hec vera niſi defunctus vir in bonis habeat vltra quadringen
10 tas libras auri.†quia tunc vxor non ſuccederet vt heres in quarta
parte bonorũ.immo ageret conditione ex lege ⁊ petere poſſet ſolũ
cẽtũ libras auri:licet hereditas eſſet valoris mille librarũ,vt in.d.
§.quoniam vero.ibi.ſed omnibus coniuncta.l.ſi.C.de repud.et in
auſ.de nup.§.ſic iſtam.

Additio. ¶ Hec concluſio nequaꝙ̃ mihi placet.⁊ in hoc
ſum contrarij propoſiti.nam tex.in.d.auſ.pre-
terea.⁊ in corpore vnde ſumitur.⁊ tex.in.d.§.quoniaz vero.in auſ.
de exhi.reis.nõ faciunt nec conſiderant aliquo pacto hoc.immo
indiſtincte volunt qđ de omnibus bonis quãtacunqꝫ ſint debeat
vxor habere quartam portionem,vt patet in dictis iuribus.eſt ve
rum qđ quando ſuccedit cũ liberis habet tantummodo vſumfru-
ctum vbi cum alijs perſonis,habet etiam proprietatem.Et text.
in.d.l.ſi.C.de repu.qui facit mentionem de quadringentis libris
loquitur in caſu valde diuerſo a noſtro.ſ.in caſu quo maritus ſine
culpa expulerit vxorem,prout ibi apparet in verſi.ſi vero ſine cul-
11 pa ea reiecerit ⁊c. ¶ Itaqꝫ †ille tex.nihil habet commune cum ma
teria noſtra nec ſcribentes in.d.l.j.⁊ in auſ.preterea conſiderarũt
hoc.tanꝙ̃ ad propoſitum materie de qua agimus.in qua ſi dare-
mus qđ coniunx decedens habuiſſet nedum mille,ſed cẽtum mille
libras auri,et vxor fuiſſet pauper ⁊ ſine dote haberet omnino ſuc-
ceſſionem cum agnatis vel cognatis in quarta parte totius illius
ſubſtantie ⁊ non centum libras auri tantum.prout dicebat do.au-
tor qui in hoc iudicio meo vehementer cum reuerentia errauit.
¶ Et vltra predicta pondero contra eum text.in authen.de exhi.
reis.in.§.quoniam vero.in ver.quartam partem eius ſubſtantie
accipere eam ⁊c.⁊ in verſi.quartam partem eius ſubſtantie habere
mulierem ⁊c.vbi iura loquunť de tota ſubſtantia,non aũt de qua-
dringentis libris tantum:⁊ ex hoc apparet do.autorem.ſ.in.§.pro
xime ſeq.⁊ in ver.qđ limito ⁊c.⁊ in ver.aut ſunt ex eadem vxore ⁊c.
in ſi.non recte ſenſiſſe.dum dixit ſemper qđ extantibus filijs vxor
ſuccedit pro virili quãdo ſunt quatuor vel quinqꝫ:dummodo por-
tio nõ excedat valorẽ cẽtum librarum ⁊c.Nam dicas tu qđ hec con
ſideratio de centum libris non attenditur in propoſito de quo agi
mus.nec obſt.tex.in.§.q: vero lex.⁊ in.§.ſi quis indotatam.in auſ.
vt li.ma.⁊ auie.q: non loquuntur in terminis noſtris quando mu
lier eſt pauper:ſed vbicunqꝫ daremus mulierem pauperem ⁊ mari
tum premortuum locupletem:tunc admittitur ad quartam par-
tem totius ſubſtantie mariti premortui cum agnatis ⁊ cognatis,
⁊ cum filijs in virilez,prout dicit in.d.auſ.preterea.⁊ in corpore vn
de ſumitur:⁊ ita tenendum puto in hoc paſſu quicquid in hoc di-
xerit do.autor. Ludo.bologninus.
12 ¶ Aut marito preſunt filij †⁊ tũc aut ſunt nati ex alia vxore:⁊ tũc
ſi ſunt tres aut pauciores ſuccedit vt heres,iſta vxor in quarta par-
te:ſi autem ſunt plures ſuccedit in virili pro numero perſonarum
vnde ſi ſunt quinqꝫ filij ipſa ſuccedit in ſexta parte,vt in auſ.vt li.
ma.⁊ auie.§.q: vero.quod limito niſi talis portio excederet valo-
rem centum librarum auri:quia tunc poſſet agere ſolum conditio
ne ex.l.ad illas centum libras.nec in hoc.d.§.quoniam eſt corre-
ctus per.d.§.quoniã vero.qui illam ſucceſſionem exorbitãtem po
tius reſtringit quam ampliari velit.

Additio. ¶ Hec concluſio in filijs ex alia vxore,vt ſm nu
merum predictum admittatur vxor aliquãdo
in quartam ⁊ aliquando in virilem mihi placet et fundata eſt in.d.
authen.preterea.in ver.in quartã ſi ſunt tres vel pauciores:qđ ſi
ſunt plures ſunt in virili portione ⁊c.vbi eſt caſus apertus de hoc,

⁊ ita per illum tex. firmant communiter ſcribẽtes ibidem: ⁊ de hoc
nemo dubitat. ¶ Sed alia ſecũda cõſideratio quam facit autor de
centum libris auri quã etiã ſupra fecit nequaꝗ̃ mihi placet in ter-
minis de quibus agimus in quibus recte ponderando iura predi-
cta non probatur in eis. immo vltra ea que dixi in additione pre-
cedenti: nunc cõtra do. autorẽ pondero tex. in. d. auſ. preterea. cir-
13 ca fi. in ver. dominio potiat. ⁊c. vbi tex. diſponit † qđ in caſu nõ exi-
ſtentium filiorũ etiã in eodem matrimonio vxor ſuccedit in domi-
nium oĩm bonorũ. ergo de centum libris auri iuriſlator nõ habuit
aliquã conſiderationem: ⁊ qđ hoc ſit verũ qđ in terminis de quib⁹
agimus nõ ſit attendẽda iſta conſideratio centũ librarũ auri vltra
ſupradicta allego Ang. in. §. ſi vero. in auſ. vt liceat ma. ⁊ auie. vbi
cõmemorat oĩa iura loquentia de hac materia ſm tempora ſua di-
ſtinguendo ea omnia multũ ſingulariter: ⁊ tandẽ reſidet in hoc qđ
nõ habeatur reſpectus ad iſtas libras centum auri in terminis de
quibus agimus. ideſt ſoluto matrimonio per mortem ⁊ vxore exi-
ſtente inope ⁊ ſine dote vel parua ⁊ marito locuplete predefuncto.
¶ Pro quo etiam facit qđ. ṡ. proxime dicã in. §. ſeq. vbi etiam do.
autor ſemp fuit in hac ſua opi. ⁊ non bene. ¶ Nec obſt. dum dicit
qđ potius voluit. §. quia vero. reſtringere ſucceſſionem iſtã ꝗ̃ am-
pliare: qꝛ reſpondeo qđ reſtrictio ſit tantũ ex numero filiorũ: ſed
nõ quo ad libras centũ auri. Nam demus qđ tota ſubſtantia nõ va-
leret trecentas libras auri, nõne vxor debet habere quartã vel viri-
lem ſm numerum liberorũ. certe ſic, vt in dictis iuribus probat. er-
go quãtumcunqꝫ excedat ſummam mille librarũ auri dꝫ habere ra-
14 tam ſuã totius ſibi contingentẽ. ¶ Reſtringitur ergo † ⁊ ampliat
dicta ſucceſſio habito reſpectu ad numerũ filiorũ nõ aũt ad valorẽ
bonorũ ⁊ iura facientia mentionẽ de illis centum libris auri, vt eſt
l. fi. C. de repu. cum ſimi. loquũtur in alijs terminis. ¶ Et vltra iaꝫ
dicta hoc eſſe verũ probo per caſum in terminis in. §. ſi qs indota-
tam. in auſ. vt liceat matri ⁊ auie. vbi imperator cõmemorãs leges
anteriores loquentes de illis centum libris auri dicit ꝙ ipſe nunc
melius diſponẽs ſuper predictis decidit qđ attendatur in diuidẽ-
da ſubſtantia paterna numerus filiorum, vt ibi, in ver. vxorem au-
tẽ. ex vtroqꝫ horum caſuũ ſiquidem quinqꝫ habuit filios eius vi-
ſiue ex ea ſiue ex alio marito quartã partẽ ex ſubſtãtia viri accipere
ſinaũt amplius fuerint filij cũ vtroqꝫ caſu ſimiliter accipere iubem⁹
mulierẽ q̃tũ vni cõpetit filiorũ ⁊c. vbi imperator expꝰſſe dixit hoc et
puidet etiã in caſu. d. l. fi. C. de repu. ꝙ habeat amplꝰ mulier illas
centum libras auri ⁊c. vbi iudicio meo eſt caſus decidens vtranqꝫ
q. noſtram que omnia tene mẽti. Ludo. bologninus.
15 ¶ Aut ſunt ex eadẽ vxore † ⁊ tunc iſta vxor nõ efficitur heres viro
in aliqua parte ſed ſolum poteſt agere conditione ex lege ad petẽ-
dum vſum fructũ quarte partis bonorũ mariti ſi ſunt tres filij vel
pauciores vel vſum fructũ virilis ptis ſi ſunt plures, vt. d. §. qꝛ ve-
ro: nã licet tex. dicat vſuꝫ ſolũ, tñ dꝫ exponi. i. vſum fructũ per id qđ
ſequitur dñium aũt illis ⁊c. ſimilis loquẽdi modus habet in auſ. de
nup. §. ſinaũt inteſtatus. ⁊ in auſ. de here. ab inteſta. §. i. ⁊. §. ſi vero
cum aſcendentibus. Qđ limita ſi nõ excedat valor vſuſfructus. c. li-
bras auri vel eius eſtimationem per. d. §. quia vero.

Additio. ¶ Concluſio hec de vxore admittenda cũ filijs
cõibus in vſufructu tantũ vel quarte vel virilis
ſm numerũ filiorũ mihi plꝫ. ⁊ fundata eſt in auſ. preterea. ⁊ in cor-
pore vnde ſumit. C. vnde vir ⁊ vxor. ⁊ in hoc nemo ſcribentiũ ibi di-
ſcrepat. Aſt in eo qđ dixit etiã. d. autor hic de vſufructu dũmõ nõ
excedat valorẽ centũ librarũ auri ⁊c. ⁊ ſic repetit illã ſuam opinionẽ
de qua. ṡ. etiã dixi, ⁊ ſemp fuit in hac ſua vt ita dixerim fantaſia cuꝫ
reuerentia male ſentit per iura ⁊ rõnes. de quibus feci tibi iam cõ-
memorationem in addi. proxi. precedẽtibus. ¶ Et vltra ibi dicta
16 pondero nunc aliud. nã † melius eſt pro heredibus vt habeat ſem-
per vſum fruc. vel quarte vel virilis quam vſum fructum centum li-
brarum auri: qꝛ. lxxij. ducati faciunt primo vnã libram auri, vt in. l.
quoties. C. de ſuſcep. ⁊ archa. li. x. ⁊ voluit glo. in. l. fi. C. de minus vo-
can. in verbo aureos vnde habebit vſum fructũ ſeptem mille ducen-
torum ducatorum: ſed vt dixi iura in terminis de quibus agimus
non habuerunt hanc cõſiderationẽ: nam etiã. d. l. fi. C. de repu. que
loquitur de iſtis centum libris auri loquitur in alio caſu ⁊ diuerſo
⁊ etiam de proprietate tãtum ⁊ nõ de vſufructu: ⁊ tanto magis de-
bemus intelligere hanc fuiſſe mentẽ legis cum pecunia nõ cõſiſtat
in vſufructu: niſi ſeruatis ſeruãdis de qb⁹ in. §. i. inſti. de vſufructu:
⁊ in. l. i. ⁊ per totũ. ff. de vſufr. earum rerũ que vſu conſu. de quibus.
d. l. fi. non facit mẽtionem que in caſu ſuo voluit libras centum au-
ri in totum et per totum pertinere ad mulierem. ſed de vſufructu
earum nullam facit mentionem in aliquo caſu, nec. d. §. quia ve-
ro. in autheñ. vt liceat matri ⁊ auie. cum alijs allegatis, ⁊ minus
ſcriben. in dicta authen. preterea conſiderarũt hoc. ⁊ maxime An-
ge. in. d. §. quia vero. vbi exordiendo hec omnia iura de tempore in
tempus reſidet quod dicta portio quarta vel virilis, ſm numeruꝫ
liberorum debeatur mulieri de tota ſubſtantia omnino et idem
in vſufructu dicte quarte vel virilis non attento vtrum ſubſtan-
tia excedat quadringentas libras auri vel non cuius contrarium
dicebat domi. autor qui ſemper fuit in hac prima opin. et iudicio
meo male. Ludo. Bologninus.
17 ¶ Sed circa hoc dubitatur ꝙ † ſi preſunt tres nepotes ex filio pre-
mortuo cõmuni vtriuſqꝫ an vxor ſuccedat ſoluꝫ in vſufructu quar-
te partis. videtur quod ſic cum ſit eadeꝫ ratio. contrarium puto qꝛ
dictus. §. quia vero. corrigit ibi ius antiquum dicti. §. quia vero.
vnde in materia correctoria tanquam odioſa appellatione filij ne-
pos non comprehenditur. inſtitu. qui dari tuto. poſſ. §. fi. ⁊ facit ꝙ
no. Bar. in auſ. ex teſtamento. C. de ſecun. nup. ¶ Et per hoc dico
qđ ſi preſunt quinqꝫ nepotes ex quinqꝫ filijs premortuis et qua-
tuor aſcendentes auus paternus ⁊ maternus. auia paterna ⁊ ma-
terna nihilominus vxor ſuccedit in quarta parte in legitima. lꝫ gl.
cum qua pertranſeunt doctores ſentiant contrarium in. d. authẽ.
preterea. C. vnde vir ⁊ vxor ⁊ male: quia non debet fieri extenſio in
materia correctoria.

18 **Additio.** ¶ Circa hanc cõcluſionem firmataꝫ per do. au-
torem: qđ diſpoſitio. d. auſ. preterea. † non ha-
beat locum exiſtentibus nepotibus ex filio: dico ꝙ vehemẽter in
hoc admiror de domino autore: nam immo illud qđ diximus in fi-
lijs primi ⁊ ſecũdi matrimonij: ⁊ de quarta ⁊ virili portiõe in omni-
bus ⁊ per omnia: dico in nepotibus vna tantummodo facta diffe-
rentia inter filios ⁊ nepotes. ſ. qđ tres filij inducunt ſucceſſionẽ in
quarta: quatuor vero in virili ⁊ abinde ſupra: ſed non ſic in nepoti-
bus. Nam etiam decem nepotes ex vno filio habentur pro vno, vt
in. §. cum filijs. inſti. de here. ab inteſt. ¶ Et qđ hoc ſit verum ꝙ di-
ſpoſitio. d. auſ. preterea. habeat locum non ſolum in filijs ſed in oĩ-
bus deſcendentibus. pondero tex. ibi in ver. cum liberis communi-
bus ⁊c. ⁊ in ver. cum liberis eiuſdẽ matrimonij ⁊c. Nam tex. vtitur
verbo, liberis qđ eſt aptum importare non ſolum filios primi gra-
dus: ſed etiam omnes deſcendentes in infinitum. l. liberorũ in prin-
cip. ff. de verbo. ſigni. cum vulga. ¶ Secundo allego caſum forma-
lem in materia noſtra non ponderatum a balio. in. §. quod autem
in alenda vxore. in auſ. vt liceat matri ⁊ auie. in verſi. deſcendenti-
buſqꝫ perſonis vtriuſqꝫ nature ⁊c, vbi tex. aperte decidit hãc que-
19 ſtionem ſi recte põderetur. ¶ Nec obſtat ꝙ † appellatione filij nõ
comprehendãtur nepotes in materia odioſa: quia dico qđ hec ma-
teria non eſt odioſa reſpectu mulieris: ſed fauorabilis, ⁊ ſi admitti-
tur cum filijs qui ſunt potiores multomagis debent admitti cum
nepotibus et alijs vlterioribus in gradu. ¶ Preterea dato non
conceſſo qđ materia eſſet odioſa quomodocunqꝫ ⁊ qualitercunqꝫ
tamẽ ex quo lex ita diſponit, vt in iuribus preallegatis loquentib⁹
de alijs deſcendentibus debemus ſtare legi que lex fundata eſt iu-
dicio meo in maxima equitate. Nam ſi mulier admittitur cuꝫ filijs
primi gradus multomagis debet admitti cum alijs vlterioribus.
¶ Minus etiam bene ſentit dominus autor in finalibus verbis
ſuis dum dixit de auo paterno ⁊ materno. et auia paterna et ma-
terna ⁊c. ¶ Nam vt ipſe dicit omnes in dicta authen. preterea te-
nent contrarium eius quod ipſe tenet. ⁊ ibi alias legendo dixi de
hoc poſt dominum meum Alexand. de imola. ibidem qui dicit qđ
ita cõmuniter tenetur. ⁊ ita non recedas tua communi opinione.
Ludouicus Bologninus.
¶ Item circa hec dubitatur quid ſi preſumit filie femine an habe-
bit locum hec diffinitio. d. §. quia vero. ⁊ videt qđ ſic cum ſit eadeꝫ
20 ratio in cõtrariuꝫ. facit † qꝛ tex. ſimpliciter loquitur in maſculino.
in materia correctoria vñ tanꝗ̃ odioſa maſculinũ non cõprehẽdit
femininum. l. i. §. queritur. ff. de ventre in poſ. mit. ⁊ patet ex regu-
la quem ponit Bar. in. l. i. ff. de verbo. ſigni. ⁊ hoc videtur tutius: li-
cet ſit ſatis rigoroſum. nec obſtãt verba dicte auſ. preterea. qꝛ ſunt
verba Irnerij non autem imperatoris.

Additio. ¶ In hoc paſſu dicas tu ꝙ dñs autor fallitur.
nam immo dicta in filijs maſculis habent locũ
in feminis, ⁊ ſiue verba dicte auſ. preterea. ſint Irnerij ſiue ſint Im-
peratoris dico quod ſatis eſt ꝙ approbantur ab omnibus ſcriben-
tibus ibi prout iacent. Sed ſi nunquam haberemus illum tex. ha-
bemus caſum in terminis decidentẽ vꝫ in. §. qđ autem. in auſ. vt
liceat matri ⁊ auie. in ver. deſcendentibus perſonis vtriuſqꝫ natu-
re ⁊c. vbi eſt caſus apertus in materia noſtra qui ꝓprie decidit ideꝫ
dicendũ in feminis qđ dicimus in maſculis de quo text. do. autor
mentionem non facit ⁊ multum ſeruit nobis in hac materia.
21 ¶ Omitto nunc an † maſculinum in materia odioſa cõprehendat
femininum: qꝛ nõ ſumus proprie in materia odioſa. ſed ſi vnquam
de ea materia cõtingeret videre habes de ea per do. Archid. in. c. ſi
quis ſuadente. xvij. qđ. iiij. vbi ponit quid in contractibus. ⁊ per
Bald. in. l. ij. in. ij. col. C. de iure emphy. ⁊ per Ioan. de imol. in. c.
potuit extra de loca. ⁊ in. l. ſi ita ſcriptum. ff. de leg. ij. ⁊ in. l. quod di-
citur. in vltima charta. ff. de verbo. obligatio. ⁊ per Pet. de ancha.
in conſilio. xlj. in. j. col. incipien. de viribus et eſſe. titulorum. ⁊c. ⁊ p
do. meum Alex. in conſilio. lxj. in primo volu. incipiente, an ſi ali-
cui eſt conceſſa res ⁊c. Ludo. Bologninus.
¶ Item queritur quid ſi mulier pauper dedit modicã dotẽ viro lo-
cupleti, an ei ſuccedet in dicta portione ſm formã predictã: ⁊ vꝫ qđ
non: quia

non: quia iſta eſt ſucceſſio noua & exorbitans & cōtra regulas iuris
antiqui, & videtur habere locum ſolum tribus concurrentibus. ſ.
quod mulier ſit ſine vlla dote, item & inops, itē vir defunctus erat
locuples, vt. d. §. quoniā vero. ver. hec itaq; igitur. & l. ſi vero. §. de
22 viro. ff. ſo. ma. & c. cū expediat. de elec. lib. vi. ¶ †Sed contrariū te-
net dñs Franciſ. de rampo. in. d. auſ. preterea. & mouebatur ſolum
q: eadē eſt ratio, & paria ſunt nō habere dotem & habere, ſed valde
modicam, & hoc mihi placet: q: ſit extenſio propter idētitatem ra-
tionis qñ ratio eſt expreſſa in tex. vt not. glo. in. c. j. de elec. lib. vj. et
eo. titu. c. j. in cle. & Bart. in. l. liberorū. ff. de ver. ſigni. & plenius dicā
in tractatu extenſionū, ſed ratio eſt expreſſa in. d. §. quoniā vero. §.
nouiſſima viuentis inopia, & ibi eſt inopia contingit &c.

Additio. ¶ Hanc ſententiam de dote parua & dote nul-
la comprobāt expreſſe ſcribentes in. d. authen.
preterea p. l. quāuis. ff. de cōdi. & demon. vbi paria ſunt nihil habe-
re vel modicum habere, & facit glo. in. l. fin. C. ad legem fauiam. de
plagi. que dixit quod paria ſunt non habere maritum, vel habere
maritum inutilē. ¶ Et licet tex. in d. authen. preterea dicat abſq;
dote &c. & ſimiliter tex. in. §. ſiquis indotatā. in auſ. vt li. ma. & auie.
& ſic preſupponant nullā extare dotē: tamen non eſt inconueniens
idem dicere quando dotem habet, ſed modicam propter identita-
tem rationis que militat in vtroq; caſu, ergo idem ius debet eſſe.
23 ¶ Preterea †pro hoc adduco tex. in. §. qđ autem. in auſ. vt liceat
matri & auie. in verbo, indigentibus &c. vbi tex. loquit in terminis
noſtris, & cōſiderat indigentiā que ita verificatur, ita qñ nulla dos
data eſt, vel ſi data eſt parua eſt. ¶ Plus dico qđ datio dotis non
eſt in cōſideratione, ſed inopia. Nam ponamus mulierē non dediſſe
aliquam dotē: tamen mortuo marito vel a patre vel aliunde inſti-
tuta eſt heres vel alio titulo lucratiuo multa bona acquiſiuit dice-
mus ne eā ſuccedere marito iuxta. d. auſ. preterea. C. vnde vir & vxor.
certe non: quia ſi bene eſt ſine dote: tamen habet modum viuendi,
& ſic ceſſat ratio dictorum iurium dū dicunt, ſuperſtes vero laboret
inopia &c. & in. d. §. quod autem. in verbo indigentibus &c. cū alijs
ſimilibus. ſ. alleg. ergo &c. Bologninus.

¶ Item queritur quia ſupra dixi de vxore vtrum oīa predicta ha-
beant locū in marito paupere volente vxori ſuccedere. Reſpōdeo
ſic per. d. §. quoniā vero. & ſi dicatur quod ipſe. §. eſt correctus per
d. §. quia vero reſpondeo quod ille. §. quia vero iterum corrigitur
per tex. in auſ. vt fratrum filij. §. ſi. & ita dicit glo. in. d. auſ. preterea.
24 ¶ †Sed hec ſolutio non eſt tuta: quia in. d. §. fin. ſolum loquitur
in pena, que imponitur pro diuortio. et ideo gloſſ. melius dicit in
dicto. §. quia vero. in glo. magna. in ver. tu dic quod tantum &c. ſcz
quod. §. quia vero. in ſi. vult corrigere. l. fin. C. de repu. &. §. ſic itaq;.
in auſ. de nup. & ſic exponas in talibus caſibus, id eſt tali caſu & ſimi-
libus. & hoc eſt equius ve tot correctiones euitētur, & facit pro his
l. ſi. C. de indicta viduitate.

Additio. ¶ Sto in hoc cum domino autore, licet Lud.
romanus in. d. auſ. preterea. teneat ɔtrium debi-
libus tamen rationibus motus, & maxime dum dicebat q; ex quo
pater eſt legitimus adminiſtrator bonorum maternorum ad filios
peruentorū habet vſumfructū. l. j. C. de bo. mater. & ſic nō poteſt la-
borare inopia. nā hoc eſt falſum. primo q: tex. in. d. auſ. preterea in
corpore vnde ſumit, & in. §. q: vero. & §. quod autem. in auſ. vt lice.
ma. & auie. loquuntur tam in patre, quam in matre. Nec obſtat ra-
25 tio Ludoui. roma. †nam etiam ſi filij non haberent bona mater-
na: tamen tenentur ſemper alere patrem inopem, vt in. l. ſiquis a li-
beris. §. j. et. §. ſi vel parens. ff. de libe. agno. vnde dicta iura non vē-
dicarent vnq̄ ſibi locum in patre, cuius contrarium expreſſe deter-
minant, vt patet in eis, et maxime in. d. §. qđ autē. in ver. in omni-
bus aſcendentibus &c. in auſ. vt li. matri et auie. vbi eſt tex. quadra-
tus decidens hanc queſtionem, & melior in hac materia qui poſſit
allegari. Ludouicus Bologninus.

¶ Sed tunc quero tenēdo hanc opi. an. d. §. qñ vero in quantum
loquit de viro q; ſuccedat vxori modificari & corrigi debeat per. d.
§. q: vero. vcz vt ſi ſunt plures q̄ tres filij ſuccedit in virili, item ſuc-
cedit in vſufructu tantum, & videtur q; non: q: correctio eſt euitan-
da, contrariū tamen puto: q: maritus & vxor ſunt correlatiua, & cor-
rectio vel modificatio facta in vno videt facta in alio. l. fin. C. de in-
terdi. vidui. l. j. C. de cupreſſis. lib. xj. & l. ſi. ff. de accep. non enim vir
& vxor debent ad imparia iudicari. xxxij. q. j. c. quod autem, niſi in
caſibus ſpecialibus, in qbus ius expreſſe diceret contrariū, vt olim
fuit in dicto. §. quia vero. in ſi. qui tamen cito correctus fuit, & ſepe
dictum eſt, & hec opinio videtur eſſe de mente Irnerij qui extraxit
26 auſ. preterea. et glo. ibidem ſentit.

Additio. ¶ Pro hac cōcluſione facit id quod. ſ. dixi in
additione precedēti, & oīa ibi dicta poſſunt me-
rito hic adaptari, & cū hoc ptranſeūt ſcribētes cōiter in. d. auſ. pre-
terea. & facit tex. ille ſepius alle. in. §. qđ autē. in auſ. vt li. mat. & auie.
vbi text. ne dū diſponit predicta procedere in patre & in matre, ſed
idem in alijs aſcendentibus. Ludo. Bologni.

¶ Qualiter autem & quomodo vir ſuccedat vxori & econtra in hac
quarta parte vel virili qñ decedit cōdito teſtamento nō inſiſto: q:
ppoſui in alio tractatu dicere, & queſo, vt ſim excuſatus, ſi ſui pro-
lixus circa declarationem dicte auſ. preterea. nam vidi iſtam practi-
cari Bononie in hereditate cuiuſdam vſurarij.

27 **Additio.** ¶ Licet dominus autor non decidat hāc que-
ſtionem dicas tu breuiter †quod ſuccedunt taz
ab inteſtato quā ex teſtamento, prout ſupra dixi in additione mea
incipiente ptranſeo cum dño autore &c. tū limita niſi teſtator in te-
ſtamento expreſſe prohibuiſſet coniugem ſuccedere: quia tunc nō
poſſet admitti contra expreſſam voluntatem teſtantis ſm Bald.
et Salice. in authen. preterea. C. vnde vir et vxor. licet Pau. de ca.
et Ludo. roma. ibidem teneant contrarium et forte melius, prout
alias ibi legendo dixi circa qđ non me extendo ne incidam in ean-
dem excuſationē quā facit dominus autor ſupra proxime. Ludo-
uicus Bologninus.

¶ Secundo circa hūc articulum reſtat videre de eccleſia qualiter
ſuccedat clerico & nō inſiſto: q: dixi ſupra in proximo mēbro, & etiā
in tertia parte tertij articuli. ſ. q; eccleſia ſuccedit in patrimonali-
bus deficientibus oībus agnatis & cognatis, ac etiā poſt vxorem.

Additio. ¶ De hoc ſuperius diximus poſt dñm autorē
ideo nō repeto hic ne fruſtra occupemus mem-
branas, & iſtud qđ dicit autor de vxore. ſ. firmauit in. §. prefertur ta-
men &c. per tex. in. l. ſiquis preſbyter. C. de epiſ. & cle. cū alijs ibi alle.
vbi poſuit etiam de clericis coniugatis in minoribus conſtitutis.
Ludouicus Bologninus.

28 ¶ †Sed quid ſi quis eſſet beneficiatus in pluribꝰ eccleſijs poteſt
dici q; omnes ab inteſtato ſuccedunt. c. relatum. el ſecundo. de te-
ſta. c. ſi. de ſucceſ. ab inteſta.

Additio. ¶ Pro hoc vide gloſ. no. in. c. ſi. de offi. ordi. li.
vi. & in. d. c. relatū. & in. §. ſi quis autem in epis. in
auſ. de eccle. titu. colla. ix. in auſ. preſbyteros. C. de epiſco. et cle. et
Bar. in. l. ſiquis filio. §. eius. ff. de iniu. teſtamen. & Bald. in. l. j. §. is
itaq;. in ſi. C. de cadu. tol. Plus dico q; eccleſia occupans bona cle-
rici defuncti tanq̄ ſua cū non ſint nō incidit in penam. l. ſi quis in
tantam. C. vnde vi. ſm Inno. in. c. cū in officijs. extra de teſtamen. &
Bal. in auſ. licentiam. C. de epiſ. & cle. Bologninus.

¶ Item an laico rectori hoſpitalis ſuccedat hoſpitale ab inteſta-
to ſicut eccleſia clerico, puto q; ſic, cum eadem ſit ratio auſ. de eccl.
titu. in. §. hec autem omnia que diximus.

Additio. ¶ Pro hoc facit text. in. l. omnia. C. de epiſco.
et cleri. quia contingit. de religio. do. vbi pro-
29 batur q; †bona hoſpitalium gaudent eo iure quo bona eccleſie. et
voluit Bar. in. d. l. omnia. et Bald. in auſ. quas actiones. C. de ſac.
ſan. eccle. et Pau. de caſt. in conſilio incipiente, dubitatur nūquid
hoſpitale &c. & dñs meus in conſi. viij. inci. quedam petia terre ſup-
poſita &c. in. j. col. in. ij. volumi. et facit quod voluit do. Archi. in. c.
diffiniuit. xvij. q. iiij. vbi dicit q; ſicut fugiens ad eccleſiam non po-
teſt capi, ita fugiens ad hoſpitale tutus eſt, & voluit Bal. in. l. ſi qs.
§. in omnibus. in. xv. col. C. de epiſ. & cle. & voluit dominus meus in
conſi. preallega. in. ij. col. Bologni.

¶ Tertio circa hunc articulum reſtat videre de patrono et eius
agnato qualiter ſuccedant liberto, ſed quia hic paſſus eſt parū vti-
lis & ratio practicatur nō inſiſto, ſed vide hoc ad. §. multis inſti. de
ſuc. liber. & ad notata inſtituta. de ſerui. cogna.

Additio. ¶ Pro hoc vide tu q; notat Bald. in. l. j. C. ſi
quid in fraud. patro. & per Specu. in tit. de te-
ſta. §. iij. ver. eſt & alia. & in ver. patrono &c. Spe. in ti. de rebus eccle.
non alie. ver. ceterum. cum ſeq. Bologni.

30 ¶ Quarto †reſtat videre an ſint aliqui q poſſint ſuccedere ab inte-
ſtato excluſo fiſco. Reſpondeo q; quedam ſunt collegia de quibus
habetur. C. de here. decu. per totum.

Additio. ¶ In hoc adde tu q; ſimiliter eccleſia de cuius
corpore eſt clericus excludit fiſcum, vt nota. in
c. ſina. xij. queſtione vltima. & in. c. j. & ij. de ſucceſſio. ab inteſta. & ne
errares dicas hoc habere locum in patrimonialibus. Nam in alijs
bonis proueniētibus ab eccleſia, clarum eſt q; eccleſia vel ſucceſſor
excludit fiſcum. vt. d. xij. q. ōne vltima per totum. & in. c. quia nos. de
teſta. & in. c. cum ex officij. eo. titu. & in. c. preſenti. de offi. ordi. lib. vj.
¶ Preterea fiſcus excluditur in caſu auſ. omnes peregrini. C. cō-
munia de ſucceſſio. vbi bona peregrinorum decedētium in itinere
applicantur epiſcopo loci qui habet ea diſtribuere in pauperes et
in alias pias cauſas excluſo fiſco. Bolog.
31 ¶ Affinis †vero deficiētibus alijs nullo modo ſuccedit. l. vitrico.
& l. affinitatis. C. communia de ſucceſſio.
¶ Adde tu in hoc paſſu Barto. in. d. l. affinitatis, et ideo dicebat
Bal. ibidem q; affinitas habet principium a viro et vxore. et ideo
ſm eum inter filios coniugum ex alio matrimonio poteſt contra-
hi matrimonium. Ludo. Bologni.
¶ Similiter hoſpites nunq̄ ſuccedunt peregrinis in eorum ho-
ſpitio defunctis, nec valet conſuetudo contraria, vt in auſ. omnes
peregrini. C. communia de ſucceſ.

32 **Additio.** ¶ Non eſt mirum † quia de bonis peregrinoꝝ debet epiſcopus loci facere illaꝫ diſtributionē quaꝫ.ſ. proxime dixi, vnde non poteſt ei ſuccedere, de quo poſuit Bald. in. d. auc. om nes. vbi probatur ꝙ hoſpites tenētur aſſignare omnia bona peregrinorum epō loci, alˀs tenentur pena tripli. et hoc quādo decedunt ab inteſtato, qḋ no. tu qui tenes hoſpitium. Ludouicus Bologninus.

¶ Sciendum tamen eſt ꝙ eſt vna perſona anormala que ab inteſtato ſuccedit, ſcꝫ concubina, nam ſi ex ea extarent filij naturales tā tum vnus vel plures ſimul cum filijs ſuccedit in duas vncias que viriliter inter eos diuiduntur, ſed vbi ex concubina nullus filius remanſiſſet, ipſa nullo modo ſuccedit ab inteſtato, vt in. §. ſiquis autem defunctus. in auc. quib. mo. natu. effi. ſui. immo plus dico ꝙ ſi ex cōcubina tamaſio ſuperſunt nepotes legitimi ꝛ naturales, vel naturales tantū ex filio naturali premortuo nō ſuccedunt ab inteſtato in aliquo illa cōcubine nec nepotes. l. ſi. C. de natu. lib. ꝛ in. §. de nepotibus. in auc. qui. mo. na. effi. ſui.

33 **Additio.** ¶ De hoc † poſuit Aug. in. §. ſꝫ aliud in auc. qui. mo. natu. effi. legi. ¶ Plus dico tibi ꝙ concubina non ſuccedit ſm̄ diſpoſitionem authē. preterea. C. vnde vir et vxor, prout ſupra dixi vbi concluſi idem in ſponſa per verba de futuro ergo ſi in caſu inopie non ſuccedit multominus poteſt aſſ admitti. ¶ De nepotibus autem natis ex filio naturali ſuperius dixi in loco ſuo in additione mea incipiente, ſtat pro certo hec firma concluſio. vbi allegaui dn̄m meum Alex. in conſi. lxxv. in. iij. volu. incipiente, vtrum nepotes nati ex filio ſpurio ꝛc. ideo non repeto nunc. Ludouicus Bologninus.

¶ Ex predicta prima parte huius tractatus que eſt quādo tractatur de ſucceſſione ab inteſtato eius qui ab inteſtato deceſſit, ideo quia nullum cōdidit teſtamentū vel cōdidit, ſed inualidum a principio vel ex poſtfacto, reſtabat videre de ſecunda principali parte quando tractatur de ſucceſſione alicuius contra teſtamentum. ſcꝫ quando ipſe deceſſit condito teſtamento valido qḋ nō poteſt impugnari per bonorum poſſeſſionem contra tabulas, vel per querelam inofficioſi teſtamenti, ſed qꝛ hec pars habet multos difficillimos paſſus quorꝫ maior pars expeditur in. l. filio preterito. ff. de iniuſto teſtamento. ꝛ in. l. pater filium. ff. de inoffici. teſta. ideo non omitto pro nunc ꝛ de ea alias faciam vnum tractatum per ſe.

¶ Deo gratias.

Additio. ¶ Explicit ſolēnis iſte pro certo et neceſſarius vtiliſqꝫ tractatus ſucceſſionis ab inteſtato qui quotidie occurrit in quo dominus Mattheus Matheſyllanus cōbononienſis autor diligētiſſime loquutus eſt, ꝛ ad eum in hac materia ſemper recurrimus: in quo tractatu ſupplendo, declarando interpretando in additionibus noſtris ſi quid inepti diximus attribues id paruitati ingenij mei, homo enim ſum. Si quid autē boni reperies id ſupremo omnium bonorum largitori attribues a quo omne bonum ꝛ omne donum procedit, vt a patre luminum, cui laus et glorioſiſſime ſemper virgini eius genitrici Marie ꝛ beate Catherine cuius feſtum die craſtina celebratur.

¶ Ludouicus Bologninus. V. J. doctor et eques.

Finis Tractatus Succeſſionis ab inteſtato editus per clariſſimū iuriſconſultum D. Mattheum Matheſyllanum cum luculentiſſimis annotationibus D. Ludouici Bologniui Bononienſis.

Ad reuerẽdiſſimũ in Chriſto

patrem ⁊ dominum dñm. L. Epiſcopum Tuſculanum. S. R. E. Cardinalẽ de Urſinis. D. N. pape camerariũ. Tractatus de ſucceſſiõibus Ab inteſtato Editus per. R. P. D. Nicolaũ de Ubaldis de Peruſio doctorem in vtroq; iure clariſſimũ Sacri Palatij Apoſtolici cauſarum auditorem ⁊c.

¶ Prohemium.

poſitio quia fateor ꝙ diſpenſatio debet ſtricte intelligi tamen non
ita ſtricte ꝙ auferat id qđ conceditur per diſpenſationem vt in di-
ctis iuribus: ſed mens diſpenſantis fuit reducere ipſum Paulū ad
ius primeuum vt patet per clauſulas in ſi. diſpenſatio. appoſitas z
dictum fuit ſupra ergo zc. Non obſtat quinta decr. c. naturales. qz
ego credo ꝙ ille tex. debeat intelligi ꝙ ſit ſpeciale in ſucceſſione feu
di que ſucceſſio non regulatur ſm alias ſucceſſiones in alijs bonis
vt patet in. c. j. qui feudum dare poſſunt. z in titu. de gradibus ſuc-
ceſſio. in feu. in vſi. feu. In quibus iuribus patet ꝙ excluduntur fi-
lie femine z deſcendentes per illam lineam licet legitimi ſint. Non
98 obſtat † quarta oppoſitio ꝙ diſpenſatus ad ordines nō cenſetur
diſpenſatus ad beneficia quia illa ſunt magis ſeparata. Unde for-
te non eſſet ita econtra vt diſpenſatus ad beneficia. non cenſeretur
diſpenſatus ad ordines, de quo vide not. in. c. cum ex eo in ſi. de ele.
lib. vj. Sexta oppoſitio videt magis dubia niſi diceres ꝙ illa. l. non
facit per omnia illum maiorem ſed diſpenſatur de quo in tex. facit
per omnia legitimum z habilem. Uel dicas vt dicit Bal. in. d. l. fin.
dum ponit queſtionem de priore alicuius eccleſie qui pro tempore
erit relicto executore quia intelligitur etiam de illo qui factus eſt
executor ex diſpenſatione pape dum eſſet inhabilis quia eſſe prior
non procedit naturaliter z ideo verba non poſſunt niſi ciuiliter in-
telligi. Et predicta adiuuo quia perogatiua regule quo ad bacca-
lariorum eſt conformis iuri communi. Nam de iure communi cete
ris paribus prefertur literatus non literato tanꝙ̄ magis idoneus
maxime circa eccleſias parochiales z magnas dignitates per not.
in. c. de multa de preben. in. c. j. de conſang. z affini. z in. c. ij. eam te. z
in. c. cū ſit ars artium de eta. z qualit. z in. c. cū in cunctis de elect. Et
hec pro nunc occurrunt pro parte Pauli diſpenſati vt inquantū
fundat ſe ſuper baccalariatu cōſiderato per regulam gaudeat priui
legio ipſius regule.

Sed pone quod Paulus non ſit baccalarius nec
habeat aliquam qualitatem ſed
ſit tantum natus de nobilibus parentibus z vult vti perogatiua
nobilitatis an ex eo ſolo vinceret Petrū diligentiore in proceſſu.
Et eſt aduertendum quia regula duo requirit copulatiue. Unum
ꝙ ipſe ſit nobilis. Aliud ꝙ ſit de nobilium genere. Unde ſi ſimpli-
citer fundaret ſe ſ nobilitate ſua quā habuit forte ex priuilegio prin-
cipis vel aliunde iuxta not. in. l. j. C. de digni. lib. xij. per Bart. non
99 ſufficeret. † nam quando duo copulatiue ſunt poſita in eadem di-
ſpoſitione ad validitatem ipſius diſpoſitionis requiritur ꝙ ambo
verificētur hoc ad. c. ij. de reſcriptis inſti. de hered. inſti. §. penul. Si
vero diceret ſe nobilem z de nobili genere procreatum z tunc antar
guit illud genus nobilium per lineam femininā quia dicat matrē
vel auum maternum fuiſſe nobilem z ſimiliter videtur qđ nō ſuffi-
ciat z nō habeat locum regula quoniam verbum genus exponitur
pro agnatione not. in. l. j. iuncta glo. ff. de probati. in. l. tutelas. ff. de
capi. dimi. Sed certe agnatio non deſcendit per lineam femininā
ſed maſculinam vt probatur inſti. de legi. agna. tu. circa principiū.
ff. de leg. tut. l. j. inſti. de leg. agna. ſuc. §. j. ergo non poteſt ſe fundare
in genere materno. Pro hoc facit ꝙ legitur Eſaie. liij. c. ibi Gene-
rationem eius quis enarrabit: loquēs de generatione diuinitatis
quā ſciuit nemo: quia ab eterno fuit Jo. j. c. in principio erat ver-
bum z verbum erat apud deum zc. Et Jo. xvij. c. ibi z nunc clarifica
me pater apud temetipſum ea claritate quam habui priuſꝙ̄ mun-
dus eſſet apud te. Et idem Jo. in epiſtola. j. quod fuit ab initio zc. z
Hieronymus ſcribens ad Laurentium papam ſuper expoſitione
ſimboli in verſi. quomodo autem deus pater genuerit filium zc. z in
c. j. de ſum. trini. in decre. z in. vj. Et Matthei. j. c. ibi. Liber genera-
tionis Jeſu chriſti filij dauid zc. loquens de carnali hoc eſt de gene-
ratione Joſeph patris putatiui ꝙ bene declarat beatus Hierony
mus in homelia ſuper eodem. Inquit enim, in Eſaia legim⁹, gene-
rationē eius quis enarrabit. Non ergo putemus euangeliſtā Pro-
phete eſſe contrarium vt ꝙ ille dixit affatu. Hic narrare incipiat: qz
ibi de generatione diuinitatis hic de incarnatione eſt dictum zc.
100 † et infra querat diligens lector z dicat cum Joſeph non ſit pa-
ter. Quid pertinet ad dominum generationis ordo vſqꝫ deductus
cui reſpondebimus primo non eſſe conſuetudinis ſcripturarum vt
mulierum genera ordo texeatur zc. Licet beatus Leo papa in ſer-
mone quem fecit de natiuitate domini dicat illud Eſaie ſupra enar
ratum conuenire etiam humane nature. ait enim, quia in Jeſu xpī
filio dei

filio dei non ſolum ad diuinam eſſentiam, ſed etiam ad humanam
ſpectat naturam ꝙ eſt per prophetam generationē eius quis enar
rabit. Et hinc ergo euidenter apparet genus, ſeu generationē non
a feminina, ſed a maſculina linea denominari. Facit quia arma nō
ad cognatos, ſed ad agnatos pertinent. l. iun familiarum. C. de re
ligioſis et ſump. fu. et per Barto. in tractatu ſuo de inſignijs et ar
mis. ver. quero qualiter iſta arma. Nec obſtat tex. in. c. nouit. de iu
dicijs ibi nec illud humiliſſime omittamus ꝙ Theodoſius ſtatuit
imperator et ꝙ Karolus innouauit de cuius genere rex ipſe noſci
tur deſcendiſſe qui eſt clarus pro illis qui tenent genus poſſe dici
in deſcendentibus a matre, prout voluit Hoſti. et Jo. An. ibi col
ligens notabile ꝙ idē ſit dicere de genere ꝙ de deſcendentibus et
ſic genus comprehendit deſcendentes etiā ex perſona matris. Nā
iſte rex Francorū vt dicunt prefati doc. erat de deſcendentibus re
gis Karoli per lineam maternam.

102 Tu aduerte quia licet † omnes quos vidi ſequantur illum intellectum ad illum tex. tamen iu
dicio meo etiam hoc preſuppoſito de facili poteſt reſponderi quia
tex. ille non dicit ꝙ rex Francorum ſit de genere Karoli, ſed de de
ſcendentibus illorum qui ſunt de genere Karoli et propterea tan
te locutus eſt. Cape exemplum ego ſum de genere de Ubaldis: quia
linea paterna eſt de Ubaldis deſcendo de genere de Barigianis.
Hoc eſt quia mater mea a qua deſcendo eſt de genere de Barigia
nis, et ita puta eſſe intellectum illius. c. Poteſt enim quis deſcen
diſſe de vno, et tamen non eſſe de eius genere. Pro hoc adduco
bonum text. qui videtur hanc differentiam ſentire. in authen. de
heredibus que ab inteſt. ve. §. ſi qnis igitur. colla. ix. ibi ſiue ex ma
ſculorum genere, ſiue ex feminarū deſcendens et non dixi, ſiue ſit ex
genere feminarum ſicut dixi ex genere maſculorum, ſed dixi ad
dendo deſcendentes ex genere feminarum. Ad hoc etiam text. in
c. vbicūq. de penis. vbi Bonifacius. Ubicunq alicui et eius filijs
ſeu poſteris vſq in certam generationem pena imponitur ab ho
mine vel a iure pena ipſa eos tantum afficit qui per maſculinam
non per femininā lineam deſcendere dignoſcuntur &c. Et eſt bo
nus tex. in. c. ſtatutum. el. ij. de hereti. lib. vj. iuxta glo. ſuper verbo,
volumus. que ſic loquitur. S. dixit declaramus hic dicit volumus:
quia inquantum punit deſcendentes per maſculum declarat ius
vetus inquantum deſcendentes per femininam ſtatuit nouū &c.
Et idem quod glo. tenet Archi. ibi. Eſt ergo ſenſus ꝙ ex quo Jn
nocen. et Alex. per eorū ſtatuta puniebant filios vſq in ſecundam
generationem comprehenderentur deſcendentes tantū per lineā
maſculinam. Unde Bonifacius extendit ad deſcendentes vſq ad
primam generationem per lineam femininam.

103 Et ita ſemper tenui ꝙ † vbicunq in diſpoſitione ſit mētio de genere intelligatur de pro
ueniente a maſculo non a femina. Licet maior pars dominorum
auditorum in Rota tenuerint contrarium et ſm opinionē eorum vide
rim pluries iudicari. Et ſi hodie occurreret mihi caſus non poſſem
ab opinione mea recedere nec auderē pronūtiare contra ea que di
xi, ſed potius iuxta conſilium dominorum Flor. in cle. auditor de
reſcriptis et practicam quam ſeruamus remittere cauſam ad can
cellariam. Et pro his facit ꝙ voluit Bart. in l. exemplo. C. de de
curio. lib. x. vbi dixit quod non valet conſuetudo, nec etiam ſtatu
tum qꝺ quis cenſeatur nobilis vel ignobilis ex progenie materna
et ita etiam tenet Ange. ibi, et hec notabis ad multa. Uerum eſt
ꝙ aliquātulum predictis videtur repugnare ſtilus curie qui in na
to de patre et matre nobili conſueuit dicere, et vniſſeris de nobili
genere ex vtroq parente procreatus ex iſtis qui ſtilus videtur at
tendendus. iuxta not. in. c. ꝙ graui. de crimine falſi. Et pro iſto ſti
lo facit bonus tex. in. c. venerabilis. de preben. ibi et nobilem et ab
vtroq parente illuſtrem iuncto ibi nos attendentes quod nō ge
neris &c. Ex quo tex. videtur colligi ꝙ nobilitas poſſit trahi tam a
linea materna quā a paterna, et etiam genus dicatur tā maternum
quam paternum referendo iſtud verbum genus ad ſuperiora, prout
vſ debere referri. Facit etiam illud Uirgilij. vj. eneidos. Quid me
morem alcidem et mi genus a ioue ſummo hoc eſt per medium ve
nerem ipſam Enee genitricis et filie iouis, iuxta illud oſcula libauit
nate, tibi cui mater media ſeſe tulit obuia ſiluas niſi reſponderes ꝙ
poeta intellexerit quod genus proceſſerit a Joue per medium dar
dani qui natus eſt ex Joue et electra a quo dardano ipſe Eneas
per lineam maſculinam traxit originem, ſic enim exponit ſeruius
grammaticus verſum illum in primo Eneidorum Jtaliam quero
patriā et genus a Joue ſummo, ad text. in. c. venerabilis. multi re
ſponderunt qꝺ fuerit allegatio patris, ſed mihi non videtur ma
xime propter verba ſequentia ibi. Nos igitur attendentes ꝙ non
generis. ſed virtutum nobilitas &c. que verba ſunt diſpoſitiua. Unde
cogitandum eſt pro ſolutione ad illum tex. aut vult arguere nobili
tatem per lineam maſculinam: et tunc eſto ꝙ hodie ſit diſpēſatus
credo quod non poſſet appellari de genere nobilium etiam ſi pa
ter vel auus fuiſſent nobiles: quia vt dictum fuit. S. verbum ge
nus eſt verbum ciuile non cognitum per ius gentium, ſed iſta di
ſpenſatio non eſt aliud quam quedam quaſi reſtitutio ad illud ius
primeuum ad hoc. l. prima et ſecūda. C. de nata. reſti. ergo nō poteſt
104 comprehendere illud quod illo iure erat incognitum. † Et pro
pterea ſtilus et obſeruantia curie Roma. habet vt iſti ſpurij ſic di
ſpenſati non appellentur de nobili genere procreati ſicut legitimi
appellantur pro quibus legitimis premittuntur hec verba. Nobi
litas generis &c. vel tibi qui de nobili genere procreatus exiſtis.
Sed ipſis ſpurijs dicitur tibi qui de patre nobili vel de patre ex
nobili genere procreato. Et ſic nobilitas illa generis refertur ad
patrem non ad ipſum filium legitimatum ſeu diſpenſatum, et ita
vidi in literis que de cancellaria et camera apoſtolica emanant ſer
uari qui ſtilus ad vnguem eſt ſeruandus adeo ꝙ ſi taliter reperire
tur litere eſſent ſuſpecte de falſo, vt not. in dicto. c. quam graui de
crimine falſi. Nec obſtat ſi diceres quod ſicut litere obſeruant in le
gitimato ſeu diſpenſato, ita debent interpretari verba regule qꝺ
ſenſit Barto. in ſimili in l. tutelas. ff. de capitis diminutione. de ſta
tuto puniente nobiles a patrimonio, vt fiat interpretatio, hoc eſt
a nobili patre quam interpretationem non credo veram ſed credo
quod mens ſtatuti fuerit vocare tantum nobiles, quos dicimus
quaſi hereditarios nobiles, non autem ex priuilegio principis ſu
per his tamen cogitabis quando venirent de facto. Bene crederē
quod legitimatus per ſequens matrimonium gauderet priuilegio
dicte regule: quia ius fingit illum a principio eſſe natum in matri
monio. Jta not. in. d. c. tanta. Et idem etiam dicerem quando nō
eſſet diſpenſatio, ſed mera reſtitutio ad natalia per ea que haben
tur in l. prima et ſecunda. in fi. C. de iure aure. annu.

Secundam partem primi articuli, An legitimus quo ad ſpiritualia cē
ſeatur in conſequentiam legitimatus quo ad temporalia. vnico
verbo abſoluam quia tex. videtur apertus quod ſic. in dicto. c. per
venerabilem. ibi videretur ſiquidem monſtruoſum, vt qui legiti
mus ad ſpiritualem fieret actiōes circa ſeculares actus illegitimus
remaneret. Unde cum in ſpiritualibus diſpenſetur conſequenter
105 videtur in temporalibus diſpenſatum. † Et licet quidam dicunt
illa fuerit allegatio partis tamen Jnnocē. domi. An. et dominus
Nico. et communiter doctores ita ſequuntur quod mihi videtur
valde durum: quia prout dicit glo. ibi de facili poſſet quis immit
tere falcem in meſſem alienā. Preterea papa nō videtur in literis
ſuis ad hoc intendere, ſed ſolum diſpenſare et habilitare quo ad
ſpiritualia, nec etiam in caſu noſtro quo ad omnia, vt patet ex ver
bis ipſius diſpenſantis tecum vt ad omnes ſacros ordines pro
moueri et quecunq &c. iuncto ibi. Dummodo dignitates ipſe &c.
Merito actus agentium non debeant operari vltra intentionem
ipſorum de decimis ex multiplici de reſcriptis mandatum. de pre
ben. c. fin. et l. non omnis. ff. ſi certum petatur. l. obligationum ſub
ſtantia. ff. de actio. et obligatio. et vt dicit Baldus in l. non codicil
lum. de teſtamentis. C. modus et forma in diſpoſitis. declarant
mentem diſponentis ad contraria facilis eſſet reſponſio quam do
cto. met qui tenent hanc partem quod intelligatur diſpēſaſſe ad
ducunt in articulis eorum. Et propterea quando ſimpliciter diſpē
ſaſſet in ſpiritualibus non recederet ab eorum concluſione, ſed ſi li
mitatiue, prout in caſu noſtro crederē diſpenſationē nō ſolum in
illo caſu debere intelligi per not. in. l. cum pretor. ff. de iudi. l. mari
tus. C. de procura. preſertim quia vt. S. eſt oſtenſum huiuſmodi di
ſpenſa. ſunt ſatis odioſe. c. quod dilecto. de conſanguinitate et affi
nita. c. j. et. ij. de filijs presbyterorum. facit. c. cum in illis. de preben.
libro ſexto.

Circa ſecundum articulum breuiſſime loquē
do an papa poſſit legitimare non ſibi ſubiectū et etiam extra locum
non ſubiectum in temporalibus: quia vt dictum eſt. S. doc. varij
hunc paſſum de papa et imperatore copioſiſſime tractauerunt nō
curo inſiſtere. Sed concludam in duobus verbis id quod mihi vi
106 detur verius pronunc. † Unde dic quod aut vult legitimare di
ſponendo quo ad matrimonium circa prolem futuram. Et poteſt
in omnibus caſibus in quibus matrimonium non eſt prohibitum
l. naturali vel diuina. Jn his autem in quibus l. diuina eſt prohi
bitum vel naturali ſecus eſt. Pone exemplum matrimonium de
iure ciuili erat prohibitum inter tutorem et pupillam vel infra an
num luctuum de iure canonico in tertio vel quarto gradu. Cer
tum eſt quod papa diſpenſando vt poſſit contrahi tale matrimo
nium ſi contrahatur et proles inde naſcatur proles eſt legitima, et
ita pone econtra. l. naturali prohibitum eſt matrimonium inter
non conſentientes. c. cum locum cum ſimili. de ſponſa. non poteſt
papa validare illud matrimonium et per conſequens legitimare
prolem futuram, licet ex aliquib⁹ in dictis poſſit fingere matrimo
nium tenuiſſe etiam inter non expreſſe conſentientes, vt in caſu. c.
in qui fidem de ſponſa. et ita videtur mihi quod fuerit mens do
mini Anto. licet ſatis obſcure loquatur. Jtem pone in matrimo
nio prohibito. l. diuina. vt inter aſcendentes et deſcendentes vel
inter collaterales in primo vel ſecundo gradu. vt in. c. literas de re

ſtitutione ſpoliato.et ſimiliter non poteſt aut vult legitimare inci-
piendo a radice matrimonij quo ad prolem iam productam,et tunc
in omnibus caſibus in quibus legitimare poteſt diſponendo in
radice matrimonij in omnibus illis poteſt vbicunque legitimare.
Et idem ſi vellet declarare matrimonium fuiſſe legitimum de quo
alias dubitabatur,probatur in dicto.c.per venerabilem.in verſic.
propterea.aut vult legitimare non tangendo matrimonium,ſed
ſimpliciter diſpenſando cum prole,quo ad effectum ſuccedendi et
non poteſt regulariter.Fallit niſi pater vel ille de cuius heredita-
te vel preiudicio agitur conſentiret tacite vel expreſſe.Item fallit
niſi conſentiret princeps in cuius territorio eſt legitimandus,vel
niſi vacaret illud dominium,puta imperium per nota.in.c.nouit.
de iudicijs.et.c.licet ex ſuſpecto.de foro competen.ita videtur eſſe
de mente prefatorum doct.licet multum late examinent maxime
do.Nico.in dicta repeti.

107 Quid de imperatore †dic quod aut vult legiti
mare ſibi ſubiectum,et
in loco ſubiecto,et tunc aut quo ad ſpiritualia et non poteſt per
iura allegata.§.et in.c.nouit.de iudicijs.Et idem ſi quo ad tempo
ralia tamen incipiendo a radice matrimonij validando ipſum vbi
alias eſſet inualidum de iure canonico,argumento dicti.c.penul.
et fina.de ſecundis nuptijs.Si vero vult legitimare quo ad tem-
poralia ſimpliciter,et tunc poteſt et ad eum ſpectat etiam ſi talis le
gitimandus ſit in ſacris conſtitutus:quia priuilegium clericatus
non debet ſibi nocere,vt in regula quod ob gratiam.de regulis iu
ris.libro ſexto.facit.l.ſi ruſſinus.C.de teſtamento milita.et in hoc
omnes conueniunt in locis.§.allegatis.Secundo caſu quando
vult legitimare non ſibi ſubiectum.Et in hoc eſt difficultas:tamen
pro nunc videtur concludendum quod valeat talis legitimatio,
quo ad bona ſui temporali iuriſditioni ſubiecta.Ita videtur vel-
le Baldus in preallegato conſilio quod incipit,Andreas ſacer-
dos.quo ad ea que ſunt ſubiecta iuriſditioni alterius tenet quod
non:quia non debet imperator immittere falcem in meſſem alie-
nam.Et dicit quod expertus loquitur:quia papa non vult conce
dere alicui poteſtatem legitimandi in terris ſuis.Idem in effectu
tenet in dicta.l.eam quam.C.de fideicommiſſ.et in dicta.l.prima
de iure aure.annu.Sed in hoc eſt aduertendum quia Paulus de
caſtro in dicto conſilio quod incipit in nomine domini amen.du-
108 bitatur primo.dicit †quod ſi imperator vult legitimare in terris
eccleſiarum infeciorem ab eccleſia Roma.quo ad bona ſita in di-
ctis terris.puta in partibus Germanie in multis terris ſubditis
archiepiſcopis et alijs prelatis in patriarchatu Aequilie.et Sym.
poteſt quia preſumendum eſt dictas terras ad eos veniſſe ex do-
natio.imperatoris,et per talem donationem non cenſetur a ſe ab-
dicaſſe totalem iuriſditionem,ſed retinere apud ſe quandam pre-
eminentiam et ſuperioritatem.Et hinc eſt quod a dictis prelatis
appellatur ad imperatorem,ita determinat Ioannes an.in addi-
tio.Specu.in titu.de iuriſditione omnium iudicum.§.primo.in
additio.que incipit vidiſti duas opiniones.in fine.Aut in terris
ſubiectis Romane eccleſie.et tunc licet in illis nulla remanſit po-
teſtas vel ſuperioritas penes imperatorem,ſed plenarie fuerit tranſ-
lata in ipſam eccleſiam Romanam,vt patet in.c.fundamenta.de
electione.libro ſexto.in clemen.Romani.§.porro.de iureiurãdo.
et in.c.primo.de iureiurando.tamen ſi fiat viuente patre et ad eius in-
ſtantiam valet:quia non infertur alicui preiudicium eſtimabile.
Aut fit poſt mortem patris,et tunc aut conſentiunt venientes ab
inteſtato,et idem aut ſit eis non vocatis,vel non conſentientibus
et non valet,et ita tenet Bal.in prima conſtitutione,et Pau.in di
cto conſilio,hoc verum intelligeret niſi papa conſentiret,vt impe-
rator poſſet in terris ſuis legitimare per dicta.§.in alio membro.
Et ſi velles tenere opinionem quam tenuerunt multi quod impe
rator poſſet indiſtincte legitimare in terris eccleſie multomagis
tenere poſſes quod poſſet legitimare papa in terris imperij in qui
bus habet iuriſditionem habitu,vt nota in dicto.c.nouit.in.c.li-
cet ex ſuſpecto.de foro competenti.et in.c.venerabilem de electio.
et in.c.cauſam que.qui filij ſint legi.vnde cum de habitu ad actum fa-
cilis ſit tranſitus.xxxv.diſtinc.ab exordio poterit ipſe papa in terris
imperij legitimare.

109 Quid autem de habentibus †pote-
ſtatem
ab eiſdem vt ſunt comites Palatini et ſimiles.Dic quod eandem
poteſtatem habent ipſi,quam habent ipſi principes.Intellige non maio
rem nam monſtruoſum eſſet,vt maiorem facultatem haberet vice
gerens,quam ipſe princeps,argumen.c.dudum.de electio.libro
ſexto.cum ſit tanquam riuulus procedens a fonte dicebat in ſimili Io-
nes andr.in.c.romana.de appellatione.libro ſexto.preterea nemo
plus iuris in alium transferre poteſt quam ipſe habeat,vt in regu
la nemo plus iuris.et.ff.eodem.nemo.extra de donatione inter vi-
rum et vxorem.nuper et in.l.traditio.ff.de acquirendo rerum do-
minio.et in hoc omnes concordant.Nec obſtat quod voluit Iaco.
de belui.in autheñ.quibus modis naturales efficiuntur ſui.§.ſi-
lium vero.verſiculo,Et quia queſtiones quaſdam ad materiam vti-
les in ciuitate Peruſij diſputaui.et.c.vbi tenet quod valet legitima
tio facta per comitem Palatinum in terris eccleſie:quia ipſe pre-
ſupponit tenere legitimationem que fit per imperatorem in ter-
ris eccleſie.ſed contrarium fuit ſupra retentum,niſi in certis caſi-
bus.Eſto quod dominus Antonius tenuerit comitem Palati-
num non poſſe legitimare in preiudicium agnatorum,etiam ſi pa-
ter conſentiat,ſed iſtud non videtur verum:quia vt ſupra preſup-
poſitum eſt pater poteſt diſponere de bonis ſuis quicquid ſibi pla
cet.Unde non eſt in hoc conſideranda contradictio agnatorum.
Et ita voluit Baldus in dicta conſtitutione.C.hoc bene fateor.
110 †quod licet princeps bene poſſit legitimare in terris ſuis abſque
conſenſu patris et agnatorum not.Bartolus in.l.gallus.§.et quid
ſi tantum.ff.de liberis et poſthumis.tamen illi comites Palatini
hoc non poſſent.Et in hoc ſit differentia inter ipſum principem et
habentem poteſtatem ab eo ſecundum Ange.in authen.quibus modis
naturales efficiũ.ſui.§.vltima ſiquidem.Nihilominus ad clare co-
gnoſcendum conſideranda eſſent verba facultatis.c.quia circa.et
c.porro.de priuilegijs.ibi quod totum ex inſpectione ſuorum pri-
uilegiorum plenius aduertere potes,et ſecundum quod inueneris,ita
obſerues.requiritur.ſecundo principaliter quod in diſpenſatione
ſeu legitimatione narrentur omnia que habent mouere principem
vel reddere difficiliorem ad concedendum ad hoc quod nota.in.l.
vniuerſa.C.de precibus impera.offe.c.cum dilecta.de confirma-
tione vti.vel inutili.de reſcriptis.ſuper literis.et.c.poſtulaſti.et di
cto.c.primo.et ſecundo.de filijs preſbyterorum.Preterea dicebat
Ioannes andr.in additio.Specu.in titu.qui filij ſint legitimi.in
verſicu.ſed quero quid ſi legitimandus quod ſi ſpurius natus ex
vxorato et vxorata dicit ſe ſimpliciter ſpurium non tenebit legiti-
matio cum ſit ſpurius duplicatus.et ita tenet dominus Nicolaus
in repetitio.dicti.c.per venerabilem.in verſicu.nunc deſcendo.Bal
dus in hoc videtur aliquantulum varius.Nam in.l.ſi qua illuſtris.
C.ad offici.tenet ſufficere in genere vt princeps dicat quod ſit ille-
gitime natus.Nec oportet deſcendere ad ſpeciem ſpeciei quod ſit
111 illegitime natus,puta ex monacha vel inceſtu:†quia clauſula non
obſtante dicto.§.fina.omnia ſupplet.Et quia genus excludit om-
nem ſpeciem,maxime in fauorabilibus,et ita refert tenuiſſe Ioã-
nem an.Sed in.l.eam quam.C.de fideicommiſſ.dicit quod quan-
do eſſet filius natus ex multum odioſo coitu,vt quia ex monacha
vel inceſtu illa verba generaliter non ſufficerent.Paulus de ca
ſtro in conſilio quod incipit.In nomine domini amen.Super pun
cto iſto videtur tenere quod ſi princeps fuit vſus verbis etiam ge-
neralibus,puta qualitercunque et ex quocunque coitu natus et cetera.etiam
ſi ipſe ignoraſſet defectum.ex quo voluit omnes tollere defectus
ſufficiat.argumen.l.qui iure milita.de milita.teſtamento.Et idem
videtur mihi ſi gratia eſſet conceſſa ex certa ſcientia principis vel
aliter de ea conſtaret per nota.in.c.porrecta.de confirmatio.vtili
vel inutili.extra autem dictos caſus crederem diſpenſationem non
tenere per ſupradicta etiam ſi eſſet motu proprio:quia licet motus
proprius tollat ſubreptionem.tamen non ſupplet defectum inten-
tionis,vt nota.in.c.quamuis.et in.c.ſi motu proprio.de preben.lib.
ſexto.et in clementi.ſi Romanus.de preben.et propterea ſtilus cu
rie habet,vt ſemper in diſpen.que ab ea emanant fiat mentio ſpe-
cialiter de defectu.puta.ſi.n.qui defectum natalium de coniugato
genitus et ſoluta vel monali et cetera.pateris et cetera.Requiritur et tertio
quod legitimandus conſentiat,vt in authen.quibus modis natu
rales efficiuntur ſui.§.generaliter.colla.vij.Sed nunquid requi-
ratur conſenſus agnatorum vel citatio,et licet aliqualiter fuerit.§.
tactum.tamen plenius loquendo dic ſecundum Bartolum in.l.gallus.§.
et quid ſi tantum.in fine.ff.de liberis et poſthumis.quod aut eſt fa
cta legitimatio ad inſtantiam patris,vel ad inſtantiam filij patre
conſentiente et non requiritur alia vocatio agnatorum.Pater enim
112 †poteſt diſponere de bonis ſuis ſicut ſibi placet.l.cum adoptio.ff.
de adop.in authen.de nupe.§.hinc nos.immo talis legitimatus
ſuccedet non ſolum patri,ſed etiam agnatis.Princeps enim qui
abſtulit iſtis illegitimis ius agnationis poteſt eis reſtituere.l.pri-
ma.C.de nata.reſtitu.Et idem ſi pater diſpoſuiſſet hoc in vita ſua
puta in teſtamento quod voluiſſet filium ſuum legitimari:quia tunc
filius ſine alterius requiſitione poteſt legitimationem petere,ar-
gumen.anthen.item ſiquis.C.de naturalibus liber.Aut non ap-
paret quod in hac legitimatione interuenerit conſenſus patris,et
tunc aut extant alij filij.hoc eſt fratres legitimi,aut non.primo caſu
aut princeps de hoc eſt certificatus,et valet legitimatio.Eſto quod
vt dixi non appareat de conſenſu patris,vel etiam appareat de diſ-
ſenſu:quia nullum fit preiudicium ipſi patri,quoniam poteſt alios
inſtituere et non fecit,videtur voluiſſe ipſum legitimatum ad ſuc-
ceſſionem ſuam venire.et quia poterant ei naſci legitimi ſucceſſo-
res etiam eo inuito igitur et ciuiliter poterant ſibi inuito fieri co-
operante natura.Hoc voluit Paulus de caſt.in conſilio quod in-
cipit.In Chriſti nomine.ſuper eo quod queritur.allegat not.per
Iaco.de are.in quadam ſua diſputatione.de qua dicit facere men
tionem

tionem Joannes andr. in additio. Specu. in titu. de ſucceſſio. ab
inteſtato. Aut princeps de hoc nō eſt certificatus, et videtur quod
non valeat: quia princeps non ita de facili inducitur quando ex-
tant alij filij legitimi, vt ſentit Joan. and. in. d. additio. Pro quo
facit text. in authen. quibus modis naturales efficiuntur legiti. §.
ſi vero. ſolummodo naturalium filiorum pater. colla. vij. Secun-
do caſu quando non extant alij filij legitimi, et videtur quod va-
113 leat etiam † ſi extent illi agnati vlteriores, de quibus nulla ſit facta
mentio: quia filiorum in vita patris non requiritur conſenſus in eo
ius bonis nullum erat queſitum quaſi dominium. Et hoc videtur
velle domi. Nico. in repetitio. dicti. c. in quarta queſtione principa
li. in. §. reuertor ad primum. verſicu. ſunt autem. Ad hoc conſilium
ſeꝫ Gaſ. de cal. in titu. qui filij ſint legitimi. quod incipit. legitima-
tio. hoc verum dummodo, vt dixi conſtet principi, an pater cōſen-
tiat vel diſſentiat. Si vero fiat legitimatio poſt mortem patris pa
tre nihil in vita diſponente: tunc in preiudicium eorum quibus eſt
iam queſitum ius nō legitimat illis irrequiſitis. Jmmo plus: quia
requiritur eorum conſenſus, vt. l. penul. de nata. reſti. poſſet tamē
princeps ſi vellet eis irrequiſitis. l. ij. in fin. de nata. reſtitu. ita tenet
Bartol. in. l. gallus. §. quid ſi tantum. ff. de liberis et poſthumis.
Quando autem videatur velle princeps preiudicare, dic ſi prin-
ceps reſtituat ad primeuum ius, et hoc exprimat quod velit preiu
dicare vel aliter appareat de eius certa ſcientia: tūc preiudicat eis
talis legitimatio, ſeu reſtitutio, alioquin etiam ſi motu proprio fa
ciat non videtur velle preiudicare illis quibus medio tempore eſt
ius queſitum. Eſto quod reſtituat et multomin⁹ ſi conferat legi-
timationem: quia licet legitimus ſit, non tamen ad eorum preiudi
cium. Jta videtur eſſe de mente do. Anto. in. d. c. ſuper quibus. vide
etiam nota. conſi. Pet. de peru. in conſi. qd incipit. Viſa apoſtoli.
litera. li. xviij. conſiliorum.

114 **Requiritur quarto et vltimo** † qꝫ ſit clauſu-
la derogatoria iuris quod diſpoſuit ſpurium non poſſe ſuccedere
vt vult gloſ. in authen. quibus modis naturales efficiuntur ſui. §.
vltima ſiquidem. in verſi. participium. col. vij. Sed an ſit neceſſe qꝫ
fiat mentio ſpecialiter vel ſufficiat quod generaliter derogetur illi
iuri. Gloſſ. ibi videtur velle quod requiratur derogatio ſpecialis.
et idem Jaco. de bel. ibi. Sed mihi videtur quod dominus Anto.
et communiter docto. in dicto. c. venerabilem. concludunt qꝫ ſuffi-
ciat generalis derogatio, puta non obſtantibus quibuſcunqꝫ legi
bus in cōtrarium facientibus, immo et ſi eſſet facta legitimatio ex
certa ſcientia valeret abſqꝫ dicta clauſula non obſtante ſm Bald.
in. c. naturales. ſi de feud. fuerit controuerſia, etiam ſi fieret ad ſup-
plicationem partis per. l. qua in prouincia. §. diuū. ff. de ritu nup.
et ita videtur qꝫ ſeruet curia Romana in iſtis diſpenſationibus de-
rogando generaliter, vt ſtatim patebit.

An autem iſte legitimatus per reſcri-
ptum vo-
115 cetur † vna cum legitimis et agnatis ad hereditatem paternam,
vel etiam ad hereditatem ipſorum agnatorum. dic quod ſi eſt legi-
timatio reſtitutiua: quia ſit plena reſtitutio et reintegratio ad ius
primeuum et ſuccedit omnibus quibus ſucceſſiſſet ſi illud impedi-
mentum ciuile non emanaſſet et ſimiliter ſuccedatur ei, quia reſti-
tutio non eſt niſi repoſitio in priſtinum ſtatum. vt in. c. Quis. de re-
ſcrip. lib. vj. et. l. ij. ā. de iure aure. annu. intellige interuenientibus
his que ſupra dicta fuerunt. Aut non eſt reſtitutiua ſed eſt quedā
collatiua legitimatio, et tunc aut ſit alias habenti a natura hoc
eſt legitimatur ille qui alias ſucceſſiſſet ſi nō fuiſſet per. l. impeditus
et ſimiliter ſuccederet vna cum agnatis intellige interuenientibus
ſuperioribus. Aut ſit alias non habenti a natura, vt quia ado-
ptatur quis et talis legitimatio habet locum demum inter cōſen-
tientes non autem inter alios, et ita debet intelligi. l. nam itaqꝫ di
uus. ff. de adoptio. et hec videntur eſſe de mente domini An. in di
cto. c. per venerabilem. qui allegat Ubertum de bobio ita tenere.
Predicta intelligerem vera niſi verba legitimationis, ſeu diſpen-
ſationis aliter ſonarent: quia ex verbis diſpenſationis colligenda
eſſet mens et intentio concedentis. l. ille aut ille. §. cum in verbis. l.
non aliter. ff. de legatis tertio. C. de fideicommiſ. l. voluntatis. in au-
then. de mādatis principum. §. ſi quis autem. extra de priuilegijs.
c. porro. et. c. recepimus. Unde non extendenda vltra ipſa verba
ad hoc. de conſanguinitate et affinitate. c. quod dilecto. et quod no
ta. in. c. non poteſt. de preben. lib. vj. de reſcrip. c. cum dilecta. de re-
116 ſtitutio. ſpolia. piſanis. de offi. deleg. c. venerabili. † Et propterea
diſpenſationes que emanant a curia Romana habilitantes iſtos
illegitimos non faciunt eos per omnia legitimos etiam quoad ef
fectum ſucceſſionis, vt ex forma ipſarum apparet que eſt talis.
¶ Paulus epiſcopus ſeruus ſeruorum dei, Dilecto filio Franci-
ſco petri laico Peruſino. Salutem et apoſtolicam benedictionem
illegitime genitos, quos morum decorat honeſtas nature vicium
minime decolorat: quia decus virtutum geniture maculam abſter-
git in filijs et pudicitia morum pudor originis aboletur. Cū itaqꝫ
ſicut ſe habet fidedignorum aſſertio tu qui defectum natalium pa
tiris de ſoluto genitus et coniugata defectum huiuſmodi hone-
ſtatis morum et vite recompenſans redimens fauore virtutum qd
in te ortus odioſus ademit. Nos volentes te horum intuitu fauo-
re proſequi gratioſo. Dilecti filij Petri de Peruſio genitoris tui
pro te nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantis, et tuis in hac parte
ſupplicationibus inclinati tecum, vt in quibuſcunqꝫ bonis dicti
Petri et aliorum parentum agnatorum et cognatorum tuorum
tam ex teſtamento quam ab inteſtato, abſqꝫ tamen preiudicio illo
rum qui in huiuſmodi bonis ſi parentes agnati et cognati predi-
cti ab inteſtato decederent ſuccedere deberent. Necnon ad hono-
res dignitates et officia ſecularia publica et priuata recipi et aſſu-
mi. Jllaqꝫ et quoſcūqꝫ actus legitimos gerere et exercere libere et li
cite valeas in omnibus, et per omnia perinde ac ſi de legitimo ma
trimonio natus fores defectu predicto ac conſtitutionibus apo-
ſtolicis legibus imperialibus ſtatutis quoqꝫ et cōſuetudinibus mu
nicipalibus ceteriſqꝫ cōtrarijs nequaqꝫ obſtātibus de ſpeciali dono
gratie diſpenſamus. Nulli ergo et c.

Quid autem importēt illa verba
117 † huius diſpenſatur. tam ex teſtamento quā ab inteſtato, abſqꝫ ta-
men preiudicio illorum: quia reperio varias opiniones doctorum
vt dicit Ulpianus iuriſconſultus in. l. ſeruum quoqꝫ. ff. de procur.
et Cel. in. l. ſi et me et titium. ff. ſi certum petatur. Sublato et vt ob-
mittam alios inuenio tres iuriſconſultos illuminatores vtriuſqꝫ
iuris, quorum ſapientia et doctrina totus orbis reſplendet Corta-
nos et Germanos Bald. videlicet Petrum et Angelum de cele-
berrima Ubaldorum familia de Peruſio natos que tanqꝫ in do-
mo domini plantata continue fructuoſos palmites germinat va-
rie ſentientes et conſulentes. Quomodo ergo illius arboris glo-
rioſe ramuncul⁹ forte minus fecundis auderem os aperire et te-
mere aliquid iudicare. Ego igitur contentus eorum concluſiones
ſine alijs argumētis nude referre, et quod per Moderniores ob-
ſeruatur vnico verbo ſcribere. Bald. enim in conſilio quod incipit
Uerba autem ſuccedere valeas. Jntelligit illam clauſulam quod
legitimatus: tunc demum ſuccedat quando non ſunt vel nolunt
ſuccedere venientes ab inteſtato vſqꝫ ad quartum gradum. Alias
ſi vellent ſuccedere ipſe legitimatus ab eis excluderetur, non ta-
men a remotioribus vltra quartum gradum, nec ſimiliter a coniu-
ge vel fiſco excluderetur. Et allegatur idem dixiſſe in voce quan-
do legebat. l. finalem. C. de codicillis. Pro quo facit text. in. l. peti-
tionem. C. de aduocatis diuerſorum. ibi. Necnon perſonis ex traſ-
uerſo latere vſqꝫ ad quartum gradum et c. Per quem text. dicebat
ipſe quod appellatione conſanguineorum ſuorum nō veniebant
transuerſales, niſi vſqꝫ ad quartum gradum, et ita ſepe allegaſſe il-
118 lam. l. Guitiel. de cugno. De † preiudicio coniugis et fiſci forte nō
curauit, quia. l. duodecim tabularum tantum cōſiderauit tres gra-
dus ſucceſſionis, ſcilicet aſcendentium deſcendentium et tranſuer
ſalium. l. prima. ff. ſi tabu. teſta. nulle exta. l. prima. ff. de gradibus.
et dictum fuit ſupra in principio opuſculi noſtri quod dicit de fi-
ſco. facit per Bald. text. in authenti. quibus modis naturales effi
ciuntur ſui. §. ſiquis autem defunctus. colla. vij. ibi aut etiam no-
ſtrum erarium. nam nec illi quantum ad hoc parcimus. Et iſta vt
arbitror fuit opinio ſua qui etiam mihi dicit qū pater fecit teſta-
mentum quomodo ipſe legitimatus ſuccedat, credo quod intelli-
geret cum ſucceſſurum ſm quod in diſpoſitione inuitatus eſſet.
Ange. in conſilio quod incipit. Jn dei nomine et ſue matris virgi
nis glorioſe amen. Viſo puncto predicto. Multum ample et fa-
uorabiliter pro diſpenſato intelligit iſtam gratiam, vt ſcilicet legi-
timatus ſuccedat ab inteſtato ſicut a principio eſſet legitimatus, ex
teſtamento autem ſm quod in eo inuitatur. Et reſpondet ad illa
verba. Abſqꝫ tamen preiudicio illorum et c. quod ſilius legitima-
tus in teſtamento preteritus vel exheredatus in quo erant inſti-
tuti aliqui venientes ab inteſtatu nō poſſit ipſum infringere per
contratabulas querelam vel iure dicendi nullum in preiudicium il
lorum qui in eo erant inuitati. Si alias ab inteſtato inuitati fuiſ-
ſent quando legitimatus non eſſet in medio, vel non habuiſſet
diſpenſationem, et iſtam dicit eſſe veram deciſionem. Hortatur
tamē vt ſuper hoc habeatur declaratio mentis pontificis ſi haberi
poteſt. Uult ergo quod legitimatus ſeu diſpenſatus ſuccedat in
omnibus. et per omnia ac ſi eſſet legitime natus: tamen non ha-
beat remedia contra teſtamentū in quo ſunt inuitati illi qui alias
119 veniſſent ab inteſtato. ¶ Petrus † vero in preallegato conſilio
quod incipit. Viſa apoſtolica gratia. Concludit quod virtute pre-
dicte diſpenſationis poterit ſic diſpenſatus, ſeu legitimatus cape-
re hereditatem ex teſtamento paterno. Sed ſi pater ab inteſtato
decederet et exiſteret veniens ab inteſtato: tunc diſpenſatus non
poſſet ſuccedere ab inteſtato ſuo patri. Si autem venientes ab in-
teſtato non exiſterent: tunc ſpurius ſic diſpēſatus poſſet patri vel

nlijs ab inteſtatu ſuccedere nō quod ne neceſſitate debeat ipſe inſtitui vel ſibi aliquid relinqui: quia ad hoc non tendit princeps, ſed ſolum ad reddendum habilem et capacem ad ſuccedendum ex teſtamento quando relinqueretur ei aliquid, vel ab inteſtato caſu quo non extarent venientes ab inteſtato, vel non vellent venire ad hoc.c.cum aliquibus.de reſcrip.libro ſexto. Et ita in effectu cōcludit ipſe ibi cuius opinio non multum diſtat ab opinione Bal. niſi quod Bald. dicebat excludi per dictam diſpenſationem coniugem. Item fiſcum. Item tranſuerſales vltra quartum gradum, vt paulo ante dictum fuit. Reperio etiam prefatum domi.Pe. idem tenere quod.ſ.ſcilicet quod legitimatus efficiatur habilis ad finem.vt poſſit inſtitui etiam in preiudicium veniētium ab inteſtato, licet ſi defunctus deceſſiſſet ab inteſtato non preiudicaret venientibus ab inteſtato dicta diſpenſatio ſubſcribēdo ſe in quodam conſilio certorum doctorum Peruſinorū, quod incipit. Chriſti nomine inuocato. Viſis dictis punctis, et ad aliud conſilium qđ incipit. In Chriſti nomine amen. Videamus primo.

120 Et vt nō† negligamus lineam femininam a qua deſcendimus. Reperio ita cōſuluiſſe eximium iuris interpretem dominum Dionyſium de Peruſio, qui temporis ſuo appellatus fuit doctor veritatis et incipit conſilium vt dicendorum notitia habeatur. Tamen ex dictis eorum non ſoluitur oppoſitio Angeli, qui dicebat ſaltem preiudicari fiſco ab inteſtato qui nunꝗ deeſt, vt videbitur in vltima et penultima parte opuſculi noſtri, niſi teneres quod ſupra tenuit Bald. quod princeps non curauit de preiudicio ſuo, ſicut nec de preiudicio coniugis vel trāſuerſalium remotorum per rationem.ſ.aſſignatam.

Excellens doctor et preceptor meus dominus Joannes petrucij de nobilibus de monte ſperello de Peruſio legens ordinarie in.C.poſuit hanc queſtionem in.l.fina.C.de codicillis. et finaliter poſt recitationem multarum opinionum, fecit vnū motiuum notum ſatis equum et conueniens verbis diſpenſationis, vt talis diſpenſatus ex teſtamento ſuccedat, prout in eo diſponitur ab inteſtato vero neminē excludat preter fiſcū propter illa verba ſine preiudicio tamen venientium ab inteſtato. Nec obſtat quod fiſcus nō exiſtentibus alijs ſuccedat ab inteſtato, et ſic videatur etiam velle non preiudicari fiſco: quia iſte diſpenſatus cum ſit habilitatus a papa excludet fiſcum pape ex tacita mente ipſius pape. Nam natura gratie et beneficij eſt, vt quatenus concernit intereſſe pecuniarium ipſum concedentis benigne interpretetur pro eo cui conceditur,

121 vt ſic,† de facili concedens de ſuo largiri intelligatur de priuilegijs: quia circa per Bart.in.l.benefi.ff.de conſtitu.princi. Faciunt not.in.c.cum dilecta.de verborum ſignificatio.et in.l.ab omnibus. ff.de legatis primo.que opinio videtur ſatiſfacere omnibus verbis in diſpenſatione poſitis, et ſatis placet, licet non videatur ab inteſtato multum dare. Et propterea prefatus ſolennis doctor faciebat vnam aliam conſiderationem que eſſet multum pinguis, vt ſuccedat perinde, ac ſi eſſet legitimus non tamen fiat preiudicium alijs precedentibus in gradu, puta ſi eſſet in ſecundo gradu non fiat preiudicium illi qui eſſet in primo. Iſta ſecunda opinio non videtur habere ſaporem: quia non erat dubium quod caſus fictus non debeat magis operari quam verus.l.homo liber.ff.de acquiren.rerum dominio. Unde ſatis abſurdum eſſet quod legitimatus precederet legitimum eiuſdem ordinis. Et propterea ſi talis clauſula ſine preiudicio veniētium ab inteſtato eſſet hoc modo intelligenda eſſet ſatis ſuperflua contra not.in prohemio Gregorianis.et in.l.ſecunda.C.de vete.iure enu.et in.c.ſi papa.de priuile. libro ſexto. Amplectenda igitur videtur ſua prima conſideratio, que tollit oppoſitionem quam fecit Bal.ſupra de fiſco vltra text. dicti.§.ſi quis autem defunctus.ſ.allega. eſſet nihilominus propter autoritatem et rationes dominorū.ſ.conſulētium bene cogitandum et videndum quomodo illa verba interpretetur curia Romana a qua emanant.

Summarium.

1 Succeſſionis ſecundus gradus eſt quomodo ſuccedant parentes liberis ſuis.
2 Filius ſine liberis et fratribus ex vtroque latere coniunctis ſi decedat vocantur parentes in gradu proximiores non habita differentia ſexus, et ſi extent fratres vtrinque cōiuncti vocanī parentes vna cum ipſis fratribus.
3 Aſcendens proximior in gradu an in quibuſcunque bonis ipſius filij et vndecunque procedentibus ſiue a linea paterna, ſiue materna preferatur. 4.
5 Frater vtrinque coniunctus an excludat auum vel auiam.
6 Filius fratris vtrinque coniuncti mortui an ſuccedat vna cum patre et matre, auo et auia, ſicut ipſe pater ſuus ſuccederet ſi viueret. 7.
8 Regula quod parentes ſuccedant filio defuncto non extantibus liberis vel fratribus ipſius defuncti aut ipſius extantib' vna cum ipſis fratribus. Tamen fallit. Primo vbi parentes tranſiſſent ad ſecunda vota, et quomodo hoc intelligaī, et an iura ciuilia per canonica ſint correcta, ibi vide. 9.10.
11 Et quid ſi filij primi matrimonij conſentirent ꝙ mater trāſiret ad ſecunda vota, an mater eo caſu priuetur dictis bonis. Et quid ſi omnes filij matri premoriantur.
12 Secundo fallit dicta regula quando parentes peccarent in corpus ſuum.
13 Relictum factum mulieri donec honeſte et caſte vixerit eidem an debeatur ſi tranſit ad ſecunda vota. Et quid ſi dictum ſit, et vitam vidualem ſeruauerit.
14 Tertio fallit dicta regula inuitans matrem ad ſucceſſionē quādo omiſit petere tutorē filio pupillo infra annum. Et iſta fallentia habet plures limitationes, quas ibi vide.
17 Mulier nunquid aſtringatur petere tutorem quam totius commode poteſt etiam longe ante lapſum anni, vel excuſetur etiam ſi expectet vſque ad vltimum diem anni. Et ibi vide ad queſtionem de artato ad publicandum acceptationem et prouiſionē infra annum. Et de appellato an poſſit petere executionem ſententie in fine fatalium.
20 Quarto fallit dicta regula quando mater nō petijt curatorem ventri vel furioſo.
21 Quinto fallit qñ poſt aſſumptionē tutele mater trāſit ad ſecundas nuptias alio tutore non petito.
22 Quid ſi contraxit ſponſalia de preſenti vel de futuro.
23 Quomodo ſuccedant parentes ſecunde ſpeciei filiorum, ſcilicet filijs naturalibus tantum. Quid de parentibus per lineam maſculinam. Quid de parentibus per lineam femininam. Et quid de cōſanguineis ex parte patris. Quid de conſanguineis ex parte matris, illic vide.
24 Perſone que excludunt et impediunt filium naturalem quominus ſuccedat patri vtrum ita impediant quominus pater ſuccedat ei.
Frater naturalis an veniat ad ſucceſſionem fratris naturalis premortui vna cum matre.
25 Parentes filijs ſpurijs non natis ex damnato coitu quomodo ſuccedant. Quid de parentibus per lineam maſculinam. Quid de parentibus per lineam femininam.
Parentes ex quacunque linea non ſuccedunt filijs ſpurijs natis ex damnato coitu.
Filij ſpurij etiā nati ex damnato coitu tenenī alere eorū parentes, quemadmodum et parentes tenentur alere tales filios.
26 Parentes cuiuſcunque linee filijs adoptatis ſeu arrogatis quomodo ſuccedant.
27 Parentes vltime ſpeciei filiorum, ſcilicet filijs legitimatis quomodo ſuccedant. Et quid ſi per ſequens matrimonium verum vel preſumptum. Et quid de legitimatis per oblationem curie. Quid de legitimatis per reſcriptum principis vel alijs modis.

Secunda pars Tractatus.

1 Equitur ſecunda ps principalis ſeu ſecundus† ſucceſſionis gradus qui fuit parentum. Nam quemadmodum nature ſimul et parentum commune votum liberos ad eorum hereditatem vocat, ita et ratio miſerationis parentes ad luctuoſam liberorum ſucceſſionem. Dicebat excelſi ingenij Papinianus iuriſconſultus in.l.ſcripto herede.§.non ſic parentibus.ff.vnde liberi.l.nam et ſi parentibus.ff.de inofficio.teſtamen. Hec autem ſecunda pars breuius expedietur quoniam multa in ea dicenda occurrerent ꝙ in prima fuerunt examinata. Unde eadem repetere ſuperfluum eſſet quam ſuperfluitatem iuxta Gregorij nonі et Bonifacij.viij.ſententiam in eorum compilationum prohemijs vitare debemus. Cautius igitur erit pauca idonee effundere quam multis inutilibus pregrauari inquit imperator.C. de vete.iure enucle.l.ſecunda.§.contrarium. Reſecatis ergo ſuperfluis et omiſſis difficultatibus iuris.ff.et.C.que corriguntur per ius authenticorum, vt.j.latius patebit ſolum videbitur qui vocentur ad ſucceſſionem per ius nouiſſimum. Non enim expedit nobis nunc in legibus abrogatis inſiſtere.C.de nouo.C.cōponendo.l.ij.§.hunc igitur.C.de vete.iure enucle.l.ij.§.hoc igitur no.de conſti.c.j.de iudi.c.nouit.

Et amplectando materiam dico
2 †ꝙ ſi decedit filius ſine liberis et fratribus ex vtroque latere coniunctis vocantur parentes ipſius filij in gradu proximiores tam maſculini

maſculini & feminini ſexus excluſis omnibus alijs agnatis et cognatis, et ſi plures eundem habent gradum ex quo inter eos hereditas diuiditur vt medietatem quidem accipiant omnes a patre aſcendentes quanticunque fuerint. Medietatem vero a matre aſcendentes quantoſcunque inuenire eos contigerit. Caſus eſt in authen. de heredibus ab inteſtato venientibus. §. conſequens autem vſque ad. §. ſi vero. cum aſcendentibus. colla. viij. In quo. §. ſi vero decidit. ꝙ ſi ſuperſint fratres ex vtroque latere coniuncti, ipſi defuncto et ſuperſint parentes vocant fratres vel ſorores predicti vna cum parentibus in gradu proximioribus, ita vt viriles fiant portiones ſublata omni differentia ſexu et patrie poteſtatis et in dicto caſu ad vſumfructum illarum portionum vocantur dicti fratres quem pater non habebit: quia et ipſe partem proprietatis cōſequitur, vt probant dicta iura, et iſta eſt vera limitatio ad. l. cum oportet. C. de bonis que libe. et ex dicto authentico ſumpta eſt authentica defuncto. C. ad ſenatuſconſultum tertul. et authentica item hereditas fratris. eodem titu. Dixi parentes ſuccedere in gradu proximiores. Unde pater excludet auum maternum, et mater auū paternum quod declarat glo. in dicto. §. conſequens in hec verba. Ergo auum maternum excludit pater cū mater non ſuperſit. Sed aliud in deſcendente ſi habeo filium, et ex eo nepotem. ſ. eo. §. ſi tamen. et alia gloſſella in dicta authen. defuncto. Ergo pater excludet auum maternum, cum mater defuncti non ſuperſit, et mater auum paternum cum pater non ſuperſit, licet aliud ſit in filio et nepote ex alio filio premortuo, vt. ſ. titulo. j. l. in teſtamento. Verba ſunt predicte glo.

Uides ergo mentem glo. que eſt

3 †quod in aſcendentibus attendatur gradus proximior qui preferatur remotiori ſiue ſit per lineam maſculinam, ſiue per lineam femininam. Secus eſt in deſcendentibus in quibus non attenditur iſta proximitas. Et ratio eſt quia filius intrat locum patris et nepos locum filij non autem auus intrat locum patris, et ſic de alijs ſuperioribus quod tamen videbatur contrarium ex natura correlatiuorum que eſt, vt quod in vno ſtatuitur ſtatuatur in alio. l. fin. C. de indicta viduit. Nam ſicut ſe habet linea deſcendens ad ſucceſ. aſcendentis ita econtra dicebat Iaco. butri. in authen. defuncto. C. ad tertullia. quod Bald. ibi non placuit: quia magis debetur hereditas deſcendentibus quā aſcendentibus et pleniori iure. Et certe videtur ſatis mirabile, maxime in auo paterno in cuius poteſtate nepos erat. l. nam ciuium. et. l. ſequen. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. inſtitu. de patria poteſtate. §. qui igitur. et qui habebat vſumfructum et liberam adminiſtrationem in bonis ipſius nepotis dum viuebat. l. cum oportet. C. de bonis que libe. et iura ſuitatis cum preſupponamus patrem premortuum, vt plene not. in l. ſi fratris. C. de iure deliberan. qui olim omnia eius bona iure peculij occupabat. l. placet. ff. de acquirēda hereditate. l. ſi infanti. C. de iure deliberan. quod hodie per matrem excludatur tamen. l. ita diſponit. Unde et ſi dura ſit ſeruanda eſt, vt. l. proſpexit. ff. qui et a quibus.

¶ Sed circa predicta quero primo nunquid hoc habeat locum in
4 quibuſcunque bonis ipſius filij. Pone in terminis deceſſit Petrus relicto Antonio filio ſuo herede deceſſit Antonius filius ſuperſtite Franciſco auo paterno, et Medea matre ſua quis preferetur in ſucceſſione Antonij in bonis a Petro patre ſuo prouenientibus an Medea mater an vero Franciſcus auus paternus per regulam ſuperiorem videtur quod mater preferatur. In contrarium facit. l. quod ſcitis. C. de bonis que liberis. vbi in lucris prouenientibus a linea materna preferatur aſcendens per illam lineā ita videtur econtra quam in bonis queſitis a linea paterna preferatur aſcendens per illam lineam. Et hoc voluit Bartolus ſic ſummando dictam. l. quod ſcitis ſm vnum intellectū illius. l. licet ipſe non loquatur de matre et auo paterno, ſed de auo paterno: tamen non eſt vis quia vt ſupra dictum eſt omnino proximior in gradu prefertur remotiori etiam eiuſdem linee.

¶ Sed difficultas eſt an linea paterna in bonis queſitis ab eadem linea preferatur linee materne, et econtra linea materna in bonis queſitis ab eadem preferatur linee paterne. Baldus in dicta authentica tenet contra Bartolum dicens quod nec in dicta authentica, nec in corpore diſtingui vtrum bona proceſſerint a linea materna, vel paterna, ſed vndecunque fieri equalem diuiſionem inter paternos et maternos ſola habita diſtinctione graduum remittens ſe ad dicenda in dicta. l. quod ſcitis. vbi idem dicit limitando. l. illam ſolum habere locum in lucris nuptialibus, et in hoc remanere incorrectam a dicta auth. vt parentes ſint promptiores in dotando. l. ſecunda. C. eodem. in alijs ergo bonis vndecunque prouenientib⁹ aui pariter ſuccedant, vt latius ibi per ipſum Bal.

Secūdo quero an frater vtrinque

5 †coniunctus excludat auum vel auiam. Pone deceſſit Petrus ſine liberis, et ſine patre et matre ſuperſtitibus ſibi auo et auia, et Franciſco fratre vtrinque coniuncto. An dictus frater in ſucceſſione Petri fratris excludat auum, et auiam ipſius Petri vel inuitetur vna cum ipſis ſicut inuitaretur vna cum patre et matre. Iaco. de bel. in authentica de heredi. ab inteſtato. §. ſi vero. tenet quod frater excludat auum et auiam, et per illum tex. ibi. Cum aſcendentibus inueniantur fratres aut ſorores ex vtriuſque parentibus coniuncti defuncto cum proximis gradu aſcendentibus vocabuntur. Et in dicta authentica defuncto ibi. Sed ſi cum parentibus fratres ſorores vtrinque defuncto coniuncti ſuperſint vocantur cum aſcendentibus in gradu proximis etc. Nec obſtat ſm eum quod ille dicitur proximus quem nemo precedit: quia illud verum quando lex ambigue loquitur, ſed hic determinate loquitur, et ideo mens et voluntas. l. inſpicienda eſt. Specu. in titu. de ſucceſſione ab inteſtato. §. ſequitur videre. verſicu. primo. qui incipit. ſi vero. Ponit hanc queſtionem ſed non decidit glo. in dicto. §. et in dicta authentica. tenent vt quemadmodum frater vtrinque coniunctus admittitur cum patre et matre, ita etiam admittatur cum auo vel auia, et deinceps vt viriles fiant portiones. Hoſtien. in ſumma de ſucceſſione ab inteſtato. §. ſic vidiſti. de linea deſcendētis ver. quid ſi habet fratres. Refert quoſdam tenuiſſe primam opinionem, ſed ipſe et dominus ſuus tenet, vt fratres non excludant auum vel proauum, et idem videtur tenere Lap. Abba. in quadam apoſtilla ibi, et hoc etiam videtur tenere Dyn. in ſummula ſua referendo Io. et Mar. ita tenere licet aliter ſe non firmet. et Bald. in dicta authentica defuncto pro quibus facit ratio naturalis. l. nam et ſi parentibus. ff. de inoffic. teſtamen. et ſtatim dicetur in alia queſtione.

6 Tertio quero †an filius fratris vtrinque cō

iuncti mortui ſuccedat vna cum patre et matre auo et auia, et deinceps ſicut ipſe frater vtrinque coniunctus ſuccederet ſi viueret. Tu diceres quod licet quando non extant aſcendentes ille nepos teneat locum patris, et ſic ſuccedat patruo ſicut et ſuccederet pater ſuus ſi viueret in authentica de heredi. ab inteſtato. §. ſi autē defuncto. col. ix. tamen quando ad hereditatem patrui vocatur vna cum aſcendentibus, ſcilicet patre vel matre auo vel auia defuncti ipſe filius fratris defuncti excluditur a fratre et aſcendentibus defuncti. Caſus eſt in dicta authenti. §. ſi autem cum fratribus. Sed contrarium dicas. Pone exemplum deceſſit Petrus ſine liberis ſuperſtitibus ſibi aſcendentibus, et fratre vtrinque coniuncto, et Franciſco filio alterius fratris premortui, nunquid iſte Franciſcus vocetur ad hereditatem Petri vna cum aſcendentibus et fratre defuncti patruo ſuo. Et certe ſic per caſum apertum in authen. vt fratrum filij. §. hoc itaque. col. ix. vbi imperator. Hoc itaque iuxta corrigentes ſancimus, vt ſi quis moriens reliquerit aſcendentium aliquem et fratres qui poſſint cum parentibus vocari, et alterius fratris premortui filios cum aſcendentibus et fratribus vocentur et premortui fratris filij tantam accipiant portionem quantam futurus erat eorum pater accipere ſi vixiſſet. Nec obſtat text. in dicto. §. ſi autem cum fratribus. quia ille corrigitur per iſtum, vt expreſſe dicit imperator in dicta authentica, vt fratrum filij. Non enim piget ſuas leges corrigere vbi vtilitatem ſubiectorum inuenire vult.

7 Quarto quero †an frater ex vno

latere tantum defuncto coniunctus ſuccedat fratri vna cum aſcēdentibus. tex. eſt in. l. ſi quis vel ſi qua. C. ad tertul. dicit ꝙ ſic ibi. Si quis vel ſi qua matre ſuperſtite et fratre legitimo vel ſola cognationis iura habente inteſtatus vel inteſtata deceſſerit nō excludit a filij ſucceſſione matrem, ſed vna cū fratre mortui vel mortue. etc.

¶ Sed aduerte quia. l. illa corrigitur per dictum. §. ſi vero. et per dictam authen. defuncto. qui tex. inuitant cū aſcendentibus vtrinque coniunctos non autem coniunctos ex vno latere tantum ad hoc in. l. j. ff. de iuris et facti igno. Et videtur expreſſum in authen. de heredibus ab inteſta. §. conſequens. ibi dicit pater autem aut mater, aut alij parentes omnibus ex latere coniunctis preferuntur exceptis ſolis fratribus ex vtroque parente. et ita voluit Bald. in dicta authen. defuncto. et An. in auth. de nō eli. §. nuben. in princ. colla. j.

¶ Quinto quero an ſit verū indiſtincte ꝙ aſcendentes ſuccedant filio deficientibus liberis et fratribus vtrinque coniunctis vel etiam ſuperſtitibus fratribus vna ipſis fratribus, vt ſupra dictū eſt. Dic
8 ꝙ ſic regulariter †tamen fallit in pluribus caſib⁹. et primo vbicunque parentes tranſirent ad ſecunda vota hoc videtur colligi ex tex. l. femine. §. illud etiam. C. de ſecundis nuptijs. et ex text. dicte auth. defuncto. in ſi. ibi. Ubi nulla ſecundarum nuptiarum ſit mentio cōtrario ergo ſenſu vbi ſecunde nuptie interuenirent parentes propter iniuriam filio defuncto factam excluderentur ab eius hereditate. Sed illi textui multum obſtat dictum apoſtoli, de quo in. c. penulti. et fin. de ſecundis nuptijs. et ibi gloſ. que vult ꝙ ſint hodie ſublate omnes pene inducte per leges ciuiles contra ſecundo nu-

ben. Et idem quod apoſtolus videtur voluiſſe imperator Juſti-
nianus in auť. de non eligen. ſecūdo nuben. §. cum igitur. col. i. ibi.
Nec ꝙ et hoc ipſan deducimus ad neceſſitatem amaram ꝛ noſtro-
rum temporum indigentium vt metu caſtarum nuptiarū, licet ſe-
cundo ſint ab his quidam abſtineant ꝛ deſcendāt ad quaſdam in-
terdictas permictiones et forſan etiam ad ſeruorū corruptiones,
ſed quoniam non licet legaliter viuere contra leges luxuriantur ne
quaquam igitur valere volumus ꝛc.
¶ Sed reſpōde ꝙ dictum apoſtoli intelligitur qḋ corrigat penas
inductas cōtra mulierem que nubebat infra tempus luctus, vt eſt
pena infamie ꝛ alie de quibus in l. i. C. de ſecundis nuptijs. Et ita
videtur velle Inno. ꝛ communiter cano. in dicto. c. fina. et per legi
ſtas in. l. femine. et. l. hac edictali. C de ſecundis nuptijs. et per Do-
mi. Nico. ſic. in repetitio. c. eccleſia ſancte Marie. de conſtitu. Quo
9 autem ad alias penas ſecus eſt. Unde quo† ad ſucceſſionem dic ꝙ
mater tranſiens ad ſecunda vota ſiue ante mortem filij, ſiue poſt ex
cluditur a bonis filij queſitis a patre, et ſic a primo marito ipſius
matris, in quibus ſolum habet vſumfructum in vita ſua, ꝛ idem in
lucris nuptialibus. Poſſe quod vxor fuit lucrata a primo viro do
nationem propter nuptias, quam poſtea dedit filio qui nunc de-
ceſſit. Nam in ea ſolum retinebat vſumfructum. proprietas autē
veniet ad fratres defuncti. De hoc eſt caſus in authentica. de nu-
ptijs. §. hinc nos. et. §. filium autem. colla. iiij. In alijs autem bo-
nis ipſius filij defuncti ſuccedit mater in plena proprietate vna cū
fratribus defuncti ſicut ſi nunꝙ ad ſecundas nuptias tranſiuiſſet
probatur in dicto. §. hinc nos. et in dicta authen. de non eligen.
ſecundo nuben. §. cum igitur. colla. prima qui. §. corrigitur. per ni
ctum. §. hinc nos. quatenus loquitur de bonis queſitis per filium
defunctum a patre, de quo etiam, vide in authen. ex teſtamento.
C. de ſecundis nuptijs.

Quod autem dictū eſt in matre

10 quo ad iſtum articulum idem videtur dicēdum† in patre per tex.
in dicto authen. de non eligen. ſecundo nuben. §. quia vero contra
binubos. ꝛ. §. ſicut enim patres ſi ad ſecundas veniant nuptias. vt
in authen. de nuptijs. §. ꝛ hec communis mulieris ꝛ viri multa ſit.
et. l. generaliter. C. ne ſecundis nuptijs. Et vide tex. in. l. optimum
eſt itaꝙ eiuſdem authenti. ibi. Sicut enim patres non fraudamus
filiorum ſucceſſione ſi ad ſecundas veniāt nuptias, nec quelibet eſt
l. ad aliquid tale dicēs ſic neꝙ matres ꝛc. Et quāuis iura ſuperius
allegata videantur loqui tantum de lucris nuptialibus vel proue
nientibus immediate a coniuge. Idem ego intelligerem ſi proue-
nirent mediate, vt quia filius defuncto parenti ſucceſſiſſet vel ali-
ter habuiſſet ab ipſo parente predecedente nec eſt nouū, vt. l. anti-
qua trahaſ ad nouam. l. ſciendum. ff. qui ſatiſda. cog. et idem credo
qḋ voluerit Bal. in. l. femine. C. de ſecun. nupt. et que de matre ad
ſecunda vota tranſeunte dicta ſunt, dicas de auia vel proauia ma-
tre non ſuperſtite. Similiter de patre auo vel proauo. vide Hoſti.
in ſumma de ſecundis nuptijs. §. quare et qualiter. ver. ꝛ quod di-
xi. Item que dicta ſunt de ſecundis nuptijs intelligenda ſunt de
tertijs quartis et ſeptuageſimis ſi dici poteſt. argumento glo. Ru-
brice. C. de ſecundis nuptijs ꝛ. xxxi. q. i. c. aperiant. ꝛ. c. ego nunc. li-
cet quantū diſtant in numero tantū videanť diſtare in crimine et
cauſa. ꝛ. q. quomodo virginibus.

Predicta autē omnia et ſingula

11 limita notabiliter† niſi filij ſuperſtites conſentirent ꝙ mater tran-
ſiret ad ſecūda vota: tunc enim non priuaretur mater dictis bonis
prout voluit gloſſelia nota. auť. de nō eligen. ſecūdo nuben. §. hoc
conſtitutionibus. ſuper verbo, copulantur. Dicit enim glo. inuito
filio. ergo ſecus eo volente per quā glo. ſingularē do. Ange. ibi ad-
monebat aduocatos mulieris volentis tranſire ad ſecunda vota,
vt facerent quod filij conſentirent ſecūdo matrimonio: qꝛ per talē
conſenſum euitabunt dictas penas quod eſt bene notandum.
¶ Item limita niſi omnes filij matris premoriātur ſine prole. Nā
tunc euitabit predictas penas ſic colligitur ex tex. dicte authen. §.
hoc autem. et ibi per Ange. et in. l. femine. §. finali. C. de ſecundis
nuptijs. Ratio eſt quia tūc ceſſat cauſa impoſitionis pene, ſcilicet
fauor filiorum. vt ibi per eum, et per Bal. in authenti. ex teſtamen
to. C. de ſecundis nuptijs.

Secundo principaliter fallit illa

regula que vocat parentes ad ſucceſſionem filiorum vbicunꝙ ipſi
parentes peccarent in corpus ſuum. Nam ſi excluduntur tranſeū-
do ad ſecunda vota propter iniuriam filiorum, ꝛ mariti, vt in auť.
de nup. §. ſoluto igitur. col. iiij. ibi. Felix quidem ꝛ beatū eſt vtriꝙ
contrahentium perdurare in priore coniugio ꝛ non procreatā ſo-
bolem ſequentibus matrimonijs forſitan contriſtare. Et dictū eſt
12 ſupra, multo magis vbi luxuriantur qꝛ† maior iniuria ipſis filijs et
marito infertur, vt probatur in auť. de non eligen. ſecundo nubē.
§. cum igitur. vſꝙ ad. §. colligentes igitur. ꝛ in authenti. hiſdem de
penis. C. de ſecun. nup. ꝛ in authen. de reſti. ꝛ ea que part. §. unum
ſiquidē. vſꝙ in ſi. maxime ibi. Non enim aliquid habebit amplius
caſtitatis luxuria. Hoc etiam probatur quia licet mater que ſerua
uit viduitatem ſit laudanda: tamen que ſecundo nupſit non eſt dā
nanda, vt patet in. §. optimum eſt itaꝙ. in eodem authen. vbi tex.
Optimum eſt itaꝙ atꝙ laudabile ꝛ dignum ratione, vt mulieres
ſe ita honeſte tractent quatenus que ſemel aduenerint ad virū ſer-
uent inuiolatum morientium thorum et huiuſmodi mulieres mi
ramur pariter et laudamus et non procul a virginitate ponimus
ſi autem non voluerit forſan cum et iuuenis hoc non patiatur nec
poſſit contra feruorem nature reſiſtere non eſt torquenda propter
hoc nec interdicende ſunt ei communes leges ſed ad viri alterius
nuptias veniat honeſte et omni luxuria abſtineat ꝛ nihilominus.
vt ſupra dictum eſt priuatur ſucceſſione filiorū, ergo multo magis
luxuriando et per iſtum tex. ibi. Sed ad alterius viri nuptias ve-
niat honeſte iuncto tex. d. §. cum igitur ibi. Ut metu caſtarum nu-
ptiarum licet ſecunde ſint.

Poſſet decidi etiam queſtio de re

licto facto mulieri donec honeſte et caſte vixerit, vt licet tranſeat
13 ad ſecundas nuptias† conſequatur relictum. Ange. in dicto. §.
dicit ꝙ aut verbum caſte ꝛc. profertur a lege ꝛ procedat ꝙ dictum
eſt, aut profertur ab homine: et tūc aut a marito vel filio, et quia vt
ſupra dictum eſt ſit iniuria marito et filij contriſtantur et non con-
ſequantur relictum, aut profertur a patre vel extraneo et ſecundo
nubendo: quia ſatis dicitur caſte viuere et propterea conſequetur
relictum. Qui tamen dicit qḋ ad tollendam iſtam dubitationem
ſemper apponuntur illa verba. Donec honeſte et caſte vixerit et
vitam vidualem ſeruauerit. Et forte a quocunꝙ proferentur eſſet
cautum ea adūcere. xxxi. q. i. c. hac ratione ibi. Secundā quidē vxo
rem accipere ſm apoſtoli preceptū licitū eſt, ſm autē veritatis ra-
tionē vere fornicatio eſt, ſed cum permittente deo publice ꝛ licen-
ter cōmittitur ſit honeſta fornicatio.

Tertio principaliter fallit dicta

regula que muitat matrē ad legitimā filij ſucceſſionē quādo omiſit
14 petere tutorem filio pupillo infra annum: † tunc enim ab eius legi
tima ſucceſſione excluditur tex. eſt in. l. ſciant oēs. C. de legi. here di
bus inſti. ad tertul. §. ſi. et non ſolum ab hereditate filij que defer-
tur ei per iur communem, ſed etiam ab ea que defertur ei per homi-
nem. puta ſi eſt filio ſubſtituta. Dicebat text. in dicta. l. ſciant vel ſi
per ſtatutum municipale inuitetur ſm Barto. in. l. ij. §. et ſi forte.
ff. ad tertul. Sed an matri cedat totus annus ceſſante impedimen
to vel aſtringatur petere cum primum poteſt infra annum. Bart.
in dicta. l. ij. §. cōfeſtim. ad tertul. dicit ꝙ mater infra quinquagin-
ta dies non aſtringitur, ſed poſt ſic. Unde ſi filius decederet poſt
quinquaginta dies, etiam ante lapſum anni non excuſaretur niſi
mater probaret legitimam cauſam impedimenti poſt lapſum au-
tem anni non poſſet proponere legitimam cauſam: quia lapſus an
ni facit preſumptionem iuris, ꝛ de iure contra quam non admitti
tur probatio in contrarium. Nec obſtat dicta. l. ſciant. quia debet
intelligi ſm dictum. §. confeſtim. Ibi enim dicit ſm legem nos pe
tierit infra annum, ideſt cum primum poteſt infra annum. Bald.
in. l. precibus. C. de impube. tenet ꝙ cedat matri totus annus, niſi
fuerit in notabili negligentia, puta quia monita noluit petere, et
forte bona pupilli periclitabantur, alias ſi nihil contra matrē pro-
15 baretur non excluderetur niſi per lapſum anni. Et ſic rigor† dicti
§. ſit limitatus per equitatem dicte. l. ſciant, de quo per Imol. in. c.
ex parte. M. extra de appellatio. Pro Bald. facit bonus tex. meo
iudicio in. c. commiſſa. iuncto. c. licet canon. de electi. libro. vi. vbi
tex. Commiſſa tibi parochialis eccleſia ꝙꝙ tantum de anno tranſie
rit quod infra ipſum nequeas, iuxta ſtatutum Lugdunē. concilij
promoueri non eſt niſi tunc demum cum ex toto fuerit ipſe an-
nus elapſus cenſenda vacare ꝛc. Pondero ergo illa verba cum ex
toto fuerit ipſe annus elapſus. ergo ſi aliquid ſuperſit de illo anno
quantumcunꝙ modicum non vacet cum per ſtatutum Lugdunē-
ſe ſit datum tempus vnius anni, vt probatur in dicto. c. licet. de ele
ctio. li. vi. Quem text. notabilem memini me alias induxiſſe in Ro
ta ad queſtionem talem. ſ. re. dominus Pius papa ſecundus in
regulis ſuo tempore duraturis diſpoſuit quod quicunꝙ vigore
gratiarum expectatiuarum acceptauerit beneficium eccleſiaſticū
et de eo ſibi fecerit prouideri quod infra tres menſes extunc im-
mediate ſequentes teneatur huiuſmodi acceptationes in loco be-
neficij publicare alias gratia acceptatio et prouiſio ſint nulle.
Contingit quod quidem Alphonſus Hiſpanus acceptauerat
quoddam beneficium et obtinuerat ſibi prouideri vltima Madij
papa deceſſit. xiiij. Auguſti: tunc proxime ſequentis, et ſic re-
gule fuerunt extincte de menſe Januarij Alphonſus traxit in
cauſam garſiam qui reperitur in poſſeſſione beneficij obijcitur per
garſiam

garſiam ipſi Alphonſo quod ipſe non publicauit infra tres meſe
ſes a die proniſionis ſue. prout regula diſponebat. Dixi non ob-
16 ſtare dicto Alphonſo obiectū† quoniam regula expirauerat per
obitum pape ante decurſum illorum trium menſium. Acceptatio
enim et proniſio. vt ſupra premiſſum eſt fuit facta vltima Maij
et papa obijt. xiij. Auguſti. vnde adhuc reſtabat ſibi tempus. xv.
nut. xvi. dierum. et ita fuit iudicatum. ¶ Et propterea crederem
qd etiam ſi vltimo die anni qd fortius eſt decederet pupillus non
petito tutore per matrem ideo quod ſi ſuperuixiſſet illo die pu-
pillus fuiſſet impoſſibile iudicem adire et tutorem petere adhuc
ipſam matrem non excludi per illum textum notabilem ibi. Quū
quam tantum de anno tranſiuerit qd infra ipſum nequeat pro-
moueri. Quem text. inducunt doctores ad queſtionem. Nunquid
appellatus poſſit petere executionem ſententie ante finem anni ſi
eſt elapſum tantum de tempore quod certum ſit appellationem
non poſſe proſequi infra illum annum, et concludunt quod non,
aliquantulum tamen videtur obſtare huic matri textus in. l. ſe-
cunda. §. ſi quis tamen. ff. ſi quis cautio. et ſimiles qui dicūt quod
imputandum eſt illi qui nimium ſe artauit, nec Bald. ſupra vi-
detur dicere contrarium qui ponderat notabilem negligentiam
mulieris. Et forte poſſet reſponderi ad illa iura ſcilicet. l. ſecun-
dam. et ſimilia quando caſus venit in perſonam negligentis ſe-
cus ſi in alijs.

Nunquid autem annus iſte datus matri poſſit per iudi-
cem limitari dic qd ſic adeo qd ſi non peteret tutorē in illud tem-
17 pus a iudice ſtatutum caderet a ſucceſſione† ſicut negligeret in-
fra annum ad hoc quod habetur in. l. ij. §. mater. ff. ad tertul. ſicut
dicimus de termino ſtatuto a iudice a quo appellatur: quia cum
ſit ſubrogatus loco termini iuris ſapit eandem naturam. c. per-
ſonas. et. c. cum ſit. extra de appellatio. et ita tenet Bald. in. l. ma-
tres. C. ad tertullia. Subiungens qd etiam ſi mater infra annum
ſollicite et diligenter geſſiſſet negotia pupilli ſed non immiſcuit
ſe tutele ſolenniter vel petijt alium ordinari priuabitur ſucceſſio-
ne ſm gloſ. in dicto. §. mater. que procedere poteſt niſi per ſimpli-
citatem obmiſiſſet petere nec potuit conſulere peritiores, vel vbi
fuiſſet ita antiqua que eſſet extra memoriam puta quia ſeptua-
genaria et vltra cum forte tunc non habeat locum ille. §. Et hec
poſſet eſſe vna limitatio ad hanc fallentiam: ſed de rigore iuris vi
detur, ſecundum ipſum Baldum ibi ſecunda limitatio colligitur
ex gloſ. dicte. l. matres vbi pupillus haberet alium cui deferretur
tutela legitima, puta fratrem vel alios conſanguineos. et ita pra
cticabant antiqui aduocati. Sed Barto. in dicto. §. ſi mater. hoc
non placet nec etiam Bald. in dicta. l. precibus. C. de impuberum
et alijs ſubſtitu. et. l. matres. quia ex quo mater prefertur omnibus
agnatis et cognatis, et ſic omnes excludit preter teſtamentarios,
vt in authen. matri et auie. C. quando mater tute. of. fun. poteſt. et
in corpore vnde ſumitur oportet qd aut tutelam ſuſcipiat aut co-
ram iudice renunciet vt veniat ad legitimum aut petat alium tu-
torem dari ſi legitimus non eſt idoneus.
18 ¶ Tertio limita† illam fallentiam quando filius deceſſit iam pu
bes. excuſatur enim mater illo caſu ſi antea non petijt tutorem, vt
dicta. l. matres. C. ad tertul.
¶ Quarto limita quando filij intereſſet tutorem non peti, puta
quia ſit relictum filio magnum legatum ſi tutorem non petierit,
vel quia ſoluendo filius non ſit. Conſuluit enim mater vt minus
inquietetur quaſi indefenſis. Hoc probat text. in. l. ij. §. quid er-
go. et. §. tractari. ff. ad tertul.
¶ Quinto limita quando mater tempore mortis mariti erat mi-
nor. xxv. annis. Caſus eſt in. l. ij. C. ſi aduerſus delictum adeo qd
etiam ſi efficiatur maior et ſteterit per annum poſt maiorem etatē
qd tutorem non petierit nihilominus non excludetur ab here-
ditate filij in pupillari etate decedentis. ita vult Bal. ibi, dicens
ſe pluries pro hac equitate conſuluiſſe, et ita etiam refert tenere
Speculatorē in titulo de reſtitutio. in integrum. Et idem voluit
Bald. in authē. ſi captiui. C. de epiſco. et cleri. Pro quo facit gloſ.
in. l. minoribus. C. de his quibus vt indig. et. l. minoribus. in qui-
bus cauſis in integr. reſti. non eſt neceſ.
¶ Sexto limita niſi alij preferrentur matri in tutela ex forma ſta-
tuti vel ex diſpoſitione teſtatoris puta agnati: tunc enim nihil eſt
qd imputetur matri ſi ipſa non petijt ſm Baldum in dicta. l. ma
tres. et clarius eſt in dicta. l. precibus. vbi ex eadem ratione dicit qd
licet mater non petierit tutorem infra annum non excluditur
quia a ſucceſſione etiam ſi per alium annum ſteterit quod tuto-
rem non petierit, nec etiam alij conſanguinei quibus hoc com-
peteret matre excluſa. Nam licet mater ſi non petijt infra annum
19 excludatur a ſucceſſione† tamen non videtur renuntiare tutele,
nec ſibi in hoc generatur preiudicium. ff. de legitimis tuto. l. tute
la. verſiculo ſed et ſi in gloſ. et per Bartolum. ſi autem mater eſſet
mortua vel tranſiſſet ad ſecunda vota: quia non eſſet ſpes quod
amplius petere poſſet tunc: quia auia ſuccedit in primum locū
eadem ſolicitudo que matri incumbat, incumbit et auie, et pro-
pterea iſto caſu negligētia ſibi noceret. et iſta eſt veritas ſm ipſum
Bald. ibi, et que dicta ſunt de matre videntur poſſe dici de auia,
et alijs quibus hoc facere de iure competit ad hoc dicta. l. ij. §. et
ſi forte. ad tertul. et alijs. ſ. allegatis iuribus. poſſent etiam conſide
rari alique alie limitationes ad hanc fallentiam que tamen viden
tur ſub iſtis ennumeratis tacite comprehendi de quibus in. d. l. ma
tres. et in dicta. l. ij.

Quarto principaliter fallit qn mater nō petijt
20 curatorem dari ventri† vel etiam furioſo. text. eſt in. d. l. ij. §. qd ſi
pregnans. ff. ad tertul. quod procedit niſi mulier ignoraſſet ſe pre-
gnantem, vt not. in. l. i. §. ſed ſi maritus. ff. de libe. agno. Nec intel-
ligas qd mater habet annum ad petendum dari curatorem vētris
qr ſi tantū expectaretur fruſtra daretur cum non ſit poſſibile, vt te
neat mulier conceptum in ventre vltra. x. menſes. et duos dies ad
plus. ff. de ſuis et legit. l. inteſtato. §. ſi. nota. in. l. ſeptimo menſe. ff.
de ſtatu ho. in auē. de reſti. et ea que parit. §. vnum ſi quidem. et ibi
optima glo. que docet quanto tempore mulier poſſit portare: ſed
habebit ipſa mulier pregnans tempus prefinitum in. d. l. i. de libe.
agnoſ. Et propterea dicebat Bald. in. d. l. matres. qd ſi mater non
petierit curatorem dari ventri licet tutelā ſuſceperit et poſthumus
ſtatim deceſſerit mater excludetur.

Quinto principaliter fallit quādo mater primo
aſſumpſit tutelam. poſtea non petito alio tutore nec reddita ratio
ne adminiſtrationis tranſiuit ad ſecundas nuptias. Caſus eſt in
authentica eiſdem. C. de ſecundis nuptijs. et in corpore vnde ſu-
mitur, videlicet in authenti. de nuptijs. §. ſi autem tutelam. im-
mo et alijs grauioribus penis punitur, vt ibi patet: nec mirum: qr
deum neglexit defuncti memoriam et charitatem filiorum, que pe
ne nec hodie ſunt ſublate. Dicit Ange. ibi. et ſic ille. §. remanet in-
21 correctus ab apoſtolo quo ad hoc† licet ſit correctus inquantum
prohibet ſecundas nuptias infra annum luctus, vt ſupra eſt oſten
ſum. Ratio eſt qr in primo impedit matrimonium, in ſecūdo nō.
Poteſt enim mulier contrahere ſecundas nuptias et nihilomi-
nus ſeruare iſtam ſolennitatem. Facit quod no. in. c. de francia. de
ſpon. Et idem ſi mater ante tranſitum ad ſecunda vota reaſſigna-
uit tutelam iudici, et petijt pupillo tutorē dari ſi tanq̄ tutor ſit da
tus pupillus moriatur tenuit Petrus de peru. lib. ij. conſiliorum.
charta. xxviij. maxime per. l. omnem. ff. ad tertul. Et vide ad predi-
cta pulchrū conſiliū Ang. germani ſui qd incipit. In nomine Ieſu
xpi amen. In cauſa que vertitur coram vobis arbitris. Quid ſi ma
ter actualiter non tranſiuit ad ſecundas nuptias: ſed bene contra-
xit ſecunda ſponſalia de preſenti anteq̄ peteret tutorem filio dari
nunquid priuetur ſucceſſione ſicut in caſu precedenti et videtur qd
ſic: quia prout dicit Ange. in. d. auē. matri et auie. Mater eſt ſuſpe-
cta non ſolum ſi actualiter tranſiuit ad ſecundas nuptias: ſed etiā
ſi concupiſcit tranſire. allegat tex. in corpore in. §. quia vero. Sed
dominus Ludouicus de roma in ſuis ſingularibus charta. viij. di
cit quod licet ſit deſponſata non admitteretur ad tutelam tamen
ſi antea eam aſſumpſerat per ipſa ſponſalia non priuatur per text.
in. l. ſolet. §. que virum. ff. de his qui notan. infa. Et eſt bonus text.
in. l. precedenti. iuncta glo. que loquitur de ſponſalibus. de preſen-
ti: licet glo. in. d. §. que videatur loqui de ſpōſalibus de futuro. Si
22 ergo† mater non deſinit eſſe tutrix per dicta ſponſalia: ergo per ea
non priuatur ſucceſſione. Ratio enim que priuat matrem tranſeū
tem ad ſecunda vota ſucceſſione eſt: quia pupillus remanet ſine tu
tore cum ipſa eo ipſo deſinat eſſe tutrix. in authenti. vt matres ſi-
ne prohibitione. §. quia vero. colla. viij. C. quando mulier tute.
offi. fungi poteſt. authen. ſacramentum. et not. in. c. ex parte. M.
de appel. quando tamen occurret de facto cogitabis ſuper hoc no
tius et videbis Ang. in. d. authen. matri et auie. hec locum habent
quando parentes volunt ſuccedere prime ſpeciei filiorum, ſcilicet
filijs legitimis et naturalibus.

Sequitur nunc videre quomodo ſuccedāt parentes filijs natu
ralibus tantum. Dic qd eo caſu quo filij naturales vocātur in dua-
bus vncijs ad hereditatem parentum per lineam maſculinam. ita
et ipſi parentes per eandem lineam in duabus vncijs ad heredita-
tem ipſorum filiorum. in authen. quib. modis natura. effici. ſui. §.
in quibus. vbi text. In quibus enim caſibus naturales filios voca
nimus ad ſucceſſionem in his quoq; et ipſi decentem naturalibus
23 patribus deuotionem ſeruent eademq; natura† ſicut parentes
proſpiciunt naturalibus filijs ſm noſtram legē. et ipſi parentibus
compenſent ſiue in ſucceſſionibus ſiue in alimentis ſicut ſuperius
ſanciuimus. Et in authenti. licet. C. de naturalibus liberis. ¶ Et
ſicut vocantur filij naturales in ſolidum ad hereditatem maternā
vt ſupra dictū eſt. ita et ipſa mater vocetur in ſolidum ad ſucceſſio-
nē filij ſui naturalis. ff. ad tertul. l. ſiue ingenua. inſti. ad tertul. §. ſi.
Conſanguinei autem ex parte patris, non ſuccedunt in aliquo ſe-

cut nec conſanguineis ipſi ad hoc quod not.in.l.finali.C.de natu-
ralibus liberis.et in authen.quibus modis naturales effici.ſui.§.
filium. Conſanguinei vero ex parte matris bene ſuccedunt eis ſi-
cut legitimis ſuccederent et ſicut legitimi ſuccedunt conſangui-
neis naturalibus.ita et iſti ſuccedunt legitimis,vt not.inſtitu.ad
orfi.§.nouiſſime.C.eodem.l.ſi qua illuſtris.ff.vnde cognati.l.ſecū
da. Sed poſſet dubitari nunquid perſone que excludunt et im-
pediunt filium naturalem quominus ſuccedat patri ſuo de qui-
bus in authen.licet.C.de naturalibus liberis.et ſupra dictum eſt.
ita econtra impediant patrem quominus ſuccedat ipſi filio natu
rali.Et certe videtur qḋ ſic:immo maior eſt ratio in excluſione pa-
tris a ſucceſſione filii quam ecōtra:quia filius excluditur propter
delictum paternum,vt ſupra dictum fuit. Unde fortius debeat
excludi pater propter delictum ſuum proprium,argumen.authē.
de inceſtis nup.in principio ibi.Ut neceſſitas ſit eos quidem qui
peccant ſine reatu con eſſe aut qui innoxii ſunt tanq̄ peccāten pu
24 niri. Et an frater † vtrinq̄ coniunctus admittatur ad ſucceſ-
ſionem filii naturalis vna cum matre puta mater habebat duos
filios natos ex eodem concubinatu moritur vnus an frater ſu-
perſtes veniat ad ſucceſſionem fratris premortui vna cum matre.
Et licet videatur dicendum qḋ ſic:per text.in authentica de here
dibus ab inteſtato ve.§.ſi vero.et authēticam defuncto.C.ad ter-
tullianum.et aliis iuribus allegatis ſupra in principio huius ſectio-
de partis. Tamen pro nunc cōtrarium crederem quia filius na-
turalis ſequitur venerem et non agnoſcitur patri nec conſangui-
neis ex parte patris:ſed tantum matri et conſanguineis ex par-
te matris,vt.l.cum legitimi.ff.de ſtatu hominum.et ſupra dictū
fuit. Sed coniuncti ex latere materno tantum non veniunt vna
cum matre:ergo frater naturalis vtrinq̄ coniunctus cum tantum
reputetur vterinus excludetur a matre quod tamen cogita:quia
incidenter dixi. Nunc videndum eſt quomodo ſuccedant pa-
rentes filiis ſpuriis natis non ex damnato coitu,vt ſunt vulgo cō
cepti et et ſimiles.Et dic qḋ quemadmodum ipſi excluduntur ab
hereditate patris et aliorum aſcendentium per lineam maſculi-
nam,ita et ipſi aſcendentes per eandem lineam excluduntur ab
hereditate ipſorum filiorum nota.in.l.ſi ſpurius.et.l.hac par-
te.ff.vnde cognati.et vult Hoſtienſis in ſumma.de ſucceſſione
ab inteſtato.§.ſic vidiſtis.verſi.et nunquid pater ſpurius. Et
quod dictum eſt de aſcendentibus idem de aliis conſanguineis
per lineam ipſam,vt dicta.l.hac parte.et.l.ſi ſpurius.et ibi gloſ.
Aſcendens vero per lineam femininam,vt eſt mater auus vel
auia materna veniunt ad ſucceſſionem ipſius filii ſpurii non na-
ti ex damnato coitu.vt eſt textus inſtituta ad ſenatuſconſul.or-
fi.§.finali.niſi mater ſit illuſtris,vt vult gloſ.ibi,ſed alii conſangui
nei ex parte matris ſuccedent ei,et eis ſucceditur per filium etiam
ſi ſit illuſtris mater vt videtur velle Dyn.in dicto tractatu et in-
fra latius dicetur.

Proſequendo vlterius ad illam

25 † ſpeciem filiorum qui ſunt ex damnato coitu nati an eis ſuccedāt
parentes.et dic qḋ non ſiue loquamur de parentibus per lineam
maſculinam ſiue per lineam femininam per rationem text.in au-
thenti.quibus modis naturales efficiun.legitimi.§.fina.ibi Ne-
que participanda eis vlla clementia eſt:ſed ſit ſupplicium etiam hoc
paternum vt agnoſcant:quia neq̄ quicq̄ peccatricis concupiſcen
tie eorum habebunt filii,in authen.quibus modis naturales effi.
ſui.§.fina.not.in authen.ex complexu.C.de inceſtis nup.et dicta
l.ſi ſpurius.vi.queſtio.vltima.cum multis. Alendi tamen ſunt pa-
rentes ab ipſis filiis in caſu neceſſitatis ſicut dicimus filios natos
ex damnato coitu alendos a parentibus ex equitate.c.cum habe-
ret.de eo qui duxit in matrimonium.et.c.per venerabilem.qui fi-
lii ſint legitimi.per rationem.l.nam et ſi parentibus.ff.de inoffici.
teſtamen.et.l.ſi quis a liberis.in princip.ff.de libe.agnoſcen.et in
authen.de inceſtis nup.§.ſi vero ibi.Naſcentes autem cum et alia
neceſſaria prebentes ec.et in authenti.inceſtas inde ſumpta.
Succedit quinto loco alia ſpecies filiorum qui legitimi tantū
appellantur,videlicet adoptiui ſeu arrogati.Et an parentes eis
26 ſuccedant dic † qḋ ſi adoptio eſt facta ab aſcendentibus ſuccedunt
ipſi aſcendentes filio adoptato ſicut ſuccederent filio legitimo et
naturali,vt videtur colligi ex text.l.cum adoptiuus.§.ſi vero pa-
ter.C.de adoptio.ibi.Eiq̄ acquirat que poſſunt acquiri ec.et in-
ſtitu.de adoptio.§.ſed hodie. Si vero detur filius in adoptionē
perſone extranee videtur quod adoptans ſi nullo ſuccedat:ſed re
maneāt intacta iura patris naturalis,vt dicta.l.cum in adoptiuis.
§.ſed nec articulum.et inſtitu.de heredi.que ab inteſta.§.noſtra
autem conſtitutio.et.§.ſi vero pater. Filio autem arrogato ſuc
cedit pater arrogator ſicut pater naturalis ſi ipſe filius decedat iā
pubes.Hoc colligitur ex textu.§.mortuo autem.inſtituta de
acquiſitis per arroga.ibi mortuo autem filio arrogato in adopti-
ua familia etiam dominium eius ad arrogatorem pertrāſit niſi ſu-
perſint alie perſone que ex noſtra conſtitutione patrem in his que
acquiri non poſſunt antecedant.Si vero decedat impubes ve-
niunt bona ad eos ad quos venirent ſi arrogatio facta non eſſet
not.inſtitu.de adoptio.§.cum autem. Mater autem que non
poteſt adoptare niſi ex reſcripto principis.inſtitu.de adoptio.§.
femine.C.de adoptionibus.l.mulierē.non ſuccedet credo filio ſic
adoptato niſi forte diceres quādo auia adoptaſſet nepotem in fi-
lium cum tunc concurrant naturalia et ciuilia iura.argumen.di-
cte.l.cum in adoptiuis.et dicti.§.cum autem.inſtitu.de adoptio.
quod pro nunc aliter non firmo. De filiis ſpiritualibus non ex-
pedit tractare:quia vt dixi ſupra in principio in diuiſione quam
feci de filiis parentes eis non ſuccedunt,nec ipſi ſuccedunt pa-
rentibus.

27 **Supereſt nunc videre** † quomodo ſuccedāt parentes vltime ſpe-
ciei filiorum,ſcilicet legitimatis.Et tunc ſi per ſequens matrimo-
nium et clarum eſt qḋ ſuccedunt ſicut filiis vere legitimis et natura
libus a principio.c.tanta.qui filii ſint legitimi. Legitimatus autē
per matrimonium preſumptum.idem ex rationibus tactis in ſecū
do modo legitimandi.Et idem videtur de tertio et quarto modo
per.§.tribus.in authen.quib.mod.natu.effici.ſui. Sed legitima-
tis per oblationem curie:quia ipſi tantum patri agnoſcuntur.Pa
tres ſolum eis ſuccedunt,nō autem alii agnati vel cognati.Caſus
eſt optimus in authen.quib.mod.natu.effi.ſui.§.filium vero.ibi.
Sancimus enim oblatum curie naturalem filium ſolummodo pa-
tri legitimum fieri ſucceſſorem,nullum tamen habere participiū
aut deſcendentes,aut ex latere agnatos vel cognatos patris aut
illos aliquod habere participium ad illorum ſucceſſionem equum
etiam eis dantes priuilegium,vt ſicut nec illi ad eius vocentur ſuc
ceſſionem ec. De legitimatis autem per reſcriptum principis
videt̄ dicendum,vt ſi ſunt ſic legitimati,vt quia ſunt reſtituti nata
libus ſuccedant parentes et alii perinde ac ſi eſſent per omnia le-
gitimati,vt colligitur ex dictis Jaco.de bel.in auſ.quib.mo.natu.
effi.legiti.in.l.ſi.C.de iure auce.annu.Sed ſi non ſunt reſtituti na-
talibus,ſed aliter legitimati attendēda erit forma reſcripti.per.c.
porro.de priuile.lib.vi.

Summarium.

1 Succeſſionis tertius gradus eſt tranſuerſalium ſeu cognato
rum.et quomodo inter ſe ſuccedant ibi vide.
2 Nepotes ſi deceſſit quidam non relictis deſcendentibus nec aſcen
dentibus nec etiam fratribus:ſed tantum nepotibus quomodo
veniant ad ſucceſſionem eorum patrui.An in ſtirpem an in capi-
ta.vel ad ſucceſſionem auunculi amite vel matertere.
3 Quid ſi concurrat ad ſucceſſionem fratris defuncti frater vtrinq̄
coniunctus et alter frater ex vno latere tantum paterno vel mater
no an vtrinq̄ coniunctus preferatur in quibuſcunq̄ bonis.
4 Quid ſi eſt frater ex vno latere tantum et filius fratris ex vtroq̄ la-
tere certe preferetur nepos ex fratre vtrinq̄ coniuncto.
5 Ubicunq̄ excluditur a ſucceſſione quis non propter ſuum deli-
ctum ſed ex alia cauſa ſicut ipſe excluditur ita et filius ſuus debet
excludi.
Quid ſi deceſſit ſine aſcendentibus et deſcendentibus et ſine fratri
bus vtrinq̄ coniunctis ſuperſtitibus vno fratre conſanguineo et
alio vterino quis preferetur in ſucceſſione.
Quid ſi deceſſit relicto fratre vterino et nepote ex fratre conſan-
guineo.
Quid de vlterioribus tranſuerſalibus.
6 Quid ſi concurrat patruus defuncti et filius fratris,et ſic nepos ex
fratre,quis preferetur,
7 Tranſuerſales per lineam paternam in nullo ſuccedunt in legiti-
mis ex quocunq̄ coitu natis.
8 Quid de tranſuerſalibus per lineam maternam.
9 An ſuccedant in legitimis ex quocunq̄ coitu etiā damnato etiā
ſi mater eſſet illuſtris.
10 Succeſſionis gradus qui et quot ſint,quomodo connumerentur
quid de iure ciuili,quid de iure canonico,et vſq̄ ad quem gradum
conſanguinei vocentur,quid in linea aſcendenti,quid in deſcen-
denti,quid in tranſuerſali inter affines nulla eſt ſucceſſio.

Tertia pars Tractatus.

Tertia pars pꝛicipalis ſeu
1 tertius ſucceſſionis † gradus eſt tranſuerſalium
ſeu cognatorum.Eſt ergo ſciendum quod ſi dece
dit quis non relicto aliquo de linea deſcendēti nec
de linea aſcendenti vocātur primo fratres vtrinq̄
defuncto coniuncti.Text.eſt in auſ.de heredibus ab inteſtato ve.
§.reliquum.colla.viii.ibi.Si igitur defunctus neq̄ deſcendētes neq̄
aſcendentes

aſcendentes relinquat. Primo ad hereditatem vocamus fratres et ſorores ex eodem patre et ex eadem matre natos quos etiam cum patribus ꝛc. Qualiter autem veniant fratres defuncti cum aſcendentibus dictum fuit ſupra in ſecunda parte principali circa principium. Et ſi defuncto ſuperſint vnus vel plures fratres: et ex alio fratre premortuo nepotes predicti admittuntur ad ſucceſſionem vna cum ipſis fratribus defuncti in ſtirpem non in capita. ita quod ſi ſint tres vel quatuor nepotes ex fratre premortuo venientes ad ſucceſſionem fratris vna cum eorum zijs tantum capient omnes nepotes quantum accepturus fuiſſet eorum pater ſi viueret. Caſus eſt in dicto. §. reliquum. verſiculo ſi autem vbi text. Si autem defuncto fratres fuerint. Et alterius fratris vel ſororis premortuorum filij vocabuntur ad hereditatem iſti cum de matre ꝛ patre et zijs maſculis et feminis ꝛ quanticunqȝ fuerint tantum ex hereditate percipient portionem quantam eorum parens futurus eſſet accipere ſi ſuperſtes eſſet.

2 **Sed circa hoc quero.** Primo quid ſi deceſſit Titius non relictis deſcendentibus neqȝ aſcendentibus nec etiam fratribus: ſed tantum nepotibus ex diuerſis patribus. Quomodo veniant iſti nepotes ad ſucceſſionem eorum patrui. Gloſ. in dicto. §. reliquum. ꝛ in authen. ceſſante. C. de legi. heredi. tenet qđ ſuccedant in ſtirpem. Idem Iaco. de belui. ꝛ Ange. in dicto. §. idem. Barto. in. l. ij. §. primo. ff. de ſuis ꝛ legitimis. Pro qua ipſe conſuluit in ciuitate aſiſij incipit conſilium. In nomine domini amen ſuper hereditate domine Belle. Sed Azo in ſumma de legiti. heredibus. §. item iure nouiſſimo. verſicu. item illud dubitari poteſt tenet contrarium dicens qđ licet filij fratris mei venientes cum fratribus meis ad ſucceſſionem meam ſuccedant mihi in ſtirpem, tamen ſi veniant cum filijs alterius fratris mei ſuccedunt in capita. Et quod tenuit Azo voluit etiam Hoſtien. in ſumma de ſucceſſioni. ab inteſta. §. viſo igitur qualiter. verſicu. quid ſi fratrum filij. Bald. vero in dicta authen. ceſſante dicit qđ licet alias conſuluerit pro prima opinione timens recedere ab opinione gloſ. tamen nunc videtur ſibi qđ opinio Azonis ſit magis conſona litere et nature. Et reſpondet ad contraria que poſſent adduci. Sed pro prima opinione que eſt communior multum facit text. in dicta authenti. de heredibus ab inteſtato. §. ſi vero. neqȝ fratres vbi dicit qđ quando non ſuperſunt fratres nec filij fratrum, alij agnati et cognati ſuccedunt in capita, ergo ibi ſuperſunt ſuccedant in ſtirpem, nec aliter diſtinguit veniant cum patruis vel ſine merito nec nos diſtinguamus. l. de pretio. de publi. l. quos prohibet de poſtu. de iudi. l. ſecunda. §. conuenire. Et quod dictum eſt de patruis et nepotibus reſpectu ipſorum intelligas pariformiter de auunculis amitis ꝛ materteris. Non enim fit differentia ſexus agnationis vel cognationis hodie quo ad hoc, vt patet in. d. §. ſi vero. ibi cum de patre ꝛ matre ꝛ zijs maſculis et feminis ꝛc.

3 **Secundo quero quid ſi** concurrat ad hereditatem defuncti frater coniunctus ex vtroqȝ latere, et alter frater coniunctus ex vno latere tantum ſiue paterno ſiue materno certe preferetur frater vtrinqȝ coniunctus. vt vult tex. in dicto. §. reliquum. circa principium. Et ratio eſt quia potiores ſunt qui duplici vinculo vtuntur quam qui vno tantum vt dicit ibi gloſ. et hoc procedit non ſolum in bonis queſitis per ipſum fratrem defunctum: ſed etiam in alijs bonis: puta prouenientibus a patre defuncti vel matre ſiue ſit frater vterinus ſiue conſanguineus hoc eſt ſiue ſit ex latere patris ſiue ex latere matris nihilominus. frater vtrinqȝ coniunctus ei preferetur hoc voluit Dy. in tractatu ſuo de ſucceſſione ab inteſtato. circa finem. per auth. itaqȝ. C. communia de ſucceſſio. vbi text. Itaqȝ mortuo quoqȝ patre ſi decedat inteſtatus ſine liberis relictis fratribus alijs conſanguineis. alijs vterinis, quibuſdam ex vtroqȝ parente coniunctis in eos tranſmittit hereditatem qui vtrinqȝ coniuncti fuerunt. Et ibi Bald. allegat. l. de emancipatis. C. de legiti. heredibus. Non exiſtentibus autem fratribus vtrinqȝ coniunctis bene vocantur fratres coniuncti ex vno latere tantum ſiue per patrem ſolum ſiue per matrem ſolum, vt dicto. §. reliquum. verſicu. Is autem ꝛ in authen. poſt fratres. C. de legiti. heredi. vbi poſt fratres ex vtroqȝ parente et eorum filios admittuntur ex vno latere fratres ſororeſue. Quid ſi concurrit frater coniunctus ex vno latere et nepos ex alio fratre vtrinqȝ coniuncto ad hereditatem defuncti

4 quis preferetur. Text. in dicta authen. de heredibus ab inteſta. §. ſi vero neqȝ fratres. Videtur velle qđ proximior in gradu preferatur. vt patet ibi. Ut viciniores gradu ipſi reliquis preponantur. Et per conſequens frater qui eſt in ſecundo gradu preferatur nepoti qui eſt in tertio. Eſto qđ ipſe nepos ſit vtrinqȝ coniunctus. Sed contrarium eſt verum. quia immo ipſe nepos preferetur fratri coniuncto ex vno latere tantum. hoc probat tex. in dicta authen. §. reliquum. verſi. item conſequens ibi. Ut ſi forte premortuus frater cuius filij viuunt ꝛ per vtranqȝ partem: nunc defuncte perſone iungebantur. Superſtes autem frater per patrem ſoli forſan aut matrem ei coniungebatur preponatur iſtius filij proprijs zijs, licet tertio ſint gradu ſiue a patre ſiue a matre ſint zij et ſiue maſculi ſiue femine ſicut eorum parens preponeretur ſi viueret. Nec obſtat. §. ſi vero: quia loquitur in alijs cognatis vlterioribus vltra fratres et fratrum filios, vt ibi patet. et in authen. poſt fratres fratrumqȝ filios vocantur quicunqȝ gradu ſunt proximiores. C. de legiti. heredi. Et econtra ſi nepos coniungebatur ex vno latere tantum frater vero vtrinqȝ preferetur frater ipſi nepoti. Ratio eſt: quia nepos intrat locum patris ſui premortui. Sed pater ex vno latere coniunctus preferebatur a fratre coniuncto vtrinqȝ, vt ſupra dictum eſt, ergo et nepos ex eo pari modo preferatur probat text. in dicto §. reliquum. verſi. ex diuerſo ibi. Huius filios ab hereditate excludimus ſicut ipſe ſi viueret excludebatur. Ex quo text. ſumebat ibi

5 Ange. argumen. quod vbicunqȝ excluditur aliquis a ſucceſſione non propter ſuum delictum: ſed ex alia cauſa ſicut ipſe excluditur ita et filius ſuus debet excludi, qđ facit ad queſtionem de ſtatuto excludentis filiam feminam propter maſculos vt intelligatur excludere etiam neptem ex ea de queſtione late dictum fuit ſupra in prima parte principali et in prima ſpecie filiorum. Tertio quero deceſſit Petrus ſine aſcendentibus et deſcendentibus et ſine fratribus germanis hoc eſt vtrinqȝ coniunctis: ſed tantum ſuperſtitibus ſibi duobus fratribus vno vterino et alio conſanguineo quomodo vocabuntur ad ſucceſſionem ipſius Petri. Dic qđ in bonis prouenientibus a patre Petri vocabitur tantum frater conſanguineus in bonis prouenientibus a matre Petri, vocabitur tantum vterinus. In reliquis vero bonis equaliter vocantur. et ita tenuit gloſ. in dicta authen. poſt fratres ex vtroqȝ parente. Et Dyn. in ſumma ſua, et Bald. in dicta authen. itaqȝ. C. communia de lega. ꝛ in dicta. l. de emancipatis. Quid ſi deceſſit Petrus relicto fratre ex vno latere tantum et vno vel pluribus nepotibus ex alio fratre ſimiliter ex vno latere tantum. An nepotes vocentur ad ſucceſſionem Petri vna cum predicto fratre dic qđ ſic, quemadmodum dictum eſt ſupra nepotes vtrinqȝ coniunctos admitti ad ſucceſſionem cum fratribus defuncti vtrinqȝ coniunctis probatur in dicta auth. poſt fratres ex vtroqȝ parente. C. de leg. heredi.

Quarto quero quid ſi concurrat patruus defuncti ꝛ filius fratris

6 et ſic nepos ex fratre quis preferetur in ſucceſſione et vt reſponſum congruum accipias. Pone exemplum prout ponit Bald. in dicta authen. poſt fratres ex vtroqȝ parente Petrus et Paulus fuerunt fratres carnales deceſſit Paulus ſuperſtitibus duobus filijs ſcilicet Stico et Ioan. ex eadem vxore vel alia deceſſit Ioannes ſuperſtite Antonio eius filio, deinde deceſſit Sticus ſine liberis ſuperſtite Petro eius patruo et ſuperſtite antonio eius nepote tranſuerſali. Queritur an patruus et nepos pariter vocentur et videtur qđ ſic: quia vterqȝ videtur diſtare tertio gradu linee tranſuerſalis: ergo equaliter vocentur, vt in dicta authen. poſt fratres fratrumqȝ filios. C. de legiti. heredi. ibi, vt pares in gradu pariter admittantur. Contrarium eſt verum quia immo nepos excludit patruum. Ratio eſt quia nepos eſt ſimilis patri, et ſicut pater excluderet patruum, ita et nepos eum excludat. Hanc rationem ponit text. in dicta authen. poſt fratres ex vtroqȝ parente ibi. His autem fratrum filij cum pares ſint defuncti fratribus preferuntur procul dubio eiuſdem patruis ꝛc. Aduerte tamen circa ea que dicta ſunt ſupra de fratribus ꝛ filijs fratrum: quia non habent locum in vlterioribus tranſuerſalibus. Et primo in quantum diximus vtrinqȝ coniunctum preferri coniuncto ex vno latere tantum non habet locum in vlterioribus, vt probat gloſella in dicta authenti. poſt fratres fratrumqȝ filios ibi. Et filiorum filios ſm Placen. et multi etc. Verbi gratia deceſſit Petrus relictis fratribus patruelibus vel conſobrinis Ioanne et Martino pater Ioannis coniunctus erat patri Petri defuncti ex vtroqȝ latere pater Martini erat coniunctus patri defuncti ex vno latere tantum concurrunt: ergo iſti fratres ad hereditatem Petri quis preferatur per regulam antea poſitam videbatur qđ Ioannes preferetur qui erat vtrinqȝ coniunctus. Contrarium eſt verum per ſupra proxime dicta. Et hoc tenet

7 Iaco. de bel. in dicta auth. §. ſi vero neqȝ fratres. Secundo in quantum diximus nepotem intrare locum patris ſui ꝛ ſic vocari vna cum fratre defuncti ad eius hereditatem non obſtante qđ ipſe ſit in tertio gradu et frater in ſecundo excludere patruum ipſius defuncti. Eſto qđ ſint pares in gradu non habet locum in vlterioribus tranſuerſalibus in quibus attenditur proximitas gradus, vt dicta authen. poſt fratres. vbi tex. Poſt fratres fratrumqȝ filios vocantur quicunqȝ gradu ſunt proximiores, vt pares in gradu pariter admittantur ſublata differentia maſculorum ꝛ feminarum, ſola namqȝ cognatio in iſtis ſpectatur. Et in corpore vnde ſumitur. §. ſi vero ibi. Si vero neqȝ fratres neqȝ filios fratrum, ſicut dicimus defunctus reliquerit omnes deinceps a latere cognatos ad hereditatem vocamus ſecundum vniuſcuiuſqȝ gradus prerogatiuam, vt viciniores gradu ipſi reliquis preponantur ſi autem plurimi eiuſdem inueniantur ſm perſonarum numerum inter eos hereditas

Vid. d. alex. 166. volu. 5.

diuidatur quod in capita noſtre leges appellant. Et ex hoc huius text. ſumitur alia differentia, vt ſucceſſio tranſuerſalium diuidatur in capita exceptis filijs fratrum qui vocantur in ſtirpez ſiue ſuccedant inter ſe, ſiue cum eorum zijs, vt ſupra late dictum fuit. Hec que dicta ſunt de ſucceſſione tranſuerſalium habent locū quando ipſi tranſuerſales eſſent legitimi et naturales. Si autem non eſſent legitimi, vt qui naturales tantum vel concepti vel ſpurij ex damnato coitu concepti aliter eſſet diſtinguendum. Nam aut querimus an et quomodo ſuccedant tranſuerſales per lineam paternam coniunctis legitimis aut per lineā maternā. Primo caſu in nullo ſuccedunt illegitimi. De illegitimis naturalibus probatur in authē. quibus modis natu. effici. ſui. §. filium. Ratio eſt quia nullus ex linea paterna efficitur eis agnatus vel cognatus, vt patet ibi. Nullus tamen habere participium aut deſcendites, aut ex latere agnatos vel cognatos patris, aut illos aliqd habere participiū ad illorū ſucceſſionem. Et not. in l. ſi. C. de nat. libe. et multominus ſuccederent alijs illegitimis, vt vulgo queſitis et alijs ex damnato coitu natis: quia ipſi minus agnoſcuntur ipſis tranſuerſalibus ex linea paterna per l. hac parte. et l. ſi ſpurius. ff. vnde cognati. et authen. quib. mod. nat. effi. ſui. §. ſi.

8 Secundo caſu quando loquimur† de tranſuerſalibus per lineam maternam et tunc defunctis naturalibus ſuccedunt ſicut ſi eſſent legitimi quemadmodum et ipſi ſuccedunt eis. not. inſtitu. ad orfi. §. nouiſſime. inſtit. de nup. §. fina. ſuccedunt etiam ſpurijs natis non ex damnato coitu, vt dictis iuribus. et inſtitu. de ſucceſſio. cognato. §. vulgo ibi. Itaqz omnibus iſtis ea parte competit bonorum poſſeſſio qua proximitatis nomine cognati vocantur. Et d. l. hac parte. et l. ſi ſpurius. et hoc clarum vbi mater nō eſt illuſtris. Sed ſi mater eſſet illuſtris facit dubium: quia ex quo filius vulgo conceptus vel alias ſpurius natus ex non accuſabili coitu excluditur ab eius ſucceſſione et mater a ſucceſſione talis filij, vt vult gloſ. in dicta. l. ſi qua illuſtris. Ita videtur qd tranſuerſales etiam ex linea materna ab eius hereditate excludantur. Infecta enim radice ramunculi non poſſunt pullulare. Ad hoc tex. in authen. de heredib. ab inteſta. ve. §. ex diuerſo ibi. Huius filios ab hereditate excludimus ſicut ipſe ſi viueret excluderetur. Tamen contrarium videtur, ſcilicet qz etiam ſi mater ſit illuſtris nihilominus tranſuerſales per lineam femininam eis ſuccedant: quoniam leges digeſtorum ſimpliciter inuitabant matrem et omnes coniunctos ex linea materna non diſtinguendo eſſet illuſtris vel non. l. autem. C. correxit tantum quo ad filios et matrem quando ſupereſſent legitimi nihil dicendo de alijs coniunctis: ergo remaneat ius. ff. incorrectum. l. precepimus. C. de appella. et c. cum expediat. eodem titu. Facit text. in authen. de ſecundis nup. §. optimum. Et hoc audiui tenere Cyn. in dicta. l. ſi qua illuſtris. cum tamen non vidi. An autem dicti tranſuerſales per lineam maternam ſuccedant ipſis filijs natis ex damnato coitu. Certe eſt maius dubium: quia mater indiſtincte ſiue ſit illuſtris ſiue non excluditur ab eorum ſucceſſione et ipſis ſucceſſione materna vt late dictum fuit ſupra in ſecunda par-
9 te. Et† etiam quia maius delictuz et maior culpa reperitur in ipſis parētibus generando et concipiendo tales filios quam in alijs: ergo acrius puniendi, vt in. c. ſicut dignum. de homicidio. cum ſimilibus. Contrarium credo: quia non poteſt negari qd dicti tranſuerſales adulterini inceſtuoſi etc. non habeant inter ſe ius cognationis et proximitatis: licet non ius agnationis et conſanguinitatis. vt probatur in dicta. l. ſi ſpurius. et l. i. ff. vnde cogna. et inſtitu. eodem. §. fina. ſecundo quia vt proxime dictum fuit hoc non reperitur iure cautum qd tales excludantur. Nec obſtat doctrina data ſupra per. §. ex diuerſo. quia illa habet locum tantum quādo quis excluditur non propter ſuum delictum: ſed ex alia cauſa, vt ibi tenet Ange. ſed in caſu noſtro excluditur mater propter ſuum delictum a ſucceſſiōe filij ſpurij et propter idem delictum excludit etiā filius a ſucceſſione euiſdem, vt probatur in tex. dicti. §. in aut. qui. modis natu. effi. ſui. ibi. ſed ſi ſupplicium etiam hoc paternum, vt agnoſcant: quia nec quicqz peccatricis concupiſcentie eorum habebunt filij. Facit. d. l. fina. C. de natu. libe. non eſt ergo conueniens qd frater vel alius tranſuerſalis qui ſine aliqua culpa fuit excludatur a ſucceſſione dicti ſpurij vel nati ex nefario coitu vel ipſe filius a ſucceſſione tranſuerſalis ſui ad hoc regula non debet quis et regula ſine culpa. de regulis iuris. Et hanc partem reperio tenuiſſe excellentem legum doctorem tempore noſtro dominum Joan. petrucij preceptorem et affinem meum in. l. fina. ff. de in ius vocando, pro qua parte refert ſe plurica conſuluiſſe. et hoc idem credo qd ſenſerit Dy. in dicto tractatu ſuo circa ſi. ibi. Dum dicit ſi per matrem ſuccedant etiam ſi ſint ſpurij vel vulgo queſiti. Quaſi voluerit facere differentiam illo caſu inter ſpurios et vulgo queſitos, vt ſpurij intelligantur ex damnato coitu vulgo queſiti non.

10 Et quoniam ſupra in principio† dictuz fuit tres eſſe gradus q principaliter vocantur ad ſucceſſionem inteſtati defuncti, ſcilicet deſcendentium aſcendentium et tranſuerſalium et ipſos venire gradatim non ab re erit videre quid ſit gradus et quot ſint et quomodo connumerentur et vſqz ad quem gradū predicti vocentur. Dic ergo qd gradus enumeratio ſingularium perſonarum cognatione vel affinitate ſibi coniunctarum. Quoto gradu vna perſona diſtet ab alia optime indicans hanc diffinitionem ponit gloſ. inſtit. de gradibus. §. hactenus. quam prius poſuerat Azo in ſumma titulo eodem circa principium. Dicuntur autem gradus ad ſimilitudinem ſcalarum locorumue procliuium quos ita ingredimur, vt a proximo in proximum, id eſt in eum qui quaſi ex eo naſcitur tranſeamus. Text. eſt. ff. de gradibus. l. iuriſconſultus. §. gradus autem. Et ſunt gradus cognationis, vt dictum eſt aſcendentium deſcendentium et tranſuerſalium. ff. de gradibus. l. prima. inſtitu. eod. in principio. Qui connumerantur hoc modo. Nam ſuperior et inferior cognatio a primo gradu incipit ſemper qd perſone duplicantur. ff. de gradibus. l. ſexto gradu. §. admonendi. tamen ſumus et dicta. l. iuriſcōſultus. §. ſeptimo gradu. Cognatio tranſuerſalis incipit a ſecundo gradu: quia ex tranſuerſo ſiue a latere nullus eſt primus gradus, vt dicta. l. prima. vbi optime ſpecificatur. et inſtitu. eodem. in principio. Unde aſſumendo regulam magiſtralem circa cōnumerationem graduum in linea aſcendentium et de-
11 ſcendentium dic† qd quot ſunt perſone de quibus querimus computatis intermedijs vna dempta tot ſunt gradus. Que computatio pariformiter procedit de iure canonico et ciuili. Et de hac computatione vide in. c. qd delicto. de conſanguinitate et affinitate. et not. inſtitu. de gradibus. in principio. Connumeratio autem graduum in linea tranſuerſali aliter fit. Nam ſi ſumus in linea equali: tunc quoto gradu quis diſtat a communi ſtipite toto duplicato diſtant inter ſe perſone de quibus querimus. Et ſi in linea equali tot ſunt gradus quot ſunt perſone ſtipite dempto not. inſtitu. de gradibus. §. quarto gradu. et ibi in arbore et hoc de iure ciuili. De iure vero canonico aliter fit: quia in linea equali quoto gradu quilibet collateralium diſtat a communi ſtipite tot diſtant inter ſe vel ſibi attinent, vt in. c. quod dilectio. de conſanguinitate et affinita. In linea vero inequali quoto gradu remotior diſtat a communi ſtipite toto diſtat et a quolibet per aliam lineam deſcendentiū ab eodem. Caſus eſt in. c. fin. de conſanguinitate et affinitate. Et vide de his latius in. c. non debet. eod. titu. inſtit. de gradibus. §. hactenus. C. vnde cognati. l. ſi auie frater. in quibus iuribus ponitur ratio differentie inter ius ciuile et ius canoni. Et ſcias quod computatio iuris ciuilis tanqz vera et propria ſemper dz attendi in omni diſpoſitione et in quolibet foro ſiue loquamur in materia ſucceſſio-
num ſiue in alia preterqz in matrimonio in quo attendimus com-
12 putationez iuris canonici. xxxv. queſti. v. ad ſedem. Ratio eſt† qz in eo due perſone pro vna reputantur: et ex ipſis duabus fit vna caro de bigamis. debitum. de diuortijs. gaudemus. ibi. et erunt duo in carne vna. Et ponuntur certi verſus qui ſunt hi. Perſonas numera quot ſunt tibi ſtipite dempto. Tot gradus remanent legali iure retento. Per rectum ſilum concordant vtraqz iura. Per tranſuerſalem ſuperant legalia iura. et quoniā veritas oculata fide magis quam per aures animis hominum infigitur. Ideo imperator ſtatuit inſcribi arborem in ſi. illius titu. de gradibus inſti. Et communiter cano. etiam habent in titu. de conſangui. et affini.

Reſtat videre nunc vſqz ad quem graduz vocentur ad ſucceſſionem. Dic qd ſi loquimur in linea deſcendenti vel aſcendenti vſqz quo vita hominum perduci poteſt vocantur. ſi de tranſuerſali, et tunc agnati vocantur vſqz ad decimum gradum: cognati vero per lineam femininam quos lex proximos vocat. Veniebant olim vſqz ad ſextum etiam ex ſeptimo a ſobrino ſobrinaue nato et nate. ff. vnde cognati. l. prima. circa principium. Inſtitu. de ſucceſſio. cognatorum. §. fina. Hodie vero cum ſublata ſit differentia agnationis et cognationis quemadmodum vocantur tranſuerſales per lineam maſculinam vſqz ad decimum gradum: ita et per lineam femininam, vt ſic in nullo differant. probat text. in authētica de heredibus ab inteſtato ve. §. nullam vero. et nota. inſtituta de ſucceſſio. cognato. §. finali. Et non mireris ſi iuriſconſultus conſiderauit hos gradus aſcendentium, deſcendentium, et tranſuerſalium tantum vſqz ad ſextum gradum et non vltra, vt patet. ff. de gradibus. l. iuriſconſultus. §. ſexto. inſtituta eodem. §. ſexto
13 gradu.† Et etiam in arbore figurata: quia non propterea eſt quod gradus ſucceſſionis vlterius non extendantur: quia immo extenduntur ſm regulam ſupra traditam. Sed quia vltra illum graduz fere natura rerum hominum vitam conſiſtere non permittit. Dicit modeſtinus iuriſconſultus in. l. non facile. ff. de gradibus. et etiā quia per connumerationem vſqz ad ſextum de facili poſſumus intelligere quomodo connumerantur vlteriores, vt patet in. l. ſexto gradu. ff. de gradibus. et inſtitu. eodem. §. hactenus. vbi text. Hactenus oſtendiſſe ſufficit quemadmodum gradus cognationis numerentur. Nam ex his palam eſt intelligere quemadmodum vlterius quoqz gradus numerare debemus recte. de iure

vero canonico

vero canonico non expedit inquirere vſque ad quem gradum vo-
centur: quia vt ſupra dixi etiam de iure canonico attenditur nu-
merus et computatio legalis quo ad ſucceſſionem. et alios actus
et ſolum diſponit ius canonicum quo ad matrimonium. et in li-
nea aſcendenti et deſcendenti non datur numerus graduum quo
ad matrimonium: ſed olim et hodie erat inducta inhibitio inter
eos in infinitum et perpetua. xxxv. queſtione. vj. vt progenies. et
duobus capitulis ſequentibus. Facit inſtit. de nuptijs. §. ergo nõ
omnes ibi inter patrem et filiam vel auum et neptem vel matrem et
filium vel auiam et nepotem et vſque ad infinitum. &c. et. l. nuptie. ff.
14 de ritu nuptiarum. cum ſuis gloſ. que dicunt quod etiam ſi hodie
Adam viueret non poſſet matrimonium cõtrahere. In linea trãſ-
uerſali durat hodie prohibitio vſque ad quartum gradum incluſi-
ue, vt in. c. non debet de conſanguinitate et affinita. licet olim vſque
ad ſeptimum gradum. eodem titulo. quod dilectio et in ipſis ma-
trimonijs ius canonicum eſt ſequendum non ius ciuile. c. penulti.
et fina. de ſecundis nuptijs. et ſupra dictum eſt per hec ſit expedi-
tus iſte tertius ſucceſſionis gradus, ſcilicet tranſuerſalium ſeu col-
lateralium vel cognatorum. et per conſequens tertia pars princi-
palis tractatus noſtri. De affinibus autem ſuperfluum eſſet ali-
quid dicere quia affinitatis iure nulla ſucceſſio admittitur. Dicit
text. in. l. affinitatis. C. communia de ſucceſſi. licet vt ſtatim dicam
reperiatur ſucceſſio inter virum et vxorem inter quos non eſt affi-
nitas proprie: ſed eſt principium et cauſa affinitatis. ff. de gradib.
l. non facile. §. affines. et ratio quare inter ipſos affines non datur
ſucceſſio eſt: quia inter eos nulla eſt coniunctio ſanguinis: ſed eſt
quedam perſonarum proximitas omni carens parentela proue-
niens ex copula maritali. dicta. l. non facile. §. affines. et. §. ſcien-
dum immo et etiã ex copula fornicaria de iure canonico. c. per tuas.
de probat. c. diſcretionem. de eo qui duxit in matrimonium quam
polluit per adult.

Summarium.

1 Succeſſiõis quartus gradus eſt viri et vxoris. vir et vxor vocã-
tur ad ſucceſſionem per pretorem.
2 Bonorum poſſeſſio vnde vir et vxor vt habeat locum quot requi-
rantur.
3 An hec ſucceſſio habeat locum in matrimonio putatiuo, et ibi de
queſtione facti filij regis Anglie et filie principis de Uerute.
4 An hec ſucceſſio locum habeat requiratur quod matrimonium fue-
rit conſummatum per copulam carnalem, et ibi ad queſtionem de
facto in ciuitate Auenionenſi.
5 An ſtante ſtatuto quod vir lucretur tertiam partem dotis pre-
decedente vxore ſine filijs poſſit lucrari ſi vxor nondum erat tranſ-
ducta nec cognita.
6 An habeat locum hec ſucceſſio quando diuortium inter cõiuges
fuiſſet factum.
7 Collegium an excludat coniugem ab hac ſucceſſione.
8 Coniunx vocatur ad ſucceſſionem alterius coniugis etiam de iu-
re ciuili in caſu authen. de exhibẽ. reis. Unde extracta eſt authen.
preterea. C. vnde vir et vxor.
9 Uxor vocatur etiam ad ſucceſſionem mariti premortui in certis bo-
nis de conſuetudine gallicana.

Quarta pars Tractatus.

Succedit quarta pars pri-
1 cipalis. et ſic quartus ſucceſſiõis gradus. ſcilicet vi-
ri et vxoris qui vt premiſi regulariter non fuit agni-
tus per ius ciuile: ſed tantum per ius pretorium.
Nam vbi deficiebant aſcendentes, deſcendentes,
et collaterales pretor excluſo fiſco vocauit coniugem ad ſucceſſio-
nem alterius coniugis predefuncti per bonorum poſſeſſionẽ quã
appellant vnde vir et vxor. l. prima. ff. vnde vir et vxor. C. eodem. l.
prima. §. ſi tabule &c. l. prima. Aduerte tamen quia hec bonorum
poſſeſſio. Unde vir et vxor debet peti infra centum dies vtiles ſicut
regulariter alie bonorum poſſeſſiones. l. ſecunda. C. qui admit. ad
bonorum poſſeſſio. Interdum tamen alique bonorum poſſeſſio-
nes petuntur infra annum. l. emancipata. C. eodem. l. penultima.
ff. quis ordo in bono. poſſeſ. ſerue. l. j. §. largius. ff. de ſucceſ. edicto.
Sis ergo cautus quando occurrat tibi de facto vt petas dictam
bono. poſſeſ. infra centum dies alioquin fiſcus excluderet te con-
iugem nec daretur remedium per ius ciuile per quod iſta ſucceſſio
non fuit conſiderata. Et propterea etiam hodie eſt neceſſaria, vt
per glo. et docto. in. l. fina. C. vnde cognati. Plura tamen requirun-
tur ad hoc vt habeat locum iſta ſucceſſio. Et primo quod ſit iuſtum et
2 legitimum matrimonium inter ipſos coniuges alias ſi fuiſſet in-
iuſtum et illicitum puta in gradu prohibito contractum vel cum eo
qui habebat aliam vxorem vel cum monacha vel aliud eſſet impe-
dimentum non haberet locum dicta ſucceſſio probatur in dicta. l.
prima. ff. vnde vir et vxor. C. de inceſtis nuptijs. l. qui cõtra. Quod
credo verũ niſi vterque coniunx erraſſet putantes matrimonium
tenere vbi in veritate non tenebat. Aut erraſſet ille qui vult veni-
re ad ſucceſſionem, et intelligo de errore probabili et continuo
vſque ad obitum illius de cuius ſucceſſione agitur, vt videtur pro-
bari in dicta. l. qui contra. licet aliqui teneant in. l. ſi cum dotem. §.
fina. ff. ſoluto matrimonio. Succeſſionem hanc non habere locum
in matrimonio putatiuo per textum. dicta. l. prima. Sed mihi pro
nunc plus placet quod dixi per dictam. l. qui contra ibi. Nihil ex
eo matrimonio ſiue ante nuptias donatum ſiue deinceps quoquo
modo datum fuerit conſequatur. Ideoque totum quod alterius li-
beralitatis in alterum proceſſerit vt indigno indignaue ſublatum
fiſco vendicari ſancimus. Exceptis tam feminis quam viris qui
aut errore acutiſſimo non affecto in ſimulatione neque ex cauſa vili
decepti ſunt aut etatis ludibrio lapſi &c. Pondero ergo iſta vltima
verba. Aut errore acutiſſimo &c. et intelligo de errore facti. ſecus di-
cerem de errore iuris quod non licet etiam mulieribus ignorare
quo ad lucrum captandum. l. iuris ignorantiam. C. qui admitti. et
ita forte poſſet procedere opinio predictorum doctorum. quod etiam
3 videtur ſentire glo. in dicta. l. qui contra. Et propterea filia comi-
tis de Uerutic non poſſet ſuccedere principi de Galles filio Hen-
rici regis Anglorum: quoniam contraxerunt in gradu prohibito
et ſcienter et licet habuerunt mandatum de diſpenſando poſt
ipſum matrimonium contractum illud erat ſubreptitium et nul-
lum et interrogatus ex parte regis Francorum dum eſſem Turo-
nis ita reſpõdi de iure, propter quam conſultationem iterum mi-
ſerunt ad curiam pro alia diſpenſatione, non tamen aliter ſepara-
runt thorum. et antequam diſpenſatio iret ad partes dictus prin-
ceps mortuus eſt. Secundus procedit in matrimonio iam con-
tracto per verba de preſenti. Unde ſecus in ſponſalibus de futu-
ro vere vel iuris interpretatione. c. in illis. de deſponſa. impuberũ.
libro. vi. cum ſimilibus. Sed nunquid requiratur quod fuerit cõſum-
matum per copulam carnalem. Bald. in dicta. l. prima. C. vnde vir
et vxor. tenuit quod non per nota. in. l. deo nobis. C. de epiſco. et cleri.
in. l. nihil. ff. rerum amotarum. in. l. cum hic ſtatus. ff. de donationi-
bus inter virum et vxo. in. §. ſi mulier. et. §. maritus. Et ita Turonis
conſultus in queſtione de facto reſpondi. Deceſſit enim in ciui-
tate Auenionenſi. que eſt ſubdita immediate Romane eccleſie
quidam medicus ſine herede ſolum ſuperſtite ſibi vxore nondum
cognita nec tranſducta. Querebat Guil. dominus de monte tur-
rullo conſiliarius regius et Falco de ſinibaldis romanus et cleri-
cus camere apoſtolice an predicta ſponſa de preſenti ab heredita-
te dicti medici que opulentiſſima erat, excluderet fiſcum camere
apoſtolice dicebam quod ſic per predicta et vltra ea adducebam text.
in. l. non ſine. C. de bonis que libe. His tamen non obſtantibus audi-
ui ab ipſiſmet qui ſupplicauerant ſe. re. domino Paulo pontifici
maximo, vt donaret dictam hereditatem dicto Guilielmo, et ſcio
quod partem ei cõceſſit quod ex predictis ſibi facere minime videtur
licuiſſe cum non liceat principi ius tertij auferre regulariter et al-
teri donare. et per Barto. late in prima conſtitutione. Erat enim
princeps dignus: tamen et tenax et pecuniarum vltra modum aui-
dus, et nunc reddit rationem villicationis ſue. Nam. xxi. Julij die
veneris Anno domini. M. cccclxxi. hora. ii. noctis repẽte ab ocu-
lis noſtris ſubtractus eſt heri hora. xv. Reuerendiſſimi domini
Cardinales pro electione ſucceſſoris intrarunt conclaue omnipo-
tens deus iuxta temporis neceſſitatem prouideat eccleſie ſue ſan-
4 cte. Et vltra predicta Bald. inducebat dictam. l. deo nobis. ad ſta-
tutum diſponens quod premortua vxore ſine filijs vir lucretur tertiã
partem dotis quod habeat locum etiam in matrimonio nondum
conſummato: quia verum matrimonium eſt, vt ipſe ibi dicit. et pro
hac parte quo ad illam queſtionẽ reperio ipſum cõſuluiſſe in cõſi-
lio quod incipit. In chriſti nomine, non eſt dubium &c. Fundamẽ-
tum ſuum eſt: quia matrimonium contrahitur conſenſu partium
que ſunt ad id habiles. c. cum apud. de ſponſalibus. etiam ſi copula
non interuenerit. Nam copula non eſt matrimonium ſed vſus et
effectus matrimonij. ff. de iure dotium. l. nuptura. et eſt bonus tex.
ad vtrãque queſtionem. xxvij. queſtio. ij. cum initiatur. Ubi Ambro-
ſius. Non defloratio virginitatis facit coniugium: ſed actio coniu-
galis cum coniungitur viro coniugium eſt non rum viri admixtio
ne cognoſcitur idem in capitu. ſequenti. vbi Iſidorus. Coniuges
verius appellantur a prima deſponſationis fide quamuis adhuc
ignoretur inter eos coniugalis concubitus. Idem in ſe. Aug. Cõ-
iunx vocatur a prima deſponſationis fide quã concubitu nõ agno-
uerat &c. Bar. tamen in hac queſtione de ſtatuto cõſuluit cõtrarium
nõ habere locũ ſtatutũ in ſponſa etiã ſi eſſet de preſenti dũmodo nõ
eſſet cognita. incipit conſiliũ. In nomine dñi amen. Uiſo puncto.
Dictum Bar. poſſet procedere vbi vlterius ſtatutum aſſignaret
cãm propter onera matrimonij: quia ſpõſus ante traductionẽ vxoris

non ſuſtinet illa onera, vt notatur in.l.ſi cum do.ſo.matri. quam ra
tionem videtur ſenſiſſe Bal.in.l.non ſine.C.de bo. que libe. Sed
fundamentum Barto.non fuit illud principale: quia ante copulam
non videbatur verum matrimonium, et quando fuiſſet non vide-
tur procedere: quia et multa ſuſtinet onera ipſe ſponſus etiam ante
tranſductionem, vt no.in.l.cum te ſponſe.C.de donatio.ante nu-
ptias.et l.in his rebus.§.ſeruis vxoris.ff.ſolu.mat. Requiritur ter
tio q matrimonium ſubſiſtat tempore mortis alterius coniugis
alias ſi diuortium fuiſſet factum vel alias matrimonium eſſet ſolu
tum nõ haberet locum iſta ſucceſſio, ve probat tex.d.l.j.ff. vnde vir
5 et vxor.ibi.† Ut autem locum habeat hec bonorum poſſeſſio vxo-
rem eſſe oportet mortis tempore. Sed ſi diuortium quidam ſequu
tum ſit verum: tamen iure durat matrimonium hec ſucceſſio locum
non habet et c. Per quem tex.crederem q cum etiam hodie ſit per-
miſſum diuortium quo ad thorum propter fornicationem alterius
coniugis, ve not.in.c.ex literis.et c. ſignificaſti de diuortijs.in.l.cõ
ſenſu.C.de repudijs. Ita ſucceſſio non habet locum quando tale
diuortium interceſſiſſet. Hoc confirmo: quia ſi vxor amittit dotẽ que
eſt patrimonium ſuum.l.adhuc.C.de iure dotis.l.ſi conſtan.ff.ſol.
matri.propter fornicationem ſuam.et ſi mulier maritus fornican-
do amittit donationem propter nuptias alteri coniugi iniuriam
paſſo applicatur, vt in.c.plerunque de dona.inter virum et in.l. viro
atque vxore.ff.ſolu.matri. Multomagis coniunx qui fornicatus eſt
amittat ſucceſſionem alterius coniugis cui iniuriam intulit: quia hoc
caſu agitur de lucro captando quo caſu non debetur tãtus fauor,
vt cum agitur de damno vitando ſicut in alio proximo argumen-
to.l.ſi.C.de iure delib. Pro hoc etiam facit quod voluit Bal.in.d.
l.j.C.vnde vir et vxor.de cõiuge qui alium cõiugem occidit, vt non
ſuccedat eidem occiſo. Ad hoc bonus tex.in.l.ſi ab hoſtibus.§.ſi
vir vxorem.ff.ſol.mat.et ibi per glo.que vult q ſi per negligentiam
coniugis alter coniux mortuus fuerit priuetur lucro dotis vel do-
natio. propter nuptias, vt ſimiliter illo caſu priuetur hac ſucceſſio-
ne et etiã ſucceſſione iuris ciuilis ſm formam auc.preterea.C.vnde
6 vir et vxor.de qua ſtatim dicetur. Aduerte tamen: † quia iſta ratio
videtur procedere quando ageretur de ſucceſſione iniuriati, puta
quia precederet coniunx qui eſt iniuriatus et coniunx iniurians vel-
let ſuccedere forte adulter. Sed quãdo predeceſſiſſet ipſe iniurians
et iniuriatus vellet ſuccedere eſſet magis dubium cum ipſe non de-
beat priuari dicta hereditate ſine culpa ſua.lvj.diſt.ſatis peruerſum
de conſti.cognoſcentes.ff.ad.l.aquiliam.ſi pretor. Niſi dicas q
pretor conſiderauit illam humanam ſocietatem que eſt inter virũ
et vxorem. Et alia que fuerũt dicta ſupra in principio tractatus no
ſtri qui facto diuortio ceſſant. Unde cum cauſa vocandi ad ſucceſ-
ſionem ceſſat ipſa vocatio.c.cum ceſſante.de appellatio.et c.tanta.ſ.
de iureiuran.cum ſimilibus. Nec obſtat q quis non debet priuari
iure ſuo ſine culpa ſua: quia multa ſiunt ſine culpa non tamẽ ſine cau-
ſa.c.quod frequenter.vt li.nõ conteſt.xxxiiij.di. ſi quis.de cle.egro.
tan. Cogitãdũ tamẽ eſſet in hoc, quia incidẽter feci hoc motiuũ et ne
minem inueni hoc tangentem. Item crederem q in his caſibus in
quibus poſſent iuſte coniugi denegari alimenta propter culpam
vel delictum ſuum per alium coniugem de quibus in.l.ſi cum do-
tis.§.ſi autem in ſeruiſſimo.ff.ſolu.matri. Denegabitur etiam hec
ſucceſſio, arg.glo.et notatorum in.l.ſi quis a liberis.§.ſi quis ex his.
ff.de libe.agno.quia fauorabilior eſt cauſa alimentorum quam ſuc
ceſſionis. Multis enim alimenta preſtantur qui prohibentur ſuc-
cedere de iure, vt in auc.licet C.de natura.libe.et in auc.quib.mod.
natu.efficiuntur ſui.§.ſi quis igitur. Poſſes etiã cogitare ſi habet
locum iſta ſucceſſio vbi matrimonium ſeparatur quo ad thorum,
non ex delicto: ſed ex alia cauſa puta propter ingreſſum religionis
vt in caſu.c.ex publico.et.c.cum ſis.de conuerſione coniug. Requi
ritur quarto q non ſuperſit ſocius imperialis liberalitatis: quia in
illa liberalitate coniux ab eo excluditur.l.vnica.C.ſi imperialis li-
7 beralitatis.lib.x.† Quinto requiritur q non ſuperſit collegium.
l.j.et per totum.C.de here.decu.ſm Azo.in ſumma.C.vnde vir et
vxor. Et idem tenet glo.in.d.l.j.ff.eo. Sed idem Azo dicto titu.de
here.decu.videtur tenere q vxor excludat collegiũ: quia ibi erat que-
ſtio inter illa collegia et fiſcum non inter collegium et cõiugem. For-
te enim ibi coniunx non ſupererat vel repudiauerat. Et idem tenuit
Bal.in.d.l.j.niſi eſſent aliter dicta bona tacite vel expreſſe collata
in ipſum collegium, vt ibi plenius per eum. Sexto requirebatur
olim q non nuberet infra annum alias ſi nupſiſſet priuabatur ol
ſucceſſione.l.j.§.omnium.C.de ſecundis nuptijs. Quod an ſit ho-
die correctũ dependet ex notatis in.c.ſi.extra de ſecundis nuptijs
et dictis ſupra in ſecunda parte.in quarta queſtione. Et licet paulo
ante dictum fuerit coniugem vocari ad ſucceſſionẽ cõiugis prede-
functi tantum per ius pretorium et non per ius ciuile: tamen fallit
in caſu authentice preterea.C.vnde vir et vxor.et in corpore vnde ſu
mitur, vel in auc.de exhibẽ.reis.§.quoniam vero.col.v.et in auc.vt
8 liceat matri et auie.§.quia lege.colla.viij. vbi † ſi matrimonium ſit
abſque dote et donatione propter nuptias coniunx autem premo-
riens locuplex ſit, ſuperſtes vero laboret inopia ſuccedat vna cũ li

beris communibus alterius ne matrimonij in quartam ſi tres ſint
vel pauciores q ſi plures ſint in virilem portionem. Ut tamen eiuſ-
dem matrimonij liberis ſi extant proprietatem ſeruet his non ex-
tantibus potiatur et dominio, et ſi maritus aliquid legauerit com-
putabitur ipſum legatum in talem portionem. Et idem ex eadem
ratione videtur ſi paruula ſit dos vel donatio: quia lex conſiderauit
prouidere inopie coniugis, nõ autem principaliter an dos vel do
natio eſſet data vel non, vt dicto.§. quoniam ibi. Sed nouiſſima
viuentes inopia. Et hoc videtur ſentire Cyn.et Bald.in.l.licet.C.
de iure dotium. Et putarem in omnibus caſibus in quibus coniunx
propter culpam ſuam priuatur ſucceſſione a pretore data, de qua
ſupra priuetur etiam hac ſucceſſione iuris ciuilis ex eadem ratione
quod ſatis probatur ex tex.dicti.§.quoniam.vbi imperator dat ta
le lucrum propter merita coniugibus. Mulieres autem licet de-
cies milies in ſtatu legitime cõiugis manſerint attamen eo quod
non ſit facta dos neque donatio ante nuptias nihil habere valen-
tes ſed nouiſſima viuentes inopia propterea ſancimus et c. Et hec
intelligas de iure communi. ſcripto ſiue pretorio ſiue ciuili. Sed
9 ſcio in multis mundi partibus maxime † in regno Francie et par-
tibus illi adiacentibus vigere conſuetudinem immemorialem val
de mulieribus fauorabilem que inuitat vxorem ſuperſtitem ad ſuc
ceſſionem mariti predefuncti, etiam extra caſus ſupra enumera-
tos. Capit enim vxor de bonis mariti vltra dotes medietatẽ om-
nium bonorum mobilium, et etiam medietatem omnium immo-
bilium acquiſitorum conſtante matrimonio, nec minus impediũt
ſe in negotijs domeſticis q ipſi viri.ſ.in vendendo merces et ope-
rando in apothecis, et ita vidi ſeruari continue in illis partibus.
Itaque poſſunt illic ſecure dicere oppoſitum eius, q dixit iuriſcon
ſultus Papinianus in.l.in multis.ff.de ſtatu hominum. In mul-
tis iuris articulis deterior eſt conditio maſculorum q feminarum
que conſuetudo videtur mihi exorbitans et irrationabilis maxime
exiſtentibus filijs. Multos etiam alios caſus in quibus eſt melior
conditio mulierum quã virorum. Ponit Spec.in titu.de procu-
ratore.§.j.ver.eo.contra quoque. Sed ſuppoſita tali conſuetudine.
Pone q vir volens de ſua pecunia domum vel agrum emere pe-
pigit ſeu conuenit cum vxore q ipſa nil peteret in illa re per virũ
acquirenda virtute illius conſuetudinis et vxor facit ſibi hoc pactũ
renunciando omni iuri pretextu dicte conſuetudinis, aut alias in
dicta re acquirenda per virum competituro. An valeat talis renũ
ciatio. Domini de rota in deciſione.cccxcij. que incipit, cõſuetudo
eſt in antiquis argumentis pro, et contra.tandem tenẽt q valeat
fundamentum principale ipſorum eſt: quia per hoc vxor non efficit
pauperior: licet vir efficiatur ditior, argumentum.ff.de donatio. in-
ter virum et vxorẽ.ſi ſponſ.§.ſi maritus.et.§.ſi quis rogatus.et l. ſed
et ſi vir.§.quod vir vxori.et.§.quod legatarius, ve ibi plenius
per eos.

Summarium.

1 Succeſſionis quintus et vltimus gradus eſt fiſci, qui tamẽ ex-
cluditur ab omnibus ſuperioribus.
2 Eccleſia de cuius corpore erat defunctus an excludat fiſcũ in alijs
bonis quam queſitis ex dicta eccleſia.
Quid de collegio.
3 Quid de epiſcopo in bonis peregrinis q nota ad queſtionem de
facto. Quid in bonis religioſorum.
4 Fiſcum quis dicatur habere.
5 An omnia que de ſucceſſionibus dicta ſunt habeãt locũ in ijs qui
catholicam fidem non profitentur.
Operi iam abſoluto addidimus de ſucceſſione clericorum tam
regularium quam ſecularium. et quando et quomodo veniãt ad ſuc
ceſſionem aliorũ.et quomodo ſuccedatur eis.de quibus in fine opu
ſculi breuiter loquemur.

Quinta pars Tractatus.

Superest vltima pars ſiue
1 vltimus ſucceſſionis † gradus.ſ.fiſci. Vocatur enim
fiſcus ad ſucceſſionem defuncti inteſtati, ſi ipſe de-
functus non reliquit aliquem aſcendentem deſcẽ
dentem et tranſuerſalem alias ſucceſſibilem vel etiã
coniugem. Pro hoc text.in.l.j.et in.l.vacantia.C.de bo.vacan.lib.
x. Et idem ſi reliquiſſet aliquem ex predictis qui non poſſet ſucce-
dere, puta filium ſpurium ſm ea que dicta ſunt in prima parte prin
cipali in tertia et quarta ſpecie filiorum vel forte vnum qui erat fra
ter minor qui incapax eſt, vt nota.in clementina, exiui de paradi-
ſo.de verbo.ſigni.in auc.ingreſſi.C.de ſacroſanc.eccle. vel vnum ex
tranſuerſalibus forte vltra decimum gradum certe fiſcus ſuccede-
ret, alias perſone predicte fiſcum excluderent. Item excludit fiſcũ
collegium in quo defunctus erat.l.j.et per totum.C.de heredi.de-
cu. Item

2 curiol. Item excludit † fiſcum eccleſia de cuius corpore clericus erat not. in. c. j. z. ij. de ſucceſ. ab inteſta. z. xij. q. vlti. c. ij. Intellige de bonis prouenientibus aliunde quã ab eccleſia: qꝛ in illis nõ erat dubiũ qḋ remanebant eccleſie vel ſucceſſori, vt not. in. c. cũ ex officij z in. c. quia nos. de teſtamen. in. c. preſenti. de offi. ordi. lib. vj. z xij. qḋ. vlti. per totum. Ratio eſt qꝛ in vita nõ ſunt dñi ipſarũ rerum ſed vſufructuarij, ſeu vſuarij not. in. c. j. z. ij. de pecu. cleri. z in. c. ij. de dol. Item etiam intellige que dicta ſunt de clericis ſecularibꝰ. nam regulares eo ipſo qꝛ intrant religionẽ applicant ſe z ſua illi religioni, adeo qḋ amplius de ipſis bonis diſponere non poſſunt: z ab eis excluditur non ſolũ fiſcus, ſed oẽs deſcẽdẽtes, aſcẽdentes z tranſuerſales. Intellige tamen ſecundũ not. in auẽ. ingreſſi. z auẽ. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccle. z in. c. in preſentia. de proba. z in. c. qꝛ ingredientibus. de teſtamẽtis. Excludit tamẽ ipſa eccleſia a perſonis z rebus enumeratis in. l. ſi quis preſbyter. C. de epiſ. z cleri. ſcꝫ a iure curie ſi erat curialis, a iure dñi ſi erat aſcriptitius a iure patroni ſi erat libertus.

3 Item † excluditur fiſcus in caſu authẽtice oẽs peregrini. C. communia de ſucceſ. ibi eñ dicit qꝛ ſi peregrinus deceſſerit in peregrinatione, bona veniũt ad epiſcopũ qui diſtribuit in piam cãm nõ exiſtentibus venientibus ab inteſtato: z hoc vidi de facto anno elapſo in ciuitate Peruſina. Nam cũ deceſſiſſet quidaꝫ Alamanus ſtudens ibi, fiſcus pape volebat capere bona illius tanqꝫ vacãtia: epiſcopus Peruſinus ſe oppoſuit z obtinuit per dictã auẽ. licet poſtea apparuerit de veris heredibus per ipſum inſtitutis, pro quibus fuit lata tandem ſnĩa in rota. Et qḋ dictũ eſt fiſcũ ſuccedere. Intellige de apoſtolico vel imperiali. Populi enim z ciuitates nõ habent proprie fiſcum vt not. per glo. in rub. C. de iure fiſci lib. x. Et per glo. in c. qꝛ diuerſitatẽ de conceſ. preben. qḋ procedit, niſi ciuitates ipſe et populi aut alij domini terrarũ z locorũ haberent iura fiſci ex priuilegio, cõſuetudine ſeu preſcriptione. not. in. c. j. que ſint regalia col. x. in. l. hoc iure. §. ductus aque. de a qua quo. z eſt. in. c. ſuper quibuſdam. de verb. ſig. vel etiam de facto. not. in. l. hoſtes. ff. de captiuis. Et dictum fuit. ſ. in prima parte principali in vltima ſpecie filiorũ.

4 † tunc enim ipſa ciuitas vel populus aut dñs eſt ſibi fiſcus, z poſſet etiam camere ſue bona delinquentium cõfiſcare. z vide ad predicta Bar. in. d. l. j. C. de bo. vaca. lib. x. Quid aũt ſi cõcurrebat curia principis ſecularis que accepit bona ipſius defuncti pretendens fiſcum debere ſuccedere deficientibus ceteris. Curia aũt eccleſiaſtica pretẽdebat illum fuiſſe clericũ z in poſſeſſione clericatus. Unde vendicabat illa bona dicens ad curiam eccleſiaſticam pertinere debere. Certe preſuppoſito qꝛ eſſet clericus ille defunctus. quia eccleſia hꝫ fiſcũ. xvj. q. iiij. quiſquis. z. c. ſi quis deinceps. z. c. qꝛ diuerſitatem. de conceſſio. preben. in glo. antepe. z in cle. paſtoralis. in ſi. de re iu. ꝑ Ant. de but. arg. xij. q. ij. aurum. ſicut etiam hec ſonant. xij. q. j. eccleſia. Et hoc tenuerunt do. de Rota deci. cccclvj. que incipit. mortuo Titio, in antiquis dicunt tamen nõ ſufficere probare illum defunctũ fuiſſe in poſſeſſione clericatus. Sed oportere probare plene clericatum z titulũ ſi per curiam ſecularem negetur clericus. Et per hec ſit expedita vltima pars principalis, z ſic vltimus ſucceſſionis gradus

5 Ea † aũt omnia que de ſucceſſionibus ſcripta ſunt. in his locũ obtinent, qui catholicam fidem profitentur. De his vero qui foris ſunt, vt ſunt iudei, ſaraceni, apoſtate z heretici: nõ expedit nobis tractare. argu. l. cunctos populos. C. de ſum. tri. ij. q. j. multi. xxv. diſt. qui ſincere. z in auẽ. de here. ab inteſta. §. hec aũt omnia. col. ix. qñ autẽ occurreret de facto potes videre not. in auẽ. vt cum de appel. cogn. §. ſi quis de preſcriptis parentibus ortodoxis vſqꝫ ad. §. hec autem diſpoſuimus. col. viij. Et que dicta fuerunt alias in repe. c. ſi pater. de teſta. lib. vj. ſuper Rubrica.

FINIS.

Hanc ſummulam ſiue Tractatum de ſucceſſionibus ab inteſtato quã breuiſſime potui edidi, Ego Nicolaus de Vbaldis de Peruſio Utriuſqꝫ Juris Doctor, Et ſacri palatij apoſtolici cauſarum Auditor ſub Anno domini M. cccclxxj. die penultima Septembris Regnãte Sixto iiij. Põtifice maximo Pontificatus ſui Anno primo, ſubmittens opus ipſum correctioni. S. R. D. Et cuiuſcunqꝫ alterius melius ſentientis.

f f

Tractatus de ſucceſſionibus ab inteſtato Clericorum Regularium et Secularium D. Nicolai de Ubaldis Peruſini.

Prohemium.

Opus iam diu abſolutum et emiſſum interdum nō inconueniē iuxta Hieronymi ſniam in libro Joſue quodā poſtliminio repetere. preſertim cum ea emergunt que antea fuerant nō neglecta: ſed nō ſine ratione preterita. Ego enim quāto potui cōpendio. Superiori anno ſucceſſiones ab inteſtato texere conatus ſum. ita ꝙ breui ſtudio rei ipſius de qua agebatur veritas poſſet excerpi et faſtidienti ſtomacho nō legeret̃. Quo ad clericos aūt attinet ſic ſuccincte pſtrinxi: vt inueſtigandi potius quam decidendi aperta videatur. Nunc igitur Reuerēdiſſime pater cui noſtrū deſudat ingenium, hortatu pluriū Utriuſqꝫ Juriſconſultorū et quidē autoritate et doctrina excellentium in quorū manibus opuſculū ipſum verſatum eſt. Cogor qḋ negare nō potui priſtino labori noſtro, Succeſſionē ipſam clericorū et quid in ea ſentiam actiue et paſſiue pro poſſe diffuſius explicare. Quam: uis et materia ipſa de qua agitur inter doctores noſtros inuoluta ſit ſatis dubia. Ac in tēpore iſto dato ad cauſarum diſcuſſionē nihil ocij debili ingenio noſtro ſuperſit. In templo tamē dei offert vnuſquiſqꝫ qḋ poteſt. Alij aurū et argentum et lapides precioſos. Alij biſſum et purpuram et coccum offerūt et hiacintum. Nobiſcum bene agitur ſi obtulerimus pelles et caprarum pilos dicebat Hieronymus in libro Regum. Et anteꝗ̃ ad ſucceſſionē ipſam deſcēdam premittā repertorium quoddā quo ſine labore et mēbra principalia et queſtiones ꝗ̃ ex his inſurgunt poſſint reperiri. Quod eſt huiuſmodi.

Duo ſunt genera clericorum

Alij ſunt regulares. Alij ſeculares. Primum genus clericorum regularium habet duas partes.

Summarium.

Prima pars eſt regularium mendicantium.

1 Prima queſtio. Qui dicantur clerici regulares mendicantes. An fratres ſeruorum cōputentur inter mendicantes.
2 Secunda queſtio. An inter mēdicantes ſit aliqua differētia quo ad effectum ſucceſſionis.
3 Fratres minores ſunt omnino incapaces quo ad ſucceſſionem. An ſi frater minor aſſumatur ad aliquam dignitatē ſecularem vel transferatur ad aliud monaſteriū efficiatur capax ſucceſſionis.
4 An regularis aſſumptus ad dignitatē eccleſiaſticam ſecularē liberetur a regula quam antea eſt profeſſus.
5 An fratres minores poſſint fieri capaces ſucceſſionis ex priuilegio apoſtolico.
6 Tertia queſtio. An fratres predicatores ſint capaces ſucceſſionum. Modus profitendi fratrum predicatorum.
7 Quarta queſtio. An heremitani et carmelite hodie poſſint ſuccedere.

Additio.

Itur ad rem ipſam manū mittentes conſiderabimus duo genera clericorum quo ad effectum ſucceſſionis actiue et paſſiue.
Primum genus erit clericorum regularium.
Secundum genus erit clericorum ſecularium.
Item primum genus diuiditur in duas partes.
Prima pars erit de regularibus mendicantibus.
Secunda de regularibus non mendicantibus.
Et primo videbimus quomodo ipſi ſuccedant alijs.
Deinde quomodo ipſis ſuccedatur per alios.

Irca primam partē anteꝗ̃ de eorum ſucceſſione tractatur.
1 Quero † qui dicantur clerici regulares mēdicantes. Dic, quod ſunt illi quibus ad cōgruam ſuſtentationē redditus aut poſſeſſiones habere profeſſio ſiue regula quelibet interdicunt: ſed per queſtū tribuere victum ſolet incerta mendicitas. Verba ſunt Gregorij in. c. vnico de religio. domibus. lib. vj. Et iſti ſunt fratres predicatores. Minores. Heremitani et Carmelite. Licet de Carmelitis dubitauerit Lap. allegatione ſua. xlv. Quid autem de fratribus ſeruorū ſancte Marie. Clericus piſanus dicebat eos etiam inter mendicantes connumerari. qḋ non placet Jo. an. in. d. c. vnico. Qui dicit ita fuiſſe declaratum per Benedictum. xi. Pontificatus ſui anno primo. et conſtitiſſe ſibi de dicta declaratione. Et merito ſic debuit declarari: q2 nec regula, nec cōſtitutiones artāt eos ad mendicandum, licet aliquando mendicent. Et hoc idem ſequitur Gaſpar de Calderinis in conſilio ſuo. xvij. quod incipit. an ordo.

2 Secundo quero an † inter iſtos mendicantes ſit aliqua differentia quo ad ſucceſſionis effectum. Dicendum eſt quod ſic. Nam fratres minores quorum Regula, ordo. Conſtitutio et profeſſio ſunt fundata in artiſſima paupertate. vt in. c. exit qui ſeminat. §. ad hec q2. de verbo. ſigni. li. vj. et in cle. exiui de paradiſo. §. q2 ergo in ſucceſſionibus. et §. cūqꝫ annui redditus eo. ti. ſucceſſionū ſunt penitus incapaces. ita probant illi textus. Eo enī ipſo ꝙ frater minor profitet̃, renuntiat omnibus rebus mundi. et eſt magis preciſa renuntiatio que poſſit inueniri. et habetur penitus pro mortuo ſm Bald. in auẗ. ingreſſi. C. de ſac. ſan. eccle. in vltimis verbis ſuis. Subdentē ꝙ ſi per ſtatutū maſculus excluderet feminā, ſi maſculus eſſet effectus frater minor, nō excluderet feminā a ſucceſſione: q2 ſublatus eſt de medio. l. etiā. §. ſi capitis. ff. de bo. lib. Quā tenuit etiā Ang. de peru. in auẗ. de ec. tit. §. ſi quis aūt. col. ix. referēdo Jac. de are. in. l. deo nobis. C. de epiſ. et cle. dicat ꝙ frater minor nō excludit̃ ab hereditate tanꝗ̃ incapax, ſed
3 admittitur † et deferẗ eccleſie Romane: qḋ eſt falſum: vt. ḋ. et no. in d. l. deo nobis. et per Bar. in tractatu ſuo minoricarū. Sed nūquid hec incapacitas ſuccedēdi habeat locū ſi frater minor promoueatur ad epatum. archiepatum vel alias dignitates ad quas de iure promoueri pōt. vt not. in cle. ſi. de elec. in. c. quorūdam eod. ti. lib. vj. et in d. c. exiit. de verb. ſig. Certe cōcludendū eſt qḋ talis dignitas non facit eum capacē: q2 nō liberat a ſubſtātialibus regule. vt voluit gloſſ. in. d. c. quorūdam in verbo mēdicantium. Sed bona que ipſi fratri minori iam aſſumpto obuenirēt, remanerēt apud eccleſiam ad quā eſt aſſumptus. Et idē ſi eſſet trāſlatus ad monaſteriū capax ad habendum ꝓpriū vt eſt monaſteriū monachorū et canonicorū regularium. de quibus in. c. cū ad monaſteriū. et. c. qḋ dei timorē. de ſta. reg. vt monaſterium ſuccedat: adeo ꝙ ſi ante aſſumptionē vel tranſlationem predictas fuiſſet ſibi delata hereditas quā nō adiuit, poſſet ho
4 die eccleſia vel monaſteriū adire, † dūmodo res ſit integra, hoc eſt qḋ nō fuerit agnita per cōſanguineos ſequētes in gradu. Ita cōcludit Bar. in auẗ. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccle. Bal. in. l. deo nobis. C. de epiſ. et cle. et Fed. de ſen. in ꝯſ. ſuo. xxvij. Item dicta aſſumptio nō liberat a cōtinentia vel voto paupertatis. Ad hoc glo. xvi. q. i. c. iij. nec ab habitu ſue profeſſionis. xvi. q. ſi. c. nouaactione. et ibi gl. que tñ ſubdit qḋ dꝫ deſuper deferre habitū in quo magis conueniat eccleſie ſue. Et hec probātur in. c. pe. de vi. et ho. cle. Nec ei concedat̃ eſus carnium, qñ pōt ſine ſcandalo abſtinere ſꝫ Archi. de cōſe. diſt. iij. carnem. licet gl. ibi ſe nō firmet. et etiā tenet̃ ſeruare ieiunia ſi pōt ſine ſcādalo: vt per Jmo. et d. Nic. in. d. c. pe. Et qḋ dictū eſt de fratre minore aſſumpto ad epatum vel archiepatum, Idem intelligas ſi aſſumat̃ ad Cardinalatum. ſm Bal. in auẗ. ſniam. C. de epiſ. et cleri. Bene fateor ꝙ talis aſſumptus ad tātas dignitates liberat̃ a quibuſdam accidētalibus regule. De quibus ꝑ glo. in. c. vnico. xviij. q. j. et etiā ab obedientia prelati ſue religionis. vt not. in. d. c. pe. et in d. c. iij. xvi. q. i. Et hec oīa que in iſta ſcḋa queſtione dicta ſunt proce-
5 dunt de iure cōi. Si tñ efficerent̃ capaces † ex priuilegio apoſtolico, cuius tenor et verba ſunt attendenda de priuilegijs porro. et c. recepimus. ſm eorū tenorē eſſet iudicandū. c. cū et plantare. et c. petiſſis. de priuile. de fide inſtru. accepimus. et in auẗ. de man. prin. §. ſi quis aūt. Hoc dico q2 nō ſit mihi veriſimile vt ſanctā viuendi regulā per glorioſum illum confeſſorem diuino afflatu ſpiritu plantatum. In quo certe verificatum eſt illud apoſtoli apud Galatas vltimo capi. Ego enim ſtigmata domini Jeſu in corpore meo porto. declaratā et confirmatam ſucceſſiue per plures Romanos pontifices. ita de leui et quodammodo ſimplici verbo alteratam argu. l. ſi quando. C. de inoffi. teſtamen. cum concordantijs. Unde preſumerem ſi quod priuilegium emanaſſet id ex importunitate fratrum obtentum. Multa enim Romani pontifices non concedenda per importunitatem petentium conceſſerunt. vt de pur. can. cū in iuuentute. de religio. domi. c. vnico. lib. vj. de conceſſio. preben. deteſtanda. de reſcriptis. c. fina. lib. vj. C. de bo. pe. ſubla. l. prima lib. x. Maxime religioſorum, quorum effrenata ambitio oculos mentis vltra omnes alios excecat. de electio. c. quorundam. libro. vj. et, in clemen. dudū. de ſepulturis.

6 Tertio quero † quid de fratribus predicatorib9 nūquid ipſi poſſint ſuccedere. Et anteꝗ̃ vlterius progrediar premitto modū profitendi qui eſt talis. Ego enim facio profeſſionem et promitto obedientiā deo et beate Marie et beato dominico et tibi. P. magiſtro fratrum predicatorum et ſucceſſoribus tuis ſecundum regulam beati Auguſtini. et inſtitutiones fratrum

tiones fratrum predicatorum, quod ego obediens tibi tuiſq; ſucceſſoribus vſq; ad mortem. ſecundū ergo regulam iudicarem⁹ de eis tanq̄ de non mendicantibus: quia regula beati Auguſtini habet proprium in cōmuni. xij. q. j. nō dicatis. vt. ſ. latius videbit. Tamen q2 ſcōm cōſtitutiones iuratas ꝛ ab apl'ica ſede cōfirmatas ſunt mendicantes. vt. d. c. vnico de relig. do. aliter eſt dicendū. Nā Spec. in titu. de ſtatu mona. §. j. verſi. iij. ꝛ verſi. iiij. tenet q̄ ipſi poſſint ſuccedere nō vt bona ꝛ hereditates retineant ſed vt vendant. ꝛ ita trāſeunt cōmuniter ſcribentes in. d. c. vnico. de relig. do. Hoſti. in. c. in preſentia. de proba. ꝛ Fede. de ſenis in conſilio ſuo. xij. quod incipit fratres predicatores. in titu. de ſtatu monaſterior2 qō ſūt incapaces nedum ad retinendū, ſed etiam ad acquirendum, ſubdens ipſe Fede. quod ſi ſiat eis relictum annuum ad longum tempus, nō valebit: quia per indirectum videtur ſublata incerta mendicitas. Et idem in effectu prout eos tenet Bal. in auf. ſi qua mulier. C. de ſac. ſanctis eccle. in. iij. col. dicens videri ſibi hec acquirere ꝛ mendicare, implicare contradictionem. ſubdit tamen ſeruandam eſſe conſuetudinem que haberet quod ipſi poſſint acquirere non vt retineant ſed vt vendant.

7 **Quarto et vltimo quero** †quid de fratribus heremitanis De his non eſt aliqua heſitatio: quoniam licet ipſi ſint mendicantes, tamen ex priuilegio Alexandri. iiij. cuius copiam memini me alias vidiſſe, poſſunt nedum acquirere. ſed etiam retinere quecūq; bona mobilia vel immobilia que potuiſſent acquirere ꝛ retinere ſi remanſiſſent in ſeculo: exceptis bonis feudalibus. ꝛ hoc intellige in communi vt. ſ. ſed in particulari non poſſunt. et ſi qua eſt conſuetudo in contrarium, eſt corruptela, que per prelatum tolerari non poteſt ſine periculo anime. de hoc per Gaſp. de cal. in conſilio. j. qō incipit. An ſit licitum in titulo. de regulis. Simile priuilegium credo q̄ habeant carmelite licet non viderim, alioquin iudicarem de eis vt dictum eſt de aliis mendicantibus ſm ius commune.

Summarium.

Secunda pars clericorū regularium non mendicantium.

1 Qui ſint regulares non mendicantes.
Regulares nō mendicantes ſunt capaces ſucceſſionū ꝛ poſſunt habere proprium in communi.

2 Prima fallentia. In bonis feudalibus ꝛ aliis que dantur tantū ratione ſanguinis nō ſuccedunt religioſi ꝛ ibi de beato Ludouico. Quid in emphyteuſi.

3 Secūda fallentia. Monachi Ciſtercienſes licet poſſint acquirere tamen certa bona non poſſunt poſſidere.

4 Prima queſtio. An monaſteriū poſſit inuito vel ignorāte monacho hereditatē ſibi delatam acquirere.

5 An monacho mortuo ante aditam hereditatē tranſmittatur hereditas ipſa ad monaſterium.

6 Secunda queſtio. An conuerſi ſuccedant ab inteſtato cōſanguineis ſuis.

7 Tertia queſtio. An heremite ſuccedant ab inteſtato.

8 Quarta queſtio. An moniales ſuccedant ab inteſtato.
Quid de monialibus profitentibus regulā mēdicantiū habētibus priuilegium vt poſſint habere proprium.

9 Sequitur videre quomodo ſuccedat regularibus.
Quid de mendicantibus.

10 Quomodo ſuccedatur regularibus nō mendicantibus.
Prima cōcluſio. Decedēti in monaſterio ante profeſſionē regulariter ſuccedūt cōſanguinei. ponuntur quinq; limitationes.

11 Secūda cōcluſio. Decedēti in monaſterio facta iam profeſſione ſuccedit monaſterium ſola legitima filiis relicta.
Prima queſtio. An filij ſtatim facta pfeſſione per patrē poſſint petere legitimā non expectata eius morte naturali.

12 Secūda qō. An filij ſpurij vel naturales habeāt legitimā in bonis patris profeſſi ꝛ qd de alimentis. ꝛ quid in matre profeſſa.

13 Tertia cōcluſio. Decedēti in monaſterio poſt profeſſionem ſine filiis ſuccedat monaſterium in vniuerſo.

14 Prima queſtio. An reſeruetur parentibus profeſſi decedentis in monaſterio legitima.

15 Secūda qō. Quis ſuccedat monacho recedēti de monaſterio. Conſiderant tres caſus. Primus qñ efficiē vagabūdus ꝛ apoſtata. Secundus. Qñ transfertur de vno monaſterio ad aliud legitime. Tertius qñ aſſumit ad prelaturas vel eccleſias curatas legitime.

1 **Secunda pars fuit de clericis regularibus nō mēdicantibus,** † ve ſunt regulariter oēs monachi ꝛ oēs canonici regulares. ꝛ iſti q̄tumcūq; nō poſſint habere propriū, hoc eſt bona in particulari, vtpote cōtra vnū de ſubſtantialibus regule in quo papa nō diſpenſat: prout not. in. c. cū ad monaſterium. ꝛ. c. quod dei timorē. ꝛ. c. ſuper quedam de ſtatu regul. Tū poſſunt habere bona in cōmuni iuxta illud beati Auguſtini. Non dicatis aliquid proprium, ſed ſint vobis omnia communia, ꝛ diſtribuatē vnicuiq; veſtrū victus ꝛ tegimentū ꝛc. xij. q. j. nō dicatis. de ſac. ſan. ec. auē. ingreſſi. ꝛ auē. ſiq̄ mulier. de priui. cū olim. c. ij. de pba. in preſentia. de reſcrip. audi. ꝛ. c. q2 iudicante. Et in iſtis bonis dicti monachi ꝛ canonici regulares ſeu eorū monachi ſuccedūt ſicut ſucceſſiſſent ſi nō reliquiſſent ſeculū. xix. q. ij. in ſi. C. de epiſ. ꝛ cle. l. deo nobis. ver. ſi vero vltimā not. gl. xx. q. iij. preſens clericus. xij. q. j. clerici in auē. de ſanc. epiſ. §. nullā vero in auē. de monachis in princi.

2 ꝛ per Ange. de peruſio in conſilio ſuo. xxxi. † Quod licet regulariter ſit verum tamen fallit in bonis feudalibus in quibus religioſi non ſuccedunt. Tex. eſt in. c. ſi clericus ſi de feu. fue. contro. in vſib. feudo. ꝛ ibi per Bal. Et idem dicēdum eſt de aliis bonis que de natura ſui non poſſunt pertinere niſi ad heredes ſanguinis vt Regnum Ducatus ꝛ ſimilia. In iſtis enim nō ſuccedit monaſterium, ſed generi remanent. Ita Spec. in titu. de ſtatu mona. §. j. verſic. xi. dicit de facto ſeruari ſi eſto qō Alanus contrarium dixerit de iure, et hec obſeruantia fuit in beato Ludouico. Ad hoc glo. xxvij. q. ij. ſcripſit nobis tebergaſ fuit tamen ibi alia ratio: quia erat de ordine minorum. cuius monaſterium eſt incapax vt ſupra. Sed ſi extraneus ſanguinis teneri poſſent tunc monaſterium ſuccederet. de quo per Cyn. in. d. authen. ingreſſi. ꝛ per Ioan. and. ꝛ alios in dicto. c. in preſentia. de probationibus. vbi ponunt quid ſi monachus ante ingreſſum fuerit ſtipulatus rem emphyteuticam pro ſe ꝛ filiis, nūquid poſt profeſſionē reuertatur ad dominum. vel remaneat apud monaſterium. Spe. in tit. de loca. §. nunc aliqua. verſi. cxvi. videtur velle q̄ nō remaneat apud monaſteriū, maxime cū hodie apponātur pacta vt nō transferat in potentiorē ſeu cām duriorē. ꝛ p Bart. in dicta auē. ingreſſi.

3 **Secundo fallit in monachis** † ciſtercienſibus qui nō pūt poſſidere villas, fidelitates differētias iuſtitiarios, tributarios, eccleſias ꝛ altaria. Sed ſi ea acquiſiuerint. debent vendere, vel cum aliis bonis cōmutare. Aut ſi non poſſunt aliter alienare, faciant ex eis eleemoſynam aut abiiciant. de ſtatu monacho. recolentes. ꝛ ibi per glo. ꝛ docto. Sed circa hanc ſecundā partē quero primo, defertur hereditas monacho ſeu canonico regulari.

4 † Nunquid monaſteriū poſſit eo inuito vel ignorante adire? Opiniones fuerunt diuerſe. Specu. in titu. de ſtatu mona. §. j. verſi. viij. Io. and. ꝛ alioſi in. c. in preſentia de proba. Bal. in. l. j. C. qui admit. ꝛ in. l. cum proponas. C. de hered. inſti. ꝛ in. l. ex repudiatione. C. de fideicōmiſ. ꝛ in. l. deo nobis. C. de epiſ. ꝛ cle. Bart. Ang. ꝛ Imo. in. l. j. ff. de vulg. ꝛ pupil. Cōmunior ſententia eſt quod monaſteriū poſ-

5 ſit adire inſcio ꝛ inuito monacho. † Immo ꝛ ſi delata eſt hereditas ſuorum aſcendentium monacho ꝛ ea non adita nec repudiata moreretur tranſmitteret eam ad monaſterium ex beneficio. l. vnice. C. de his qui ante apertas tabu. quia monaſterium quo ad hoc loco filij habetur. Et idem, quod eſt fortius. dicendum eſt in hereditate extraneorum ſecundum ipſum Imo. in dicta. l. j. ꝛ domi. Nico. in. d. capitu. in preſentia.

6 **Secundo quero** † quid de conuerſis an ipſi ſuccedant ab inteſtato. dic quod ſi ipſi non renuntiant ſeculo, nec profitentur aliquā religionē, ſuccedūt eorum conſanguineis, perinde ac ſi non eſſent oblati. Si vero renūtient ſeculo ꝛ profiteantur aliquam religionem approbatam: et tūc ſi monaſteria ſunt capacia, ipſa monaſteria ſuccedent prout ſupra proxime dictum eſt. Si non ſunt capacia tunc ſecus. Hec colligunē ex notatis per glo. ꝛ docto. in. c. vt lex continentie. xxvij. q. j. p Bal. in. l. generaliter. C. de ſacroſanctis eccle. ꝛ in authen. ingreſſi. C. eo. ꝛ per Imo. in. c. ij. de teſta.

7 Tertio quero † quid de heremitis? dic idem quod proxime dictum eſt, vt poſſint ſuccedere ſicut meri laici ſi non profiteantur aliquam regulam approbatam. faciunt not. xix. q. iij. §. eo. ſ. ꝛ de fide

8 inſtru. cum Ioannes. † Quarto quid de monialibus? dic quod aut ipſe profitentur regulam ſancti Benedicti, vel ſancti Auguſtini, vel aliam regulam que poteſt habere proprium. Et dicendū eſt in ipſis habere locum omnia que dicta ſunt ſupra in religioſis maſculis. Ad hoc faciunt not. in. c. vnico. de religio. domi. in cle. vt profeſſores de regula. in. c. generali. de ele. lib. vj. Aut profitentur regulam mendicantium quas vulgus appellat ſorores, licet iſta vocabula ſint ſynonyma vt not. Ioan. and. in. c. cauſam. de elect. Et in hoc eſt maius dubium. Nam Guiliel. de monte lau. in dicta clemen. vt profeſſores dicebat quod omnes ordines mulierū ſunt in ſtatu nō mendicantium. ꝛ ita refert ꝛ ſequitur ibi domi. Flo. in. viij. q. Lap. Abb. dicit quod ſorores predicatorum ꝛ minorum ſunt mendicantes ꝛ per hoc allegat bonum tex. in. c. periculoſo. §. ſane. de ſtatu regul. Et licet habeant priuilegium vt poſſint habere proprium. qō dicit ſe vidiſſe ꝛ legiſſe. tamen per illud priuilegium non tolluntur alia que requiruntur in ordine mendicantium. Et propterea ſorores predicatorū ꝛ ſancte Clare comprehenderentur ſub. c. nō ſolū.

de regula.lib.vi. Et ita dicit ſe de facto conſuluiſſe qđ ⁊ videtur ſentire Jo.and.in.d.cle.vt profeſſores.de quo per Lap. de caſtil. alle. ſua.iiij. Quicquid ſit quo ad caſum noſtrũ ſiue profiteantur regulã non mendicantium ſiue regulam mendicantium ex quo habẽt priuilegium vt poſſint habere poſſeſſiones ⁊ alia bona in cõmuni, vẽdicant ſibi locũ que dicta ſunt de viris religioſis nõ mẽdicantibus per rationẽ.d.c.periculoſo.in prin.ne ſcʒ occaſione queſtus habeãt vagari, que vagatio iura abhorruerũt, non ſolũ in mulieribus religioſis vt ibi, ſed etiam in mulieribus ſecularibus, vt in.c. mulieres de iudi.lib.vi.

9 **Reſtat iam videre quomodo** † clericis regularibus mendicantibus ſuccedatur, ⁊ in fratribus minoribus non eſt difficultas aliqua: quia eis ſuccedit per cõſanguineos, per quos ſuccederet ſi nunq̃ intraſſet religionẽ, vt.d.c.exit. ⁊ per doc.in auẽ. ingreſſi.C.de ſac.ſanc.eccle. ⁊ hoc eſt clarũ hodie cũ per extrauagantem Jo.xxij.que incipit, ad conditorẽ.ipſe Jo.renuntiauerit ordinationi.per quã Nicolaus predeceſſor ſuus reſeruauerat ſibi in bonis oblatis, vel qualitercũq; obuenientibus ipſis fratribus minoribus, prout refert Gaſ.de cal.in.c.in preſentia.de probatio. Jntellige ipſos cõſanguineos ſuccedere ſtatim facta profeſſione nõ expectata aliter morte naturali.per not.in.c.beneficiũ de regula.lib.vj. Jn fratribus vero predicatoribus, tenendo q̃ ipſi poſſint capere ⁊ vendere vt ſupra, applicabunt monaſterio ea que ipſi acquirerent, non aũt ad conſanguineos venientes ab inteſtato deuolueret. Ad hoc conſilium Caſp.de cal.in tit.de teſta.qđ incipit, bona ingreſſi, tamẽ ipſum monaſteriũ ad dicta bona cõſequẽda nõ haberet actionem, nec poſſet vẽdicare.ſed bñ poſſet implorare offm̃ iudicis, ſm ipſum Gaſp.qm ita dicit ſe obtinuiſſe in iudicio. Jdẽ dicendum eſt de iure cõmuni de alijs mẽdicantibus, q non poſſent retinere. Sed ſi ex priuilegio poſſent acquirere ⁊ poſſidere vt.ſ̃.tactũ fuit: tũc ſuccederet monaſterium ſicut religioſis non mendicantibus: quia eadem eſt ratio, ergo idem ius.ff.ſolu.matri.l.ſi ſocer.de dam.infecto l.hoc amplius.

10 **Supereſt nunc circa** † hoc primũ genus clericorum regulariũ nõ mẽdicantium videre quo eis ſuccedat, ⁊ in hoc articulo procedã per cõcluſiones. Prima ſit qđ monacho nondũ profeſſo tacite vel expreſſe decedenti in monaſterio ab inteſtato ſuccedunt cõſanguinei venientes ab inteſtato, non aũt monaſteriũ. Probat hoc ex.c.cum ſimus.de regula. ⁊ c.beneficiũ.eod.titu.lib.vj. ⁊ not. Bald. in dicta auẽ.ingreſſi. Et hoc procedit nõ ſolũ ſi ſimpliciter fuiſſet ingreſſus, ſeu ſi ſe obtuliſſet non facta mentione de bonis, ſed etiam ſi ſe obtuliſſet cũ bonis, vel ſe ⁊ bona prout hic tenet Petrus de peruſio per.c.in preſentia.de pbat. qꝛ videt ſub quadã tacita cõditione obtuliſſe ſi ſequat profeſſio. alꝰ ſi longe ante bona obtuliſſet nõ recuperaret: qꝛ in dubio videt obtuliſſe, nõ cõtemplatione ingreſſus ſm ipſum Pet. ⁊ hec ſit prima limitatio ad ſuperius dicta. Secũda limitatio eſt niſi cõſtitiſſet q̃ talis ingrediẽs voluiſſet mutare vitam vt.d.c.beneficium. Tertio limitatem niſi obtuliſſet expreſſe bona ipſi monaſterio tpe ingreſſio. declarãdo velle eſſe apud monaſteriũ etiã ſi ingrederetur. ſecus ſi intendebat q̃ cõſecutiue veniret prout eſt veriſimile vt.ſ̃.ad hoc qđ no.in.d.auẽ.ingreſſi. ⁊ in.d.c.cũ ſimus. Quarto limitarem niſi ipſe fuiſſet intruſus coacte ꝑpter delictum de quo per Spe. in tit.de ſta.mona.§.j.ver.ad premiſſorũ. Quinto videt poſſe limitari vt licet monaſteriũ non lucret totũ qđ ſpectabat ad ipſum ingredientẽ nondũ profeſſum, tñ videt q̃ ſaltẽ tantũ debeat habere q̃tum erogauit ꝑ alimẽtis ipſius nouicij donec fuit in monaſterio: vt q ſentit onus, ſentiat cõmodũ.xvi.q.vj. de laſſis. ff.de reg.iur. ſm materiã ⁊ in regula q ſentit de reg. iur.lib.vj. ⁊ hãc opinionẽ tenuit Pet.de ancha.in.d.c.bñficiũ. licet ipſe loquat nõ de nouicio mortuo in monaſterio, ſed de exeunte. Cõmunis tñ ſententia eſt in.d.c.bñficium. qđ monaſteriũ nihil capiat.

11 **Secunda concluſio** † ſit qđ ſi decedit facta iã profeſſione tacite vel expreſſe, ita qđ cõſtet dictũ religioſum voluiſſe vitam mutare. ⁊ tunc ſi habet filios ſi aliter nõ diſponit oĩa bona remanent monaſterio ſola legitima filiõs relicta. Jſte eſt caſus in auẽ.ſi qua mulier. C.de ſacroſan.eccle.canon.xix.q.vlti.ſi qua mulier.

Quero an filij ſtatim poſt factã profeſſionẽ p patrẽ nõ expectata aliter eius morte naturali poſſint petere hãc legitimam. Caſus vẽ not. qđ ſic.in.c.cũ ſimus de reg. quẽ Bal. in.d.auẽ.ſi qua mulier. dicit eſſe ſingularẽ. licet de iure ciuili eſſet expectanda mors naturalis. prout inſerũt verba dicte auẽ. glo. ibi videt dubitare ſed Bart. ſimpliciter tranſit q̃ expectet mors naturalis. do. Nico. inclinat in opinionẽ Bar. tñ dicit voluiſſe libẽter vidiſſe integrã dictã decre. cũ ſimus. Cõmunis opinio Can.hꝫ q̃ nõ expectet mors naturalis.

12 † Secundo quero quid ſi profeſſus nõ habebat filios legitimos ſed ſpurios vel naturales tantum. Specu.in titu. de ſtatu mo. ver. iiij. tenet quod dicta auẽ. locum non habeat cum eis. alleg. Martinum hoc idem tenere. ⁊ ita ſequitur Bald.in dicta auẽ.in vlti.colũ. Ego non putarem dictum Barto. procedere ita ſimpliciter prout ipſe loquitur, ſed crederem in muliere q̃ ipſis naturalibus ⁊ ẽt ſpurijs ſi nõ ſunt ex dãnato coitu ⁊ ipſa nõ illuſtris debere legitimã per not.in.l.j.§.ſed ſi vulgo.ff.ad tertul.inſti.ad orſ.§.nouiſſime. C.ad orſ.l.ſi qua illuſtris. Jn patre vero res eſſet minus dubia: tñ oĩno crederem q̃ ſi non haberent vnde ſe alerent ex equitate.c. cũ haberet. de eo qui duxit in matrimoniũ: deberet eis reſeruari aliquid ꝑ alimentis: habita etiã cõſideratione.l.ſi quis a liberis. verſic. cõpetentes iudices.ff.de libe.agno.

13 † Tertia concluſio q̃ ſi profeſſus nõ habet filios ſuccedit monaſterium in vniuerſo excluſis agnatis et cogna. vt in.d.auẽ.ingreſſi. ⁊.d.auẽ.ſi qua mulier. ibi. Liberis non extãtibus, monaſterio quo ingrediunt res eius cõpetere iubemus.

14 † Quero quid ſi habeat parẽtes an reſeruet eis legitima ſicut filijs: videt q̃ ſic, per rationẽ.l.nam ⁊ ſi parẽtibus.ff.de inoffi.teſta. ⁊ alia iura allegata.ſ̃.in ſecũdo ſucceſſionis gradu. Spe.in tit. de ſta. mona.§.j.verſ.iiij. videt tenere q̃ ſic.in ver.aũt ad premiſſorum.q eſt in ſi.illius.§. videt cõcludere q̃ monaſteriũ ſuccedat in vniuerſo ⁊ ita tenet glo.prout Azo in.d.auẽ.ſi qua mulier. que opinio lꝫ forte procedat de iure, tamen eſt ſatis rigoroſa. Unde putarem quod ſi parentes nõ haberent aliasvnde ſe alerent, q̃ apud eos debet aliquid remanere pro alimentis ad que filius ſibi ratione naturali tenetur.ff.de libe.agno.l.ſi quis a liberis.§.parens. ⁊ in auẽ.de inceſt.

15 nup.§.ſi vero. † Secundo quero qđ ſi monachus recedit de monaſterio. Et in hoc ego cõſidero tres caſus. Primus, qñ recedit illicite vt quia illicentiatus. Secundus caſus eſt, quando transfert de vno monaſterio ad aliud. Tertius, quando aſſumitur ad aliquam prelaturam.

Circa primum caſum dico quod ſi recederet vagetur apoſtatando, non recuperat bona vt vult glo.in.c.qđ a te.de cle.coniug. immo et quicquid interim acquiſiuerit. erit ipſius monaſterij.xviij. qđ.ij.ſi Abbates. ⁊.xxvij.q.j.ſi quis rapuerit. Ubi gloſ. dicit q̃ ſi monaſterium negligat eum reuocare, id qđ poſtea acquiſiuit nõ erit ipſius monaſterij. Et idem ſi recedat vt abſq; licentia intret aliud monaſterium: qꝛ cũ non teneat ingreſſus ſecũdi monaſterij. non poterit bona recuperare. Ad hoc qđ habetur in.c.licet.de regu. ⁊ de eta. et quali.intelleximus. ⁊ ſm Jmo.in.d.c.qđ a te. Secũdus caſus eſt quãdo monachus licite transfertur de vno monaſterio ad aliud. Et tunc aut querimus de bonis queſitis ante ingreſſum primi monaſterij, vel tẽpore ipſius ingreſſus. Et tũc quicqđ aliq dicãt. videt q̃ debeant remanere apud primũ monaſteriũ: qđ videtur de mente Lap.in alleg.ſua.lxij. qđ ſine dubio procedit in bonis ipſi monaſterio collatis, nõ contemplatione ingreſſus: ſed ex alia cauſa, puta ex deuotione. Si enĩ ex cõtẽplatiõe ingreſſus, videret q̃ eo exeũte in cõſequentiã cũ propria. transferent bona iuxta nota.in.c.beneficium.de regu. faciũt que dicta ſunt ſupra in prima cõcluſione. Aut querimus de bonis queſitis poſt ingreſſum monaſterij. et anteq̃ exeat, bona remanebũt apud ipſum primũ monaſteriũ in quo ipſa acquiſiuit.xviij.q.j.ſtatutũ. qđ verũ intelligerẽ ſi dicta bona eſſent effectualiter acquiſita, vt qꝛ hereditatẽ monacho in primo monaſterio exiſtẽti delatam monaſteriũ ipſum adiuiſſet: ſecus ſi nõ adiuiſſet, qꝛ poſſet ſcđm monaſterium adire. vt.d.c.ſtatutũ. ⁊ not. in.l. deo nobis. C.de epiſ. ⁊ cle. faciũt dicta ſupra in primo genere in prima parte. verſi. ſed nunqđ hec incapacitas. Aut querimus de bonis queſitis ipſi monacho poſtq̃ tranſlatus eſt ad ſecundum monaſterium, et videt ſine dubio q̃ ipſi ſecundo monaſterio dicta bona quecantur, cũ a primo ſit abſolutus.xxi.q.j.ſi quis. ⁊.d.c.ſtatutũ. ⁊ in auẽ.de mona.§.ſi vero. Tertius caſus eſt qñ licite transfert de monaſterio ad prelaturam vel eccleſiam parochialem. Et videt in omnibus dicendũ prout dictum eſt in caſu.ſ̃.proximo. de quo vide in.d.§.ſi vero, ⁊ in.d.c.ſtatutum. ⁊ de teſtamẽtis cũ in officijs. ⁊ de offi.ordi. quanto. ⁊ de priuileg.c.j.lib.vj.

Summarium.

1 Secundum genus ſucceſſionũ eſt clericorum ſecularium ⁊ habet duo membra. primũ quomodo ſuccedant alijs. Secũdo quo eis ſuccedatur ⁊ per quos.
Et in hoc ſit preſuppoſitum.l. diuine ⁊ primitiue eccleſie.

2 Prima cõcluſio. Clerici ſuccedũt hodie in bonis aſcendẽtium deſcendentium ⁊ collateralium ſicut ſi fuiſſent laici.

3 Secunda cõcluſio. Non valet ſtatutum diſponens q̃ filius clericus vel religioſus nõ ſuccedat patri vel agnatis ſtantibus alijs filijs vel conſanguineis laicis.

4 Secundũ membrum. Quomodo ſuccedatur ipſis clericis ⁊ per quos in quo cõſiderande ſunt tres ſpecies bonorum.
Prima ſpecies eſt bonorum patrimonialium clerici vel prelati.

5 Prima cõcluſio. Filius clerici ſuccedat in bonis patris ſui ſicut ſi pater fuiſſet laicus.

6 An liceat clericis contrahere matrimoniũ ⁊ filios procreare.

An clericus

7 An clericus habens filios poſſit promoueri ad epiſcopatum et alias dignitates.
8 Secunda concluſio. Clerico decedenti ſine filijs ꝛ alijs deſcendētibus ſuccedūt aſcendētes ꝛ collaterales ſicut alijs laicis.
9 ¶ Secūda ſpecies bonorū eſt prouenientiū clericis ex fructib⁹ redditibus ꝛ obuentionibus quorūcunq; beneficiorum.
10 ¶ Prima concluſio. In bonis queſitis clerico ex fructibus dignitatum adminiſtrationum ſeparatarum vel eccleſiarum curatarum non ſuccedunt conſanguinei ſed reſeruātur ſucceſſori in beneficio.
11 ¶ Prima queſtio. Quid ſi beneficiatus iam recollectis fructibus transferatur ad aliud beneficium. An dicti fructus remaneant ſucceſſori vel ipſe tranſlatus lucretur.
12 ¶ Secunda concluſio. In bonis queſitis ex prebendis ꝛ beneficijs non habentibus adminiſtrationem ſegregatam ſuccedit eccleſia ꝛ non reſeruantur ſucceſſori.
13 ¶ Prima queſtio. Quid de fructibus prouenientibus ex prebenda diſtincta.
14 ¶ Secūda queſtio. Que ſit rō differētie inter bñficia habētia adminiſtrationem ꝛ illa que nō habent adminiſtrationem.
15 ¶ Tertia queſtio. Quid ſi prebenda diſtincta fuiſſet dotata ab epō vel ſimul ab epiſcopo ꝛ capitulo.
16 ¶ Quarta queſtio. Quid ſi vnus eſt ꝛ idem aſt archidiaconus ꝛ canonicus in eadem eccleſia.
17 ¶ Quinta queſtio. Quid de filijs qui habēt plures dignitates vel eccleſias quomodo fiet diuiſio.
18 ¶ Sexta queſtio. Quid de quotidianis diſtributionibus ꝛ ibi longa diſputatio. An clerici ſint domini vſufructuarij et vſuarij et an poſſint de his teſtari.
19 ¶ An papa poſſit clerico dare poteſtatem teſtandi de bonis queſitis intuitu eccleſie.
20 ¶ Septima queſtio. Quid ſi reperiuntur multa bona poſt mortē clerici an preſumantur queſita intuitu eccleſie vel aliunde ꝛ ibi conſiderantur tria membra.
21 ¶ Octaua queſtio. Nunquid clericus habens patrimonium poſſit ipſum reſeruare ꝛ viuere de bonis eccleſie.
22 ¶ Tertia ſpecies bonorū eſt de his que queruntur ex artificio, doctrina, officijs vel ſeruitijs: que per plures queſtiones examinabuntur ꝛ ſucceſſiue in locis ſuis ponentur.

1 Finita † tandem ſucceſſione regularium quos pro primo clericorū genere aſſumpſimus, tanq; grādi ſenore liberati. Ad ſucceſſionem clericorū ſecularium, ad rem ſcʒ magis familiarem ꝛ in practica cōtingentē deſcēdamus. Pro cuius faciliori intelligentia duo mēbra principalia ſunt cōſideranda. Primum eſt qūo clerici ſeculares ſuccedāt aſcendētibus, deſcēdentibus, vel collateralibus. Secundū qūo ſuccedatur ipſis clericis, ꝛ per quos. Et anteq; vlterius pgrediar, premitto qḋ ſcribit Deuteronomij. xviij. c. Nō habebūt ſacerdotes ꝛ leuite, ꝛ oēs qui de eadem tribu ſunt partē ꝛ hereditatē cū reliquo Iſrael. qꝛ ſacrificia domini ꝛ oblationes eius comedēt, ꝛ nihil aliud accipiēt de poſſeſſione fratrum ſuorū. Dn̄s enī ipſe eſt hereditas eorū ſicut locutus eſt illis. Ad idē numeri. xviij. c. ꝛ iterū Hieronymus ad nepotianū ſcribens inquit. Nō accipio ptes inter ceteras tribus, ſʒ quaſi leuita et ſacerdos viuo de decimis, ꝛ altari ſeruiēs, altaris oblatiōe ſuſtētor, habēs victū et veſtitū, his cōtētus ero, ꝛ nudā crucē nudus ſequar. xij. q. i. cleri. ꝛ c. vidētes. ꝛ c. cui portio. ꝛ c. duo ſunt genera. Scdm̄, quoad iura modica eſſet difficultas: quia ſi nihil habere poſſent, nō oporteret de hereditate vel ſucceſſiōe tractare, actiue nec paſſiue vt dictū fuit ſupra in primo genere clericorū in prima parte. Tamē ad hoc p̄ſuppoſitū videtur poſſe reſpōderi qꝛ ſi ꝯſideramus tēpus legis vel etiā tēpus gratie in primitiua eccleſia, et procedāt q̄ dicta ſunt ſupra: quo tēpore nō ſolū clerici, ſed etiā oēs boni chriſtiani nihil proprij poſſidebāt, patet in actibus apoſtolorū. c. iiij. ibi. Quotquot enim poſſeſſores agrorū aut domorū erāt, vendētes afferebāt precia eorū que vendebāt ꝛ ponebāt ante pedes apoſtolorū. ꝛ xij. q. i. vidētes. Deinde tepeſcēte feruore fidei, laici chriſtiani inceperūt poſſidere propria palā, clerici vero occulte. Quapropter ad euitandā hypocriſim fuit ſtatutū: vt clericus ſi vellet poſſet poſſidere propria. xij. q. i. certe ego ſum ibi. Qui volūt aliqd habere propriū, quibus nō ſufficit deus ꝛ eccleſia ei⁹, maneāt vbi volunt ꝛ vbi poſſunt. nō igitur auſero eis clericatū ꝛc. Ad hoc. c. ſicut. ꝛ c. ſunt manifeſte. e. q. ꝛ in. c. i. ꝛ per totū. de pec. cle. in. c. i. ꝛ in. c. quia nos. de teſtamētis in. c. i. de ſucceſ. ab inteſta. ꝛ in auté. preſbyteros. C. de epiſ. et cleri. cū infinitis ſimilibus. Et hanc ſolutionem videt̄ ſenſiſſe glo. xij. q. i. in ſumma. ꝛ domi. Nico. in. c. epiſcopus. de preben. Per hec tamen non videtur ſufficiēter reſponſuʒ ad legem Moyſi datam a deo de qua ſupra.

2 His igitur premiſſis reuertendo ad primum membrum dico qḋ † clerici ſuccedunt in bonis aſcendentium, deſcendentium ꝛ collateralium in omnibus ꝛ per omnia ſicut laici. Ad hoc tex. in. l. ſacroſanc. ꝛ l. deo nobis. C. de epiſco. ꝛ cleri. ꝛ c. quia nos. ꝛ c. relatum. el. ij. ver
3 ſiculo. ceterum. de teſtamentis. ¶ † Sed an valeat ſtatutum excludens clericos vel monachos a ſucceſſione parentum vel agnatorum, ſeu cognatorū. dic q; non. quia illud eſſet contra libertatē eccleſiaſticā. ad hoc qḋ not. in auſ. caſſa. de epiſ ꝛ cle. ꝛ in. l. i. C. de ſummatri. ꝛ per Bal. in. l. deo nobis. C. de epiſ. ꝛ cleri. Et hoc clacuʒ qn̄ denotat actum iam conſummatuʒ. vt quia dicit qḋ monachus vel clericus ꝛc. Sed ſi non denotaret actum conſummatum. vt qꝛ dicit quod ingrediens monaſterium. vel tranſiens ad clericatum tunc ſecus. hoc vltimum membrum. Bald. forte non eſt verum. quia non poſſumus negare quod talis non efficiatur timidior. ꝛ ſic haberēt locū notata in. d. l. deo nobis. ꝛ in. c. i. ꝛ c. gemma. de ſponſa.
4 ¶ † Secundum membrum fuit quomodo ſuccedatur ipſis clericis ꝛ per quos. Ad cuius membri diſcuſſionem attendende ſunt tres ſpecies bonorum. Prima eſt bonorum patrimonialium ſeu hereditariorum, vt ſunt hereditates, legata, donationes ꝛ ſimilia. Secūda ſpecies bonorū eſt que proueniūt ex fructibus, redditibus ꝛ obuentionibus quorūcunq; beneficiorū, prelaturarū, ſiue dignitatū. Tertia ſpecies erit eorū que querūt prelati ꝛ alij clerici ex artificio, doctrina, officijs vel ſeruitijs.

Reuertendo ad primam ſpeciem

5 dico qḋ † ſi clericus ſiue prelatus habeat deſcendentes quēadmodum in bonis patris ſui laici, ipſi tenerent primū gradum in ſucceſſione. inſti. de her. que ab inteſta. §. i. in auſ. in ſucceſſio. C. de leg. hered. ꝛ plene dictū eſt ſupra. in prin. opuſculi. in prima ſpecie filiorū. Ita ſuccedunt ꝛ tenent primū locū in bonis patris ſui clerici. xij. q. vlti. c. ſi. ꝛ q. iij. c. i. Intellige de deſcendentibus legitimis. de illegitimis aūt nō expedit diſputare, qꝛ vt concluſum fuit. ſ. in primo gra
6 du in ſecunda ꝛ tertia ſpecie, ipſi nō ſuccedunt. Ad † qḋ incidenter aduerte qꝛ ſi loquimur de deſcēdentibus clericorū ſimplicium in minoribus conſtitutorū, ſiue ipſi ſint ante clericatum. ſiue poſt ex matrimonio legitimo procreati, ſunt legitimi. poſſunt eīm ꝛ ante ſuſceptionem ordinū. ꝛ poſt ordines minores ſuſceptos contrahere matrimonium. vt patet in toto titu. de cle. coniuga. Si autē intelligeres de filijs clericorum cōſtitutorū in ſacris, eſſet neceſſe intelligere de conceptis ante ſuſceptionem ſacrorū ordinum. alias eſſent ſpurij: cum in ſacris cōſtitutis ſit interdictū matrimoniū regulariter. vt in. c. vnico. de voto. li. vi. ꝛ not. in. c. a nobis de bigamis. ꝛ in. c. vt cle
7 ricorum mores. de vita ꝛ hone. cle. † Nec de facili deberēt qui alias fuerunt coniugati etiā cum vnica ꝛ virgine, ꝛ habent filios admitti ad ordines ſacros: tum propter periculū incontinentie. tum ppter timorem dilapidationis bonorum eccleſiaſticoruʒ, ꝛ multo minus ad dignitatem epiſcopalē ꝛ alias maiores prelaturas. Ad hoc qḋ not. in. c. de ſiracuſane. xxviij. diſt. ꝛ in. c. Catinenſis eccleſie. lxi. diſt. ꝛ per Inno. in. c. i. de teſtamētis. dicentem q; de iure cōmuni qui habet filios vel nepotes, nō debet promoueri ad epiſcopatū. ꝛ ideʒ dicit in quolibet prelato. diſpēſatiue tn̄ poſſet promoueri ſi lōga preceſſerit continentia, ꝛ data cautione, ꝛ facto inuentario rerum eccleſiaſticarum ſm̄ formam dicti. c. de ſiracuſane. qḋ dictum videt̄ ſatis honeſtum licet Hoſtien. Jo. an. ꝛ Pet. de anha. in hoc ſint magis
8 largi. ¶ † Si autē clericus nō habeat deſcēdentes, venient aſcendētes ꝛ collaterales ad ſucceſſionē vſq; ad. x. gradum. quibus deficientibus ſuccedit eccleſia. vt. ſ. dictū fuit in quinto ꝛ vltimo ſucceſſionis gradu. ꝛ habetur. xij. q. iij. quicunq;. de ſucceſſio. ab inteſta. c. i. ꝛ per Inno. in. c. cū tibi. de verbo. ſig. nota. in auſ. de eccleſiaſticis titulis. §. preſbyteros. col. ix. ꝛ in auſ. licentiā. ſ. de epiſ. ꝛ cler. inde ſum
9 pta. ¶ † Secunda ſpecies eſt bonorū prouenientium clericis ex fructibus, redditibus ꝛ obuentionibus quorūcunq; beneficiorū. p cuius intelligentia aſſumo duas concluſiones.

10 Prima concluſio † ſit qḋ in bonis queſitis ex fructibus, redditibus ꝛ obuentionibus dignitatum, adminiſtrationū ſeparatarū: ꝛ eccleſiarū curatarum, nō ſuccedūt cōſanguinei ipſorū prelatorum, curatorum ꝛ habentium adminiſtrationes. Sed dicti fructus, redditus ꝛ obuētiones, reſeruantur futuro ſucceſſori. Caſus eſt in dicto. c. relatum. in verſi. vbi autē. de teſtamētis. Dicit enī tex. vbi aūt in loco defuncti vnus tantū eſt ordinandus, is ea bona ſicut ꝛ alia ipſius eccleſie, in dei timore diſpenſet. facit etiam tex. in. c. preſenti. de offi. ordi. li. vi. per quos. Idē credo in quocūq; beneficiato etiā ſimplici dūmodo extra congregationē vt ſunt perpetui vicarij, capellani ꝛ ſimiles
11 ſm̄ Jo. and. in. c. requiſiſti. de teſtamētis. ¶ † Sed circa hoc quero, quid ſi clericus curatus vel alius habens dignitatem vel adminiſtrationem transferatur iam recollectis fructibus de prima eccleſia ſua ad aliam: nunquid illi fructus ſpectent ad epiſcopum tranſlatum vel ad ſucceſſorem. Deciſio dominorum de rot. cxxxvij. in antiquis, tenet quod ſpectent ad ipſum tranſlatum, non autem ad ſucceſſorem. Joan. and. in regula non eſt in mora, in mercuri. referens Jo. de monte murlo diſputaſſe in queſtione de epiſcopo Paduano tranſlato ad eccleſiam Bononieſem non ſoluente decimas,

videtur ſentire quod reſeruentur ſucceſſori, cum nihil habeat amplius agere in eccleſia de qua eſt iam tranſlatus. xxi. q. ij. ſi quis iam tranſlatus. Hoc ego colligo ex ratione ſua. dicit enim q prelati equiparantur procuratoribus & vſurarijs nō vſufructuarijs in morte. l. cū dimittunt eccleſias. Noto enim illud verbum. id eſt cū dimittunt eccleſias: quia hoc caſu equiparat mortem ciuilem naturali, & ibi. fatetur tamen qđ ſi ipſe do. Jo. (intellige de epiſcopo tranſlato. qui Jo. vocabatur) exportaſſet fructus, vel male cōſumpſiſſet, poſſet conueniri per ſucceſſorem. ergo cū detur ſucceſſori actori ſeu rei vendicatio, ſequitur qđ tranſlatus non fecit fructus ſuos. vt per gloſſ. rub. & in. l. j. ff. de rei vendi. Hanc queſtionē quia de facto habeo in ꝓpria perſona, nō proſequor vlterius.

12 Secundo quero † quid de commēdatario an fructus debeat reſeruari futuro ſucceſſori. an vero faciat eos ſuos, ita vt veniant poſt mortem prelati ad eius conſanguineos. Domi. Ludouicus pontanus in cōſilio ſuo eccl. quod incipit, omnipotentis dei poſtulato ſuffragio in caſu propoſite conſultationis, dicit, quod aut cōmenda eſt facta ad vtilitatem eccleſie, & tunc cōmendatarius nō facit fructus ſuos, ſed reſeruantur futuro prelato. Caſus eſt. lxi. diſt. in canone. quoniam feſtus. verū eſt qđ ex redditibus eatenus poteſt detrahere quatenus ſibi ad ſtipendium victus poteſt ſufficere. vt. xij. q. ij. charitatem. de cle. egro. c. vnico. §. j. lib. vj. Aut ſit cōmenda in vtilitatē cōmendatarij, & tunc ipſe lucratur fructus ad inſtar depoſitarij, ad cuius gratiam ſeu vtilitatem factū eſt depoſitum. qui illic redditus ex depoſita re pceptos ſibi lucrifacit, niſi poſt morā poſtq̄ pceptos, dare debet deponenti. Caſus eſt. ff. depoſiti. l. dies ſponſaliorū. §. qui pecuniā. & ita debet intelligi glo. in. d. c. nemo deinceps. de electio. libr. vj. ſecundum ipſum do. Ludo. Sed quicquid ipſe dicat mihi videtur q non ſit magis priuilegiatus ipſe commendatarius quam proprius intitulatus, qui vt ſupra dictum eſt cenſetur in morte potius vſuarius quam dominus. facit quod habetur in. d. c. fina. de pecu. cleri. & ad propoſitum noſtrū in. d. c. nemo. & in. c. dudum. eod. titu. de elec.

13 in antiquis. ¶ † Quero primo, quid de fructibus prouenientibus ex prebenda diſtincta, an reſeruent futuro ſucceſſori. vel remaneāt apud eccleſiam in qua defunctus erat prebendatus. & videbat prima facie dicendum qđ remanerent ſucceſſori. per tex. dicti. c. relatū. ibi. vbi autem in loco defuncti vnus tantum eſt ordinandus, is ea bona &c. nam vbi prebenda eſt diſtincta. ſine dubio in locum defuncti alius eſt ordinandus. vt patet ex notatis in. c. dilecto de preben. & c. cum. M. de cōſtitutionibus. Tamen dicendum eſt, q dicti fructus prouenientes etiam ex prebenda diſtincta reſeruantur capitulo: nec eſt verum qđ canonicus proprie habeat ſucceſſorem, niſi tantum quoad corpus antique prebende. Ad hoc glo. & qđ ibi no. in. c. quod ſicut. de electione.

14 Secundo quero † que ſit ratio qđ queſita ex redditibus prebēde diſtincte vel indiſtincte remanent capitulo eccleſie in qua eſt prebenda, & queſita ex redditibus dignitatis admini. vel alterius eccleſie ſeparate reſeruantur ſucceſſori. do. Nico. in. d. c. relatum. dicit qđ hanc putat eſſe rationem diuerſitatis. quia canonico datur prebenda ex bonis cōmunibus capituli principaliter, vt inde ſumat neceſſaria, non autē datur vt ſit adminiſtrator eccleſie. Ideo ſi aliqua remanent vltra ꝓbendā. debēt cedere capitulo cuius bona prebēdarū ſunt. Nā ſatis eſt qđ ſucceſſor habeat corpus prebende: quia datur ſibi vt inde viuat. & capitulum adminiſtrabit bona acquiſita ſicut alia bona communia. Sed in alio beneficio per ſe extra congregationem datur beneficium tanq̄ adminiſtratori ipſius eccleſie. Unde quēadmodum habet adminiſtrare etiam bona eccleſie, ita & habet queſita intuitu eccleſie ſecundū eum. & licet ipſe dicat a nemine vidiſſe tactam hanc rationem differentie, tamen ex verbis Jnn. videtur ſatis poſſe colligi vt apparebit. j. q. iiij.

15 ¶ † Tertio quero, quid ſi habens prebendam diſtinctam habuiſſet eam non a capitulo ſed a ſolo epiſcopo: certe redditus nō remanerent capitulo ſed epiſcopo. argu. eorum que habentur. ſ. eodem c. cum in officijs. vt voluit Jo. and. domi. Anto. & domi. Pet. de ancha. Si autem fuiſſet beneficiatus ſimul & ab epiſcopo et a capitulo tunc fieret diuiſio inter eos vt eatenus illi competat ſucceſſio quatenus erat beneficiatus ipſe defunctus. per id quod habetur in dicto. c. cum in officijs. & capitu. requiſiſti. eod. titu. ſecundum Jmol. in dicto. c. relatum.

16 ¶ † Quarto quero, quid ſi vnus & idem eſſet canonicus et archidiaconus in eadem eccleſia. & bona archidiaconatus & ſimiliter prebende eſſent diſtincta. dicit Joan. and. poſt Jnnocen. quod fiet diuiſio per congruam eſtimationem inter canonicos & ſucceſſo. em in archidiaconatu. per id quod habetur in dicto. c. relatum. in fine. ex quibus patet quod canonicus qui nouiter creabitur loco mortui, non poterit petere fructus & redditus perceptos per defunctum. nec etiam illos qui perciperentur durante vacatione. ſecundū Pe. de ancha. ibi.

17 ¶ † Quinto quero, quid de illis qui haberent plures dignitates, adminiſtrationes aut beneficia ſeparata. vel etiam plures prebendas in diuerſis eccleſijs. Dic q fiat diuiſio per congruam eſtimationem. vt in ſimili dictum eſt. facit dictum. c. cum in officijs. & dictum capi. requiſiſti.

18 Sexto quero † quid de quotidianis diſtributionibus que dantur canonico ratione intereſſentie diuinorum. vt in. c. licet. de preben. & in. c. vnico. de clerico non reſi. libro ſexto. Dic quod non reſeruantur ſucceſſori, ſed remanent eccleſie in qua prebendatus ſeruiuit. vt not. in dicto. c. relatum. Sed immo videtur quod nec ſucceſſor nec eccleſia debeat eas habere, ſʒ potius in eis ſuccedant conſanguinei ipſius canonici. nam quotidiane diſtributiones non augent corpus prebende, ſed propter operam perſone debetur. argumē. ff. ſi menſor fal. mod. di. l. j. ij. Reſpōſo. ff. pro ſocio. l. ſi duobus. §. ſi in coeunda. & in. c. licet nobis. de preben. Et hoc videtur tenere Lau. in clemen. finali. de preben. dicens quod talis ſeruiens fideliter diuino officio facit fructus ſuos, & poteſt ſicut laborator de denario diurno exponere. prout refert dom. Jo. ana. ibi, ad hoc optimus text. in. c. vnico. §. qui vero. de cleri. non reſi. lib. vj. ibi, rerum ſic receptarum dominium non acquirat. nec faciat eas ſuas. Multum reſtringunt rationes quas adducit Oldra. in quodam conſilio. cxviij. quod incipit, ex virtute gratie. in titulo de prebend. Jtem pro hac parte adduco quod voluit Domini. ibi dum dixit, quod talis clericus poteſt teſtari de quotidianis diſtributionibus. Et hoc dicit tenere Guilhel. in extrauaganti Joannis xxij. que incipit, ſuſcepti. Ultra predicta faciunt omnia iura que dicunt clericum maxime non habentem dignitatem. adminiſtrationem vel curam prout eſt prebendatus. equiparari fructuario. de quibus habetur in. c. fina. de pignori. in. c. fina. de pecu. cle. in. c. requiſiſti. de teſtamentis. Sed clarum eſt quod fructuarius efficitur dominus fructuum iam recollectorum. ff. quibus modis vſuſfruct. amittatur. l. ſi fructuarius. & eo mortuo non ſpectant ad proprietarium ſed ad heredes fructuarij. vt ibi nota. ergo idem videret de fructibus ipſarum prebendarum: & multo magis de quotidianis diſtributionibus in quibus prebendatus habet maius ius. vt patet ex iuribus ſupra allegatis. maxime ex notatis p Old. in. d. ſuo cōſilio.

His tamen non obſtantibus ſaluo meliori iudicio puto dictos cōſanguineos excludi ab ipſis quotidianis diſtributionibus, ſicut & ab alijs fructibus prebendarum quia omnes iſti redditus competunt clerico ratione diuini officij. prout colligitur ex notatis in. c. cum ſecundum apoſtolum. de prebendis. & in dicto. c. licet. & in dicto. c. vnico. de cleri. non reſid. lib. vj. vbi Papa damnat conſuetudinem eccleſiarum que habebant qđ quotidiane diſtributiones darentur preſentibus, etiam ſi non intereſſent diuinis officijs. Secundo moueor per text. in. c. j. c. quo nos & c. relatum de teſtamentis. in quibus iuribus ſemper ponderatur

19 quod † queſitum intuitu eccleſie applicetur eccleſie: ſed non poteſt dici non queſitū ratione eccleſie id qđ querit prebendatus ratione diuini officij, quod in ipſa eccleſia celebratur ſi enim intereſſet diuino officio in eccleſia non tanq̄ perſona ipſius eccleſie, certe non perciperet quotidianas diſtributiones. vt nota. in. d. c. cum M. de conſtitu. Tertio moueor per dictum Jnno. in. c. cū inter. de verb. ſign. & in. c. requiſiſti de teſtam. dicentem queſita per curatū in iniungendis penitētijs parochianis ſeruanda ſucceſſori tanq̄ queſita intuitu eccleſie. de quo infra dicetur in tertia ſpecie bonorum. Et idē qđ dixi de diſtributionibus quotidianis dicerem de his que dantur pro anniuerſarijs defunctorum per text. in dicto. c. vnico. de cle. nō reſi. in ſi. Quod enim ſtatuitur in vno, ſtatutum cenſetur in alio. ad hoc alleg. Lap. xliiij. Et hec diſputationis cauſa dicta ſint non deciſionis: quia forte alia ſententia in via iudicij teneretur. Reſpondēdo tamen ad contraria dic q non obſtat quod dicitur primo in. c. ſi. de cle. non reſi. ibi, dominium & ibi, facit eas ſuas: quia debet intelligi improprie ſcʒ quo ad vſum. Nam & alibi epiſcopus dicit dominus epiſcopatus. lxxxviij. diſtin. domui. & alibi dicitur procurator. de donatio. c. ij. Jtem colonus. interdum appellat res quas tollit ſuas vt. l. ij. ff. de origine iur. & tamen non ſunt ſue ſed habēt meram detentationem. vt. l. j. C. communia de vſucapi. l. male agitur. C. de preſcrip. xxx. anno.

Non obſtant motiua Oldr. q2 fateor q quotidiane diſtributiones dant ꝑ labore perſone. Nam & aliū fructus bñficiorū dant ꝑ labore perſone. vt in. c. cū ſcđm preallegato. & xij. q. i. ex his. vbi tex. dicūt qđ q altari ſeruit. de altari viuere dʒ. & tñ vt dictū fuit. ſ. in prima cōcluſione in iſtis fructibus nō ſuccedūt cōſanguinei. ſʒ reſeruant eccleſie vel ſucceſſori. Et eodē mō r̄ndeo ad motiuū Lau. & do. Flo. Non obſt. q clericus poſſit de diſtributionibꝰ teſtari. q2 poſito q hoc eēt nō ſequit ſi nō teſtat veniunt ꝯſanguinei ab inteſtato vt ptʒ in auf. ſi qua mulier. C. de ſa. ſan. eccle. Nā & opinio fuit Hoſt. in. c. ſi. de peculio cle. & Jo. an. in. c. pſiti. de offi. ordi. lib. vj. in gl. ſua. quā opinionē dicit ſeruari de conſuetudine, & multi doctores eā ſequunt i practica, q in bonis pſonaliter ex-

succeſſionũ ab inteſta. nicolai de vbaldis

liter ⁊ ſimpliciter beneficiatorum hoc eſt non hñtiũ dignitates, ad miniſtrationes vel curas ab inteſtato ſuccedãt conſanguinei licet in rigore iuris multi teneãt cõtrarium. In hoc nihilominus ⁊ ipſe Jo.an. ⁊ omnes alij conueniunt, ꝙ in bonis queſitis ex quocunq; beneficio ſi bñficiatus decedat ab inteſtato non veniant cõſanguinei, ſed eccleſia vel ſucceſſor. Item non obſtat quod Oldra. dixit non computari inter fructus beneficij: quia illud eſt qđ ſunt fructus incerti ⁊ creſcunt ⁊ decreſcunt ſecundũ quantitatẽ intereſſentium. vt. d. c. vnico. ⁊ dicto. c. ij. Sequitur ergo ꝙ tam in diſtributionibus quã in quibuſcũq; alijs redditibus beneficiorum clerici ſint cenſendi potius adminiſtratores ⁊ in morte viuarij, quam dñi vel vſufructuarij. Et iſta videtur communior ſententia doctorũ in locis preallegatis. Pro qua facit bonus tex. in. c. eps eccleſiaſticarũ rerũ habeat poteſtatem ad diſpenſanduz. xij. q. ibi. ⁊ iuxta ſanctũ Apoſtolum ſic dicentem. Habentes victum ⁊ veſtitum his cõtenti ſim⁹ ⁊ ſi vtantur nimis delicate peccant grauiter ſm Innocen. in. c. cuz in officijs. de teſta. ⁊ longe grauius ſi conſumant cũ meretricibus. Unde Hiero. Tibi dico ſacerdos, de altari viuere, non luxuriari permittitur. xliij. di. in prin. Idem ſi cum Hiſtrionibus ⁊ cõuiuijs c. di. multis ab vrbe venientibus. ⁊ c. conuiuia. ⁊ c. non opz miniſtros. ⁊ lxxxvi. diſt. donare. adeo qđ ſi haberent patrimoniũ, tenerentur de eo reddere eccleſie a qua bona ipſa receperunt. xij. q. iij. c. j. ⁊ ij. Bona eñi eccleſiarum ſunt Jeſu chriſti de preben cum ſecundum. xij. q. ij. qui xpi. ſecũdũ Archi. in dicto. c. eps. Et ex hac ratione dicebat do. Nico. in repetitione dicti. c. cuz eſſen. ꝙ papa nõ poſſet dare clerico poteſtatem libere de bonis intuitu eccleſie acquiſitis teſtandi ſine cauſa. Hoc ego putarem verũ de honeſtate ſed de potentia crederem ſecus. per ea que habẽtur in. c. cum ad monaſterium. de ſtatu regula. Et pro hac parte adduco quod dixit Ange. ⁊ Imo. in. l. ſi ſeruus cõmunis meuij. ff. de ſtipu. ſer. ꝙ papa põt cõcedere Cardinali monacho factionem teſtamenti. Et idẽ cõſuluerunt quidam docto. Peruſini pro canonico regulari qui obtinuerat licentiam a dño Eugenio. iiij. quã materiã alſo late examinaui in repetitione. c. ſi pater. de teſta. lib. vi. in prima parte. in tertia ꝓhibitione. Et hec oĩa que dicta ſunt in hac ſecũda ſpecie bonorum habent locũ de iure cõmuni. Si aũt ex ſtatuto eccleſiarum, vel priuilegio aut conſuetudine aliter caueretur. Dicendum eſt ꝑut no. in. c. ſi propter tua. de reſcriptis. lib. vj. c. ſi tibi conceſſo. de preben. eo. li. ⁊ c. tua nobis. de verborum ſignifi. ad hoc extrauagans ſuſcepti Jo. xxij. ⁊ quod no. Joan. an. in regula nemo plus iuris. in mercurialibus.

20 **Septimo quero** † quid ſi poſt mortẽ clerici beneficiati reperiũtur aliqua bona cõſanguinei ipſius, dicunt dicta bona ad eos ſpectare, quia patrimonialia. Eccleſia vero vel ſucceſſor in beneficio dicit ꝙ bona predicta ſunt queſita ex redditibus beneficiorum ⁊ intuitu eccleſie. quid ſiẽdum? Glo. xiiij. queſtione. j. dicit ꝙ ſi clericus beneficiatus habebat patrimonium, habebitur conſideratio ad quantitatez patrimonij ⁊ qualitatem beneficij, ⁊ ſecundum id fiet diuiſio inter eccleſiaz ⁊ cõſanguineos beneficiati defuncti. Jo. an. in. c. vt vnuſquiſq; de pecu. cle. conſiderat tria membra. ¶ Primum, quando cõſtat clericũ beneficiatum ſeu prelatum habuiſſe patrimonium tempore promotionis, ⁊ eſt preſumendum pro poſſeſſore, ſiue eccleſia, ſiue conſanguinei poſſideant: licet contra hanc preſumptionem admittat probatio in contrarium. ¶ Secundum membrũ eſt quando tẽpore promotiõis nihil habebat, ⁊ preſumitur pro eccleſia: licet cõſanguinei poſſint probare ꝙ defunctus queſierit ex artificio vel aliunde quam ab eccleſia. ¶ Tertium membruz eſt quando dubitatur, ⁊ idem vt preſumatur pro eccleſia, maxime ſi beneficiatus non fecit inuentarium tẽpore adeptionis beneficij. Et hec queſtio fuit de facto in heredibus Franciſci petrarche qui fuit Archidiaconat⁹ Parmenſis, vt refert do. Flori. in. d. c. cum in officijs. do. Anto. in dicto. c. vt vnus videt ſequi diſtinctionem Jo. an. Sed do. Nico. in repetitione dicti. c. cũ eſſes. in tertia queſtione principali. dicit primum mẽbrũ non ita ſimpliciter procedere, immo metiri quantitatem patrimonij ⁊ qualitatem beneficij ſm eam debere preſumi. per nota. xij. q. iij. c. ij. ⁊ ibi glo. Secundũ mẽbrum etiam intelligit qñ nihil habeat de patrimonio, nec etiam habebat aliquod officium vel exercitium ex quo potuiſſet acquirere alias diceret ſicut. d. proximo mẽbro. Pro do. Nico. adduco tex. ſatis ad propoſitum in. l. ſi quis a libe. ver. cõpetẽs iudex. ibi, Si modo cũ opificẽ te eſſe dicas. ff. de libe. agnoſ. Item limitat tertium mẽbrum quãdo dubitatur an habuerit aliqua bona patrimonialia vel aliunde, ex quibus potuiſſet bona de quibus queritur acquirere. Sed ſi ſolum dubitaretur an acquiſierit bona de quibus eſt contentio ante ſuam ꝓmotionem vel poſt, ⁊ preſumitur pro poſſeſſore ſm ipſum do. Nico. in dicta repetitione, qui ad hoc vltimũ allegat. xij. q. v. c. j.

21 **Ultimo quero** nunqd beneficiatus habens patrimoniũ poſſit conſeruare ſibi reddit⁹ patrimoniales ⁊ viuere de fructibus beneficij ſui? Tex. videtur aptus in. c. paſtores. ⁊ c. ſe. j. q. ij. qđ non poſſit. glo. nota. xij. q. j. illi q; ponit plures opiniones. Inno. autem in. c. epiſcopus. de preben. tenet quod qui habet beneficiuz non debet viuere de patrimonio, ſed de altari per. c. cum ſecũdũ. de prebẽ. Nec obſtat ſm eum dictũ c. paſtores. q: intendit autores canonicis prohibere ne de pͣtrimonio auare theſaurizent ⁊ bona eccleſie expendant. Si autẽ nõ vellent theſaurizare, bene liceret eis bona conſeruare, ⁊ bona eccleſie, hoc eſt acquiſita intuitu eccleſie, expendere. Verba ſunt Innocen. in loco preallegato. ⁊ Jo. de ligna. in cle. gratie. de reſcrip. ⁊ do. Nico. in quadã diſputatione ſua q̃ incipit. Titius clericus. ſubdẽs ꝙ iura que videntur cõtrariũ dicere procedunt ſm pͥmitiuã eccleſiã ſm quã bona eccleſiaſtica erãt deputata ſolum pro indigentibus.

22 ¶ † Tertia ſpecies bonorũ eſt de his que querit clericus ex doctrina, artificio, officijs vel ſeruitijs. Et iſta ad quos ſpectent infra particulariter videbitur. Et primo de queſitis per clericũ ex doctrina. vt q: erat doctor iuris, qui ex lectura ⁊ cõſilijs multa lucrabat, pue fuit archipreſbyter eccleſie paduane doctor Pet. de anch. ⁊ multi alij quos vidimus tẽporibus noſtris, ⁊ ſine dubio in iſtis ſuccedũt ab inteſtato cõſanguinei ipſius clerici, vt eſt tex. in. c. relatum in. §. ceterum. de teſtamentis. Quid autẽ de queſitis ex officio aduocationis? Dic idem per illum tex. quod intellige verum in caſibus in quibus licet clerico poſtulare, ſecus ſi ei non liceat. vt ibi per Hoſt. ⁊ alios. Quãdo aũt hoc liceat, ⁊ quid in clerico cõſtituto in minoribus: quid in clerico conſtituto in ſacris, habetur in. c. j. ⁊ ſi. de poſtulando. ⁊. xv. q. ij. in ſumma vbi bona glo.

Secundo eſt videndum de queſitis p clericũ ex artificio.

Ad quod premitto ꝙ licitum eſt clerico in honeſto artificio operari. xci. diſt. clericus victum. ⁊ c. ſeq. de cõſecra. di. v. nunq̃ de manu. xi. q. iij. non licet. xiiij. q. iiij. canonum. ⁊ c. cauſa. q. iij. in ſumma. et ibi bona glo. ⁊ actuum apoſtolorum. xx. c. vbi Paulus quoniaz ad ea que mihi opus erant, ⁊ his qui mecum ſunt miniſtrauerũt manus iſte. Et in iſtis ſuccedunt ab inteſtato conſanguinei, vt dicto c. relatum. ⁊ c. q: nos. eo. titu. Ab artificio autem minus honeſto debet clericus abſtinere. de vita ⁊ hone. cleri. c. pe. ⁊ ſi. cle. j. eo. titu. c. j. ne clerici vel mo. lib. vi. ⁊ xxi. q. j. c. j. in ſi. ⁊ per Specu. in titu. de cle. coniuga. Sed quid ſiet de iſtis bonis queſitis per clericum in illicito artificio. Dic ꝙ ſi poſitis clamoribus appareãt repetentes, ipſis debet fieri reſtitutio, alias fieret diſtributio per epiſcopũ inter pauperes. ar. in. l. nulli. C. de epiſ. ⁊ cleri. ⁊ quod not. Inn. in. c. quia plerique. de immuni. eccle. ſm Hoſt. Imo. ⁊ do. Nico. in dicto. c. relatum. Qui tamen limitat dictum Hoſtiẽ. ⁊ aliorum procedere vbi talia illicite acquiſita ſubiacerent reſtitutioni. Sed vbi nõ ſubiacerent reſtitutioni, licet illicite eſſent acquiſita cũ poſſit aliter cleric⁹ penitere de peccato ſine reſtitutione nõ impeditur quominus de his faciat voluntatẽ ſuam. Ad hoc bona glo. in. c. ex tranſmiſſa. de deci. ⁊ iiij. q. v. in ſumma. ⁊ j. q. j. non eſt putanda ſm ipſum do. Nico. in vltimis verbis ſuis in dicto. c. relatum.

Tertio eſt videndũ de bonis queſitis per prelatum vel alium clericum de officijs et ſeruitijs in quibus verſatus eſt. Quia poſt eius obitum ab inteſtato ſuccedat ſan eccleſia ſeu eius ſucceſſor in beneficio ſan vero cõſanguinei? Articulus iſte eſt alijs duobus precedentibus difficilior. Nam Innocen. ſm vnam lecturam in cap. quia nos. ſupra de teſtamentis. ſuper verbo, conſideratione eccleſie, videtur velle qđ eccleſia vel ſucceſſor in beneficio habeat dicta bona. Subdit enim ibi, Idem dicimus ſi ratione officij, puta quia capellanus alicuius principis qui multa ei donauit. Hoſtien. tenet qđ ſuccedant conſanguinei in talibus bonis. Nam ipſe gloſſat Innocen. ſuper verbo amicorum. Ego credo ꝙ prima lectura que eſt magis communis fuerit de mente Innocen. q: ipſe hoc idem videtur tenuiſſe in. c. primo. de teſtamentis ſuper verbo, habuiſſe. Subdit enim ibi. ſupple, vel inde, ſit acquiſitum, acquiſiuiſſe intuitu epiſcopatus, vel intuitu officij. Jaco. butri. in. l. ſacroſancte. C. de epiſco. et cler. dicit qđ clerici habent bona triplicis generis. Quedam enim ſunt acquiſita non contemplatione eccleſie mediate vel immediate, ⁊ in iſtis ſunt vt ceteri priuati. Quedaz ſunt acquiſita contemplatione eccleſie immediate. vt ſi relinquitur eccleſie, vel de queſitis ex bonis eccleſie: et de iſtis non teſtantur, et multominus ſupple eu, ſuccedunt conſanguinei venientes ab inteſtato. Et idem etiam dicas ſi non relinquãtur eccleſie ſed relinquãtur eis contemplatione eccleſie. iuxta not. in cap. requiſiſti. de teſtamentis. Tertio ſunt bona que conferuntur ipſis non immediate contemplatione eccleſie, ſed dignitatis quam habent vt pro miſſis dicendis, et orationibus pro anima alicuius, et ea queruntur eis, ⁊ de ipſis poſſunt teſtari et diſponere ſm ipſum Jacob. Et illam partem tenuit domi. Petr. de ancha. domi. An. et domi. Flora. in dicto. c. quia nos. dicens verius eſſe quod tale acquiſitum cenſetur acquiſitum intuitu perſone, et ſic non cõtemplatione eccleſie quod dicit ſignanter eſſe notandum prout refert Joan. de Imol. ibi. qui hanc partem tanquam rationabiliorem ſequitur. Et licet opinio prefatorum doctorum ſit valde

ff iiij

ſa notabilis, ⁊ libenter amplectenda: maxime per officiales curie Ro. qui vt de facto videmus non minus acquirunt ex officijs et ſeruitijs in quibus verſant quam ex beneficijs. Tamen tenere eam in hoc vltimo caſu ita ſimpliciter ⁊ indiſtincte, non eſſet forte tutū in foro conſcientie ⁊ pro ſalute anime, que cūctis preferenda eſt, dicente dño. Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundū lucret, anime vero ſue detrimentum patiatur? Matthei. xvj. c. De alijs duobus non eſt difficultas in quibus omnes conueniunt prout late dictum fuit ſupra.

Unde ego conſiderabam

quedā eſſe officia vel ſeruitia que licet per clericos exerceantur, tamen conueniunt tā clericis quā laicis, ⁊ tam per clericos quā per laicos conſueuerunt exerceri vt ſunt gubernationes ⁊ legationes prouinciarū, ad inſtar earum que per proconſules ⁊ preſides gubernantur. vt in. c. ij. ⁊ qḋ ibi no. de offi. leg. lib. vj. ⁊ de his que querunt poſſunt pro libito diſponere: ⁊ ſi non diſpoſuerint, veniunt ad conſanguineos ſicut veniret bona quaſi caſtrenſia. Nam quaſi caſtrenſia proprie appellant. vt. l. fi. C. de inoffi. teſta. ij. de dicerē de alijs adminiſtrationib⁹ ſimilib⁹. vt ſunt theſaurarie, caſtellanie ⁊ huiuſmodi, quorū officia poſſunt p clericos ⁊ laicos exerceri. Nec ad ea reperitur aliquis ordo eccleſiaſticus neceſſarius de iure vel de cōſuetudine, licet cōſueuerint adminiſtrari potius per clericos quā per laicos: forte q̄ princeps de ipſis magis confidit, vtpote tanq̄ de dignioribus ⁊ ſanctiorib⁹. vj. q. j. beatus Petrus. xcvj. diſtin. duo ſunt. ⁊ c. ſolite. de maio. ⁊ obe. Quedam ſunt officia vel ſeruitia, que tantum clericis conueniūt, et ad ea laici ſunt penitus incapaces, vt eſſet officium maioris penitentiarij, qui ſolet exerceri per Cardinalem. Ad hoc gloſ. in cle. ne Romani. de elec. officia Camerarij ⁊ Uicecancellarij q̄ ſimiliter ſolent per reuerendiſſimos dños Cardinales exerceri, vt de facto videmus, qui debent eſſe non ſolum clerici, ſed ad minus in ordine diaconatus cōſtituti, notat glo. in clemē. vt hi qui. de etate ⁊ qua. quoniam ſunt ſacerdotes leuitici generis, qui ſummo pontifici tamq̄ leuitico in executiōe ſacerdotalis officij coadiutores exiſtūt. qui filij ſint leg. c. per venerabilem. ⁊ c. fundamenta de elec. lib. vj. Et ad quos huiuſmodi prouentus applicentur, ⁊ quid de prouētibus, ⁊ redditibus prouenētibus eis ex capello. Et quid de his que proueniunt alijs officialibus inferioribus puta Protonotarijs. Numerarijs, Subdiaconis, Accolitis, Abbreuiatorib⁹, Scriptorib⁹ minoribus penitentiarijs ⁊ ſimilibus in curia Roma. officia exercentibus, qui omnes ex cōſtitutionibus aut conſuetudine debent eſſe in ordine clericali cōſtituti, ſaltem in minoribus. Quid de prouentibus quos habēt iſti vicarij ⁊ officiales in ſpiritualibus epiſcoporū ⁊ aliorum prelatorū, qui debent eſſe ſaltem cōſtituti in minoribus, ⁊ non coniugati, prout nota. in. c. Jo. ⁊ in. c. ſane. de cle. coniuga. Si ſequemur dictum Innocen. in dicto. c. quia nos. ⁊. c. j. ⁊. c. requiſiſti. de teſtamentis.

Uideretur dicendū

qḋ tales redditus omniū predictorū officialiū deſcēdentium ab inteſtato non remanerent conſanguineis ipſorū, ſed reſeruarentur eccleſijs, aut fortaſſis pape vel epiſcopo decedētis, diſtribuenda fideliter inter pauperes, iuxta nota. in. c. j. de ſucceſ. ab inteſt. in. c. relatum. el. ij. de teſtamentis. facit a. ſ. oēs peregrini. C. cōmunia de ſucceſ. Et pro hac parte facit quod vt ait idem Innocen. in. c. cum inter vos. de verb. ſigni. dicens, q̄ ea que acquirit ſacerdos in iniūgendis penitentijs ſuis parochianis, debet eſſe eccleſie. ⁊ idem tenuit in. c. requiſiſti. de teſta. quod procedit ſine dubio quando ipſe eſſet principalis curatus: ſed vbi erat capellanus vel canonicus, tunc licet ipſe poſſit de talibus redditibus teſtari, tamen ſi non teſtetur quia contēplatione eccleſie acquiſiuiſſe videtur ſuccedet eccleſia ſm domi. Anto. de butri. prout refert Imo. in dicto. c. requiſiſti. Si vero teneamus opinionē Hoſti. Petri de ancha. dñi Anto. ⁊ aliorū, tunc dicendum eſſet redditus ex predictis officijs ⁊ ſeruitijs dictorū prelatorū ⁊ clericorum acquiſitos ſi ab inteſtato decedant remanere cōſanguineis ipſis clericis ab inteſtato decedentibus. Pro cuius opinionis cōfirmatione vltra ea que dicta ſunt faciunt nota. in. c. ſignificatum. de prebē. ⁊ in. c. ij. ne prela. vices ſuas. ⁊ in. c. cum ſecundum de preben. Item facit ratio que eſt vt clericus deſeruiat eccleſie in diuinis, ⁊ qḋ ſupereſt ſibi de tempore ⁊ operetur in aliquo officio vel ſeruitio honeſto, ⁊ qḋ exinde querit querat ſibi ⁊ de eo diſponat pro libito prout diſponeret. de rebus patrimonialibus: q̄ lex tantum excepit de bonis acquiſitis contēplatione eccleſie, nō aliunde. iſta autem propria ſunt ſtipendia perſone. vt. ſ. Et hanc rationem ſenſit Inno. in. d. c. cū in officijs. ⁊ poſt eum Pet. de anch. ⁊ alij ⁊ Jaco. but. ⁊ Bal. in auf. licentiam. C. de epiſ. ⁊ cle. Item facit quia ex quo lex permiſit prelatos ⁊ alios clericos in huiuſmodi operari. Uideatur etiam permiſiſſe quod inde querūt querant venientibus ab inteſtato, ne qḋ fauore inductum eſt tendat in odium vt in regula qḋ ob gratiam. de reg. iur. lib. vj. ⁊ inducta in augmentū operētur diminutionem. vt in. c. fi. de verborum ſignifi.

Ultimo facit

cōmunis obſeruantie ⁊ cōſuetudo que habet vt in huiuſmodi redditibus ⁊ puentibus ſuccedāt cōſanguinei, nō autē eccleſia, ergo minime mutanda ſunt que certā interpretationē ſemper habuerūt. l. minime. ff. de legibus. Nam conſuetudo poteſt diſponere q̄ conſanguinei ſuccedant ab inteſtato clericis, non ſolum in bonis intuitu perſone acquiſitis, ſed etiam ſi ſint acquiſita intuitu eccleſie. vt not. in. c. cum tibi. de verb. ſigni. in. c. ſi propter tua. de reſcrip. lib. vj. in. c. preſenti. de offi. ordi. eo. li. ⁊ in extrauaganti ſuſcepti. Jo. xxij. facit qḋ eleganter ſcripſit Joan. and. in regula. nemo plus iuris. in Mercurialibus.

Hec ſunt Reuerēdiſſime Pater

que licuit mihi a publicis negotijs, in quibus pro adminiſtratione iuſtitie verſamur, ſubtrahere. Ea ſi minus digeſta ſunt quaꝫ deceat, aſcribet tua Reuerendiſſima. P. rudi ingenio noſtro, aut fortaſſis aſſiduis occupationibus, quibus vltra totum anni circulum his diebus premimur. At ſi talia. P. tua Reuerendiſſima arbitrabitur que digne poſſint in publicū exire, non nobis, ſed eterno deo ſit laus ⁊ gloria. A quo omnis ſapientia eſt, ⁊ cum illo fuit ſemper, ⁊ effudit illam ſuper omnia opera ſua, ⁊ ſuper omnem carnem ſm datum ſuum, ⁊ prebet illam diligentibus ſe. Eccleſiaſtici primo capitulo.

Solennis Tractatus cū excellenti additione editus per. R. P. ac clariſſimum vtriuſq; iuris doctorem dñm Nicolaum de Ubaldis de Peruſio Sacri palatij apoſtolici cauſarum auditorem.

Finis.

Tractatus ſuper Summulā De appellationibus, diſertiſſimi Decretorum Doctoris D. Boniconti, filij excellentiſſimi D. Jo. And.

¶ Diuiſio Tractatus.

prepoſitus eligatur,et circa qd idẽ eſt,vt no.in preallega.decre.qui
contra certam.in tertia glo.et eo caſu ſubdiſtinguimus inter quali
tatem beneficiorum:q2 aut talis appellatio interponit cõtra cer-
tam perſonã de electione,poſtulatione vel prouiſione facta vel fa-
cienda ad principalem dignitatem cathedralis vel regularis eccle-
2 ſie:per † cuius vacationẽ eccleſia ipſa cathedralis vel regularis di-
citur viduata.aut a facta vel facienda ad inferiores eccleſiaſticas di
gnitates,perſonatus,eccleſias,prebendas vel beneficia quecũq3 ec
cleſiaſtica et hoc ſecũdo caſu:quando.ſ.interponitur contra certam
perſonam propter factam vel faciendã ad huiuſmodi inferiora ca
thedralibus vel regularibus.

Eſt diſtinguendum circa qualitatem iudicis ad quez appellatio eſt in-
terpoſita:quia aut ad papam aut ad inferiorem iudicẽ a papa. Et
primo expediamus hunc ſcdm caſum qñ ad inferiorem a papa eſt
interpoſita,et tunc etiam ſi cõtra formam electionis,poſtulationis
vel prouiſionis,vel perſonas eligentiũ vel electi,poſtulantium vel
poſtulati aliqua opponuntur,etiam ſi opponant crimina vel de-
fectus,quo caſu cum nil ſit diuerſum ſtatutũ quo ad comparitio-
nem interpoſitam in huiuſmodi beneficialibus ſeruabitur qd ha-
betur.ſ.titu.proxi.§.qualiter.ver.porro.et hoc dico propter nota
ta in decre.j.de elec.lib.vj.in gloſ.ſecus vbi patet ipſam decre. non
vendicare ſibi locum in appellationib° ad inferiores a papa in hu-
iuſmodi interpoſitis.in alio vero caſu quãdo ſcz ad papam in hu-
iuſmodi inferioribus eſt interiecta,ſiue in iudicio, ſiue extra iudi-
cium fuerit interiecta eſt conſiderandum an aliqua opponant cõ-
tra formam electionis, poſtulationis vel prouiſionis,vel perſonas
eligentiũ vel electi,poſtulantium vel poſtulati,prouidentium vel
prouiſi:et propter hoc ad papam fuerit appellatum an vero q̃ op-
ponuntur etiam propter que appellatur non ſunt talia.

3 Jn primo caſu † eſt circa comparitionem ſeruandũ qd habetur in decre.prima de elect.
lib.vj.vt vez tam is qui opponit q̃ qui defendit et generaliter quo-
rum intereſt et quos cauſa contingit per ſe vel pcu.ad cauſam ſuffi
cienter inſtructos ſm no.de elec.c.cupientes.primo reſpon.in gl.
pe.lib.vj.debeant iter arripere ad curiam infra menſem a die obie-
ctionis computandũ, et demum q̃cito fieri põt ſeipſos pape pre-
ſentare:q̃ ſi altera partiũ poſt aductum alterius expectata per.xx.
dies infra ipſos nõ venerit procedetur poſtea in eius abſentia ſup
negotio illo,ipſa vlterius non citata et non expectata quantum de
iure poterit.vt patent hic in preallеg.decre.prima de electi.lib.vj.
Jn ſecundo vero caſu quando ſcilicet ea que in huiuſmodi infe
rioribus opponuntur et propter que ad papam etiam appellatur
4 non ſunt talia ſtabimus circa comparitionem iuri † antiquo cum
nil hoc caſu inueniam immutatum.et ad hoc faciant notata de ele
ctione.c.j.in glo.ſecus.lib.vj.ad idem cle.eo.ti.conſtitutionem.pri
mo reſponſo.pro qua.et ibi per notata potes hoc exemplificare.et
de his.ſ.§.proxi.vbi plene de hoc dixi.

Si vero queramus de interpoſitis i negotiis electionũ, poſtulationum
vel prouiſionum factarum ad principales eccleſiarũ cathedralium
5 vel regulariũ mariũ dignitates, per † quarũ vacationem dicũtur ec
cleſie viduate.Eo caſu eſt diſtinguẽdũ inter appellationem inter-
poſitam ad papã et interpoſitã ad inferiorem.Si ad papam, ſubdi
ſtingue:aut huiuſmodi appellatio non habet deuoluere effectum
confirmationis vel caſſationis electionis vel prouiſionis,vt q2 nul
la facta eſt electio poſtulationis,ſed appellatum eſt ne fiat niſi cer-
ta forma ſeruetur vel ſimpliciter ne fiat de tali:aut bene habet hu-
iuſmodi effectum deuoluere appellatio talis ad papam interiecta
et de his.ſ.eo.ti.§.j.ver.primo igitur.in primo caſu qñ non habet
huiuſmodi effectũ deducere ſubdiſtingue:q2 aut interiecta eſt con
tra certam et nominatam perſonam contra quam obiiciuntur cri-
mina vel defectus,et tunc licet non ſit ſeruãda in comparitione for
ma decre.cupientes.eſt tamen ſeruanda forma decre.prime.eo.ti-
tu.lib.vj.de qua forma.ſ.proxi.§.aut eſt interpoſita contra incer-
6 tam perſonam tantum ab ipſa electio.facienda. † Vel contra cer-
tam cui tamen crimina vel defectus non opponũtur,et hoc caſu eſt
in comparitionis actu nil eſt immutatũ de iure veteri, eadem que
in non beneficialibus eſt forma ſeruanda, de qua.ſ.titu.proxi.§.
qualiter.verſi.porro.et de hoc.ſ.eo.ti.§ ſexto videndũ reſtat.poſt
prin.Jn ſecundo vero caſu quando ſcilicet appellatio talis ſiue in
iudicio,ſiue extra iudicium interpoſita habet inducere deuolutio
nem confirmationis, vel infirmationis.electionis,poſtulationis,
vel prouiſionis,ſiue ante ipſam appellationem,ſiue poſt celebrate
ad aliquam huiuſmodi dignitatis:tũc ſeruanda eſt in ipſis forma
decre.cupientes, quã ad literam.vide.ſ.§.proxi.poſt princ in quo
§.circa finem.ver.vnũ tamen.dixi etiam qualiter ſit faciẽda et pro-
cedendum cũ ad papam appellatio huiuſmodi interpoſita habet
huiuſmodi effectũ deuolutionis inducere circa cõfirmationes vel
infirmationes electionũ,poſtulationũ, vel prouiſionũ factarũ ad
7 prelaturas regulares monaſteriorũ feminarũ, per quarum † vaca-
tionem eccleſie viduate dicuntur et ibi ſufficiat te remittere. Si
autem eo caſu in premiſſis appelletur ad inferiorem iudicem a pa-
pa:tunc cum nihil quo ad actũ proſecutionis ſit diuerſum ſtatu-
tum inter has beneficiales et nõ beneficiales ſtabimus et ſeruabit qd
dixi.ſ.ti.pxi.§.qualiter.ver.porro.et de hoc etiã.ſ.eo.ti.§.ſexto vi
dendum reſtat.circa fi.ver.breuiter.

Summarium.

1 Appellatione penden.ſi mors interue.quid iuris.
2 Ambitio eſt reſtringenda.
Expreſſo vno non venit reliquum.
Fauor expeditionis eccleſiarũ eſt ampliandus.
3 Lis quando dicatur pendere.

§.Octauus.

1 Octauo quoq3 videamus † quid
iuris in huiuſmodi beneficialibus ſi appellatione pendente mors
interue.vbi ſciendum q̃ ſi ſuper electionibus ad eandem dignita-
tem beneficiuz vel eccleſiam celebratis inter duos, quorum neuter
eſt poſſeſſor et p appellationẽ queſtio ventiletur, q̃ vno ipſorum
mortuo naturaliter vel etiam ciuiliter,puta ipſo a cauſe proſecu-
tione excluſo ad aliam electionem lite ſuper electione ſuperſtitis
electi pendente procedi non poteſt,vel contra hoc facta electio nõ
valet ipſo iure,vt in decre.j.vt lite pend.ſi autẽ inter duos poſtula-
tos,prouiſos vel preſentatos queſtio vertatur idem.vbi alterum
cũ altero concurrit.ſ.electio cum poſtulatione,prouiſione,vel pre-
ſentatione,vel id ſimile cum eadem ſubſit ratio.ſ.euitatio diſpen-
diũ eccleſiarum,ergo idem erit ius.v.ol.ad eius vero.iiij.di.deniq3.
de tranſla.inter corporalia.de elec.vbi periculũ.lib.vj.

2 Nec obſtat de preb.cum in illis.ij.et.iij.reſpõſo:† quia ibi ambitio que eſt reſtringenda.et ideo in
vno expreſſo non venit reliquum,vt ibi.iij.reſponſo.in fi. hic autẽ
fauor expeditionis eccleſiarum eſt ampliandus, vt in regula odia.
de re.iur.lib.vj.ſi vero alter litigantiũ poſſideret,et ipſe lite etiam
per appellationem pendente cederet vel decederet:tunc non po-
teſt ſibi alius ſubrogari vel ad beneficium illud aliquis eligi, poſtu
lari vel preſentari in preiudiciũ petitoris qui non poſſidet.alias cõ
tra factum non valet, vt in decre.ij.vt lit.penden.lib.vj. Poſſunt
tamen illi quorum intereſt adeſſe defenſioni,vtputa illi qui elege-
runt,preſentauerunt,vel contulerũt cadenti vel decedenti, vel qui
dicit beneficium ſibi debitum forte ex expectatione et admittẽtur
ipſi in eo ſtatu in quo cauſam inuenerunt,vt ibi.eſt autẽ hodie ter
3 minatum p cle.eo.ti.ſcz vt lit.pendẽ.cum lite.litẽ † quo ad hoc dici
pendere,cum a iudice competenter citatio emanauit et ad partem
citatam peruenit,vel per eam factuz fuit quominus ad ipſum no-
titiam

titiam perueniſſet: dūmodo in citatione tpa talia ſint expreſſa per que plene inſtrui poſſit ſuper quibus in iudicio conuenitur.

Summarium.

1 Appellante proſequi negligente an poſſit tertius qui nō appellauit appellationem proſequi.
2 Diuerſum cū non inueniatur ſtatutum inter beneficiales cauſas et non beneficiales, quid ſeruandum.
3 Appellationem proſequi quando quis poſſit.
4 Tertius cuius intereſt qui non fuit appellans nec adherens, an poſſit intentare nouam actionem ſuper obiectis.
5 Appellans ſi colludendo permittat ſe ſuccumbere vel cum aduerſario componit, quid iuris.

§. Nonus.

1 **Nono tractandū eſt** † an appellāte in hmōi officialibus pſeq negligente poſſit tertius qui nō appellauit appellationē proſeq. Circa qđ eſt diſtinguendū circa modū agēdi: qm aut agit vt quis ab obtento remoueatur vel deiciat. et ppter hoc fuit appellatū: aut impugnādo vel excipiēdo aliquid proponitur vt repellat ab obtinēdo et ob
2 hoc appellat. In primo caſu † qū nil diuerſum inueniaꝫ ſtatutum quo ad hoc inter beneficiales cauſas et nō bñficiales dicā idē ſeruandum qđ in nō beneficialibꝰ dictū eſt. ſ. ti. proxi. §. j. ver. qđ ſi ille. In ſcđo vero caſu puto diſtinguendū an talis obiectus fiat in iudicio. et tunc idem qđ. ſ. proxi. dictum eſt. an vero fiat extra iudiciū. et hoc caſu ſubdiſtingue: qz aut qui impugnat obijcit crimina vel defectꝰ cōtra electū, poſtulatū vel prouiſum, vel ꝯ certā et noiatā perſonam ne eligatur vel poſtulet, vel ne eidē prouideat: vel ꝯ eligētes poſtulantes vel prouidētes vel electionis vel puiſionis formā et ppter q̄ appellat non ſunt talia. In primo caſu aut ille q vult proſeq adheſit debito modo et tpe de quo. ſ. titu. proxi. §. j. ver. qđ ſi ille appellationi ab alio interpoſite dūmodo in ipoſitiōe ſit forma debita ob-
3 ſeruata. de qua. ſ. e. §. j. et tunc † poterit appellationem proſequi dūmodo proſecutionis tpe iuret et ſpecificet ſm formā decre. vt circa de elec. lib. vj. vt ibi etiā no. in glo. dixit gar.

Si vero forma debita et ſtatuta p ipſam decre. vt circa non fuerit ſeruata per appellātē, ſi in iurando fuit omiſſa nō an dicetur neduꝫ adherens: ſed nec ipſe idem appellans ſup aliquo cōtentorū in ipſa appellatiōe, nedū p viā appellationis ſed nec etiā per viā querele. Itē nec tertius non adherens admittetur in cā ipſa pro intereſſe cōi, illos articulos vel obiectus proſequens. pōt tamē aſſiſtere appellāti ne colludat. vt in
4 cle. de electione. cōſtitutionem. §. ceterū et ſequēti, lꝫ fatear q † ipſe tertius cuius intereſt qui nō fuit appellans nec adherēs pōt intentare nouam actionē ſuper ipſis obiectibus et ipſam proſequi p ſuo ſingulari et priuato itereſſe, vt ibi pꝫ. ſi autē ea q̄ obijciunt ppter q̄ appellat nō ſunt talia dico adherentem debito modo et tpe ipſi appellationi admittenduꝫ ad ipſius proſecutionē inuito appellante qz ipſius intereſt ppter adheſionis officium. Si vero non adheſerit vel non debitis modo et tēpore non puto ipſum admittendum ad proſecutionem appellationis: qz ſua non intereſt et ex ipſa non fit ſibi preiudicium vt ſic in hoc caſu idē qđ in nō bñficialibus obſeruetur de quibus ſupra dixi. Poterit autē per modū actionis noue ipſam proſequi fateor tamē q nec his caſibus deficit officiuꝫ iu-
5 dicis vt de elec. nil eſt. et eo. ti. quāuis. lib. vj. † Quid autē iuris ſi appellans colludendo permittat ſe ſuccumbere vel cū aduerſario cōponit dic vt dixi. ſ. titu. proxi. §. j. ver. quid ſi ille.

Summarium.

1 Appellantium pena deficientium in appellationis cauſa.
2 Deficiens in probatione obiectorum in perſonā ſuſpenſus eſt ipſo iure a perceptione beneficiorū in eccleſia obtentorum.
3 Plena probatio obiectorū in quibus requiratur.
Appellans qui nō veniēs condēnatur in expenſis appellato veniēti.
4 Crimina plura vel defectus obijciens quā penam euitet.
5 Pena cum non ſit ſtatuta certa, locum ſibi vendicat arbitraria.
6 Decre. vt circa. in quo locum ſibi vendicet.
7 Iuris veteris obſeruantia non debet immutari circa iudiciales.
8 Glo. quandoq; potius arguēdo vel allegādo q̄ determinādo dicit.
9 Iura oīa volunt penas et odia reſtringi et non laxari.
10 Proteſtatio vel extenſio fruſtra in quibus apponatur.
11 Caſus plures in quibus nō ſufficit generale procuratoriū, ſed requiritur ſpeciale.
12 Pena calūnie que ſit.
13 Iuramentum an excludat calūniam.
14 Obiecta in perſonam et in formam an ſint diuerſa.
15 Interpretationem benignam quantū poſſumus in penalibus facere debemus.
16 Deficiens in pbatione, excluditur a proſecutione cauſe.
17 Obijciens plures euidentes, manifeſtos vel notorios defectꝰ ſcientie vel perſone ſi alterū tm̄ probat, quid iuris.

§. Decimus.

1 **Decimo videndum eſt** de vltimo. ſ. de pena † appellantiū in huiuſmodi beneficialibus et deficientiuꝫ in appellationis cā. Et circa hoc eſt conſiderandū, an in ipſis bñficialibus agat per modum accuſationis, denuntiationis vel inqſitionis vt ab obtento quis remoueatur, et in tali cā fuerit appellatū, et hoc caſu ſi ſuccubuerit appellans nil eſt de veteris iuris pena immutatū vnde locus ſolūmodo erit pene calūnie de qua de penis. calūnia. an vero agatur vt ab obtinendo quis repellatur: et hoc caſu eſt diſtinguendū an ad papam fuerit appellatū, an ad inferiorē a papa. Si ad papā et obijciuntur cōtra electum, poſtulatū vel prouiſum vel eligendū, poſtulandum vel prouidendū vel ꝯ eligentes, poſtulātes vel prouidētes vel eligere, poſtulare vel prouidere debentes ad dignitatē vel beneficiuꝫ aliqđ, crimina vel defectus ꝯ perſonā aliquā premiſſarum et ppter ipſa obiecta ad papā fuerit appellatum ſiue per obijcientē ipſū ſiue per eū ꝯ quē obijciunt ſm no. per. d. P. M. poſt Cōpo. in preallé. decre. prima ſup verbo, ppter hoc, ſiue in iudicio ſiue extra iudiciū fuerit ſuper quibuſdam beneficijs interpoſita. dūtamē ad papam eſt ipſa pena deficientis in probatione obiectorum in pſonā: quia
2 † ipſo iure p trienniū eſt ſuſpenſus a perceptione beneficiorū q̄ obtinet in illa eccleſia de qua vel in qua facta vel facienda erat electio vel poſtulatio vel prouiſio: ad que bñficia vnū vel plura ſi in illud tēpꝰ temere ſe ingeſſerit, eſt illis in perpetuo ipſo iure priuatus vt in preallé. decre. primo. de elec. li. vj. et eo. titu. ſi compromiſſarius. in ſi. eo. li. et nihilominus eſt parti alteri in expen. legitimis per ſententiam condēnandus, quas propter hoc docuerit ſe feciſſe vt not. d. p. m. poſt archi. in preallé. decre. prima ſuper verbo ſuſpenſum. Dicitur autem eo caſu ſe ingerere ad hoc vt predictam penā incurrat, etiaꝫ ſi pendēte probatione erroris ipſum a pdicta pena excuſare debētis de quo. j. ponetur poſuerit cuſtodē qui oia perciperet ſi etiam ipſe nihil adminiſtraret. Hec vera niſi ſup ior auctoritate id faceret vt poſt ho. ſcripſit. d. P. M. in prealleg. decreta. prima ſup gl. ſecus. Si vero deficiat in pbatione obiectorū in formā tm̄ eo caſu condēnatur parti appellate in expēſis legitimis ppter hoc factis vt ibi.

Ad euitandam autem penā premiſſaꝫ quolibet caſuum pmiſſo-
3 rum requiritur plena † probatio obiectorum nec ſufficeret caſu aliquo ſemiplena: vt poſt archi. ibidem ſcripſit. d. P. M. in verſi. qui vero ſuper verbo probatione. nec credas qđ hanc penam incurrat appellans niſi probandi onus ſubierit, vt no. in preallé. decre. primo in gl. hanc penā. ibi etiam no. q appellans q nō venit condēnabitur in expen. appellato venienti. qđ intelligas ſi victus fuerit in ſi. lit. vt ſuper ipſa gl. ſcripſit. d. P. M. et ſcias penas premiſſas tūc tantū ſibi locum vendicare ſi illas obijcienti de iure incūbat probatio obiectionum, ſecus ſi non incumbat ſibi probationis onus: vt quia ponit ſe non nominatum vel vocatum. circa qđ vide qđ dixi
4 ſ. eo. ti. §. j. charta tertia. ver. aduerte: plura autē † crimina vel defectus obijciens euitat penam premiſſam dūtamen ipſorū alteruꝫ probet qđ ad caſſationē ſufficiat vt no. in prealleg. decre. primo. in glo. ſm Compo. et idem ibidem Inno. ho. Io. an. mo. et archidia. qđ autē iuris ſi in illa eccleſia beneficium nō habet opponēs. vide not. in decre. ſi cōpromiſſarius eo. titu. in vlti. glo. vbi tenet quod extraordinaria pena punietur. et idem Io. mo. et archi. cōtradicēs quod tunc extenditur ad omnia alia beneficia que hꝫ etiam in alijs eccleſijs, cuius dictum reprobatur: quia aut ipſa decre. ſi compromiſſarius eſt iuris veteris declaratoria, et tunc nulluꝫ dubium: aut eſt iuris noui promulgatoria, et tunc poſt ipſam non habuit locuꝫ pena niſi in beneficijs ipſius eccleſie vt ſic in ſubſequentibus poſtea caſibus locus ſit dicto gl. vbi in ipſa eccleſia beneficia non habet: quia
5 † cuꝫ certa eo caſu non ſit ſtatuta pena locum ſibi vendicāt arbitraria de offi. dele. de cauſis. Euadit autem penas premiſſas quolibet caſuum predictorum ſi docuerit qđ probabilis error ipſum a calūnie vitio excuſet, vt preallé. decre. prima in ſi. nā et in obiectu in formaꝫ poteſt cadere probabilis error, vel vt ibidem ſcripſit. d. P. M. nec puto qđ appellans in preſentatione patroni ad papam vel etiā ad inferiorē iudicē a papa etiam in caſibus ſequentis ver. in prin. puniatur penis premiſſis, ſi in obiectorum probatiōe deficiat, de quo ſufficiat remittere ad ea que ſcripſi. ſ. eo. ti. §. nunc autē in ſi. Cum vero ea que obijciūtur non ſunt talia vt premiſi licet ad papā fuerit appellatū eo caſu iterum diſtinguimꝰ an. ſ. fuerint oppoſita crimina vel defectus contra perſonā vel formā vt ſuperius eſt dictū, et propter ipſa appellatum. aut ea que opponuntur nō ſunt talia. In primo caſu quando. ſ. oppoſita ſunt huiuſmodi. tunc iterū ſubdiſtinguimus an in iudicio an extra iudicium fuerit appellatuꝫ: ſi

extra iudicium, tunc dicam non probantē obiecta puniri pena ſeu
penis de quibus ſupra proxi. dictum eſt habita diſtinctione an de
fecerit in probatione obiectorum in perſonam an in formam: quia
6 decreta.† vt circa, que hoc caſu penā premiſſam imponit locū ſibi
vendicat in appellationibus ad inferiores a papa interiectis vt ibi
no. in gloſ. ad papam.

Item etiam locum ſibi vendicat ſolum in appellatio-
nibus extraiudicialibus vt patet. e. ti. cō
ſtitutio. ergo ⁊ ipſius pena ſolum in ipſis locum habebit. In ſecūdo
vero caſu q̄n. ſ. obiecta vel oppoſita non ſunt talia etiam cū ad infe
riores a papa extra iudiciū appellatur eo caſu dicā qd̄ cum tūc lo-
cum non habeat decre. vt circa nec eius pene locus erit, ſʒ ſoluʒ pe-
ne iuris antiqui ⁊ generalis vt condēnetur aduerſario in expen. p
pter hoc factis, nec hoc caſu habet locum pena calūnie vt dicā in-
fra. Item ⁊ idem dicendū eſt etiam multo fortius. ſ. quod ſit locus
premiſſe quando in iudicio eſt appellatum ad inferiores iudices a
papa: quia ſiue oppoſita fuerunt crimina vel defectus ſiue non dū-
modo appellatio fuerit iudicialis non vendicat ſibi locū ipſa de-
7 creta. nec eius pena: quia † circa iudiciales nil eſt de veteris iuris
obſeruantia immutatum vt patet in prealleg. decre. conſtitutio in
fi. ⁊ faciunt que dixi ſupra. e. parte. ſ. §. nos autem de appel. in pn.
⁊ adhuc ideʒ ⁊ multo fortius. ſ. quod non ſit locus penis premiſſis
ſi coram ordinario confirmatore ſiue ſit papa ſiue inferior ad repel
lendum electum ſimpliciter abſqʒ aliqua appellatione oppono cri
mina vel defectus lʒ illa non probē. pro hoc dicto faciunt notata p
cōpo. in preall. decre. prima. de elec. li. vi. in glo. querit, ⁊ per Guil.
in Spe. de procu. §. i. ver. ſed nunquid media cauſe. nec ob. huic di
cto no. in cle. non pōt de procur. in magna glo. ⁊ iura ibi allegata q̄
videnē huic dicto cōtradicere. Nam vt ibi dicere conſueui gl. in ipa
8 cle. non tenet hmōi dicti cōtrarium. nam ea † que ponit, dicit po-
tius arguendo vel allegando quaʒ determinando dicat vt p teipſū
ibi videre potes. Itē quia ſatis foret abſurdum dicere qd̄ quantuʒ
ad eam partem ipſius decre. in qua tractatur de actu deuolutionis
cauſe ad curiā q̄ ppt̄ faciliorē eccleſiarū expeditionē ⁊ ordinationē
eſt inducta, ⁊ q̄ eſt ipſis eccleſiis ⁊ aiab' fauorabilis reſtringat cōſti
tutio ipſa in tm̄, ⁊ in ea parte in qua eſt penalis ⁊ odioſa laxaretur
9 cōtra omnia † iura volentia penas ⁊ odia reſtringi, ⁊ nō laxari, im-
mo videretur potius contrariū dicendum quod ſi licet deuolutio
in appellationibus ⁊ ad aliū interpoſitis locum haberet, ſed nō pe
na illius decreta. vt ſic ipſaʒ in eo quod eſt fauorabilis ampliarem'.
in eo vero quod eſt odioſa reſtringeremus per regulam odia de re-
g. iur. lib. vi. cum concor. ibi nota.

Reſtat vt reſpondeatur ad iura in cōtrariū allegata in glo. cle.
predicte. Et primo ad decre. vt circa. de elec. li. vi. ⁊ dic quod illa de-
cre. non facit contra, immo potius facit pro hoc dicto: quia niſi in
fi. ipſius decreta. vt circa fuiſſet appoſita proteſtatio ſeu potius ex-
tenſio que penā decre. prime. e. titu. ⁊ lib. que ſolum in appellatio-
nibus ad papā interiectis loquitur reſeruaſſet vel extēdiſſet ad ca-
ſus ipſius decreta. vt circa, que in extraiudicialibus appellationi-
bus ad quēcūqʒ papam vel alium interiectis locuʒ habet vt ibi no.
in glo. ad papā dixiſſemus quod in ipſius decre. vt circa caſibus lo
cum non habuiſſet niſi ſoluʒ quando appellatio ad papam fuiſſet
extra iudicium interiecta, ⁊ hoc per decre. infra. e. tit. ⁊ lib. ⁊ niſi ſic
10 dicamus eſſet alias dare quod ille finis ſeu illa † proteſtatio vel ex-
tenſio fruſtra ⁊ ſuperflue fuiſſet appoſita quod eſſet contra proui-
ſionem autoris facta in prohemio ſexti lib. decre. ſi forte. e. lib. ⁊ ti-
tu. non ob. quia ſi bene ponderatur notāter non expreſſit ſed gene
raliter loquens innuit penam prealleg. decre. i. deberi in caſibus in
quibus exprimitur ipſam deberi in his autem in quibus nō expri
mitur deberi alias ordinariam cum circa non expreſſos nil in ipſa
ſtatuatur, ad prealle. cle. vero poteſt facilis dari reſpōſio: qr ipſa ni-
hil dicit de penis illius decre.

Item non eſt bona argumentatio que ſit de ipſa de-
cre. que dicit quod vbicūqʒ eſt locus pe
ne illius decre. prime prealle. non ſufficit generale procuratoriū er-
go vbi non ſufficit generale procuratorium eſt locus pene. iſta non
11 eſt bona illatio argumentatio vel concluſio qr † multi ſunt caſus in
quibus nō ſufficit gn̄ale procuratoriū immo requirit ſpāle, ⁊ tn̄ nō
eſt locus pene. ⁊ multos tales caſus habes in tex. ⁊ glo. decreta. qui
generaliter de proc. lib. vi. nec ob. pena decre. prime. §. qui vero de
elec. li. vi. qr cum decre. ipſa ſolūmodo loquat in appellationib' ad
papā interpoſitis, ergo pena in huius ad papam appellantibus
in caſibus ipſius decre. que in iudiciali ⁊ extraiudiciali appellatio-
ne ad papam interiecta locū hʒ ⁊ decre. vt circa que ſolūmodo q̄n
extra iudicium appellatur ad quēcūqʒ tn̄ etiam inferiorem a papa
locum tantuʒ ſibi vendicabit, ⁊ non in aliis ſcilicet quando preter
appellationē talis opponuntur: ſtabimus ergo in his vltimis tri-
bus caſibus ſupra poſitis in verſi. in. ſi. vero ⁊ duobus ſequentibus
iuri antiquo puto tamen qd̄ in his duobus caſibus notatis in ver.
Item ⁊ idem ⁊ ver. adhuc ſcilicet quando in iudicio appellatū fuit
ad inferiorem iudicem a papa vel quando per ſimplicē oppoſitio-
nem aditur ordinarius ſiue ſit papa vel inferior ſi opponanē crimi
na vel defectus in perſonam promouēdi erit tunc pena calūnie pu
12 niendus opponens ⁊ ſuccūbens: que pena † eſt vt ſimili pena ipſe
puniatur qua puniri deberet is contra queʒ oppoſuit ſi defectus
vel crimina fuiſſent probata, vt. ff. de calū. l. i. §. i. ⁊ de hoc. e. titu. de
calū. c. i. ⁊. ii. niſi forte probabilis error ipſum a calūnie vitio excuſa-
ret vt ſupra dixi ⁊ ſit ratio: quia cū in his caſibus non ſeruetur for-
ma decre. vt circa, vt ſuperius patuit. ⁊ ſic per cōſequens non iurat
13 ſecundū ipſam formā ergo † iuramentū nō excludit calūniam. Pe
na ergo calūniosi punietur ⁊ locum in his habebit. Ad hoc faciūt
no. in decre. prealleg. vt circa in glo. ſi nō dicat ⁊ nihilominus fiet
condēnatio expen. quas cōſtiterit aduerſariuʒ propter hoc in lite
feciſſe. ¶ Sed ſi in ipſis duobus caſibus. ſ. no. in ver. Item ⁊ idem
⁊ ver. ſc. nihil fuiſſet obiectū in perſonā electi, ſed ſolum in formaʒ
vel perſonas eligentium que obiectio proprie in formaʒ dicitur vt
no. de elec. c. i. lib. vi. in glo. que eſt ſuper verbo perſonas. Sup qua
ſcripſit. d. p. m. Jo. mo. ⁊ Cōpo. idem erit eo caſu tm̄ in expē. condē
natio facienda nec erit de calūnia puniendus proprie ſumpto voca
14 bulo. pro quo dicto facit decre. vt circa. e. tit. ⁊ lib. que † obiecta in
perſonam ⁊ in formā ponit vt diuerſa. nec obſt. huic vltimo dicto
prealleg. decre. prima que quo ad penam equiparat obiectionem
in perſonā electi ⁊ perſonam promouendi vt ibi nota. ⁊ dixi ſupra.
Item qr cū pena prealleg. decreta. prime non vendicet ſibi locum
niſi in appellationibus ppter predictos obiectus interpoſitos ad
papam in iudicio vel extra vel ad inferiorem extra iudicium tm̄ vt
in decre. vt circa. ergo ipſa pena in premiſſis duobus proximis ca-
ſibus in quibus termini variantur locuʒ non habebit ſed pena tm̄
15 iuris antiqui generalis. vt ſic in † huiuſmodi penalibus benignam
quantū poſſumus faciamus interpretationem per regulam odia
de reg. iur. lib. vi.

Et ſcias quod in quolibet caſu premiſſorū. ſ. ſiue ad
papā ſiue inferiorē, ſiue in iudicio ſiue
extra appellet, ſiue etiā nō appellet, ſʒ ſolūmodo ordinariū adeat
per viam oppoſitionis vel exceptionis ⁊ cōtra promouendum ad di
gnitatem opponantur etiā poſt confirmationem priua ante conſe
crationem vel poſſeſſionem adeptā aliqui euidentes manifeſti vel
notorii defectus ſcientie vel perſone locum habet in ipſorū diſcuſ
16 ſione forma decre. ſi forte de elec. lib. vi. ⁊ † cōtra deficientem in pro
batione locum habet ipſius decre. pena. vt. ſ. in totum excludatur
a proſecutione cauſe in qua talia obiecerat. ⁊ nihilominus punia-
tur ac ſi in probatione obiectorum omnium defeciſſet. que tamen
forma nec etiam pena locum ſibi vendicant quādo huiuſmodi op
ponuntur promouendis ad minora beneficia vel prebendas vt ibi
no. in glo. eſt ergo et in decre. ab eo. titu. in glo. ii. que antē hic p to-
tum dicuntur de condēnatione expenſarum, intelligas vera ſi ipſe
qui venit condēnandus in expen. habet proprium. Si vero eſt reli
gioſus vel profeſſus qui proprium nō habet. pro motu iudicis cō-
dēnabitur et punietur alia pena vt no. hoc. e. titu. reprehenſibilis
17 in gloſ. pe. ⁊ de preben. de multa in. ii. glo. † Quid autē iuris ſi obii
ciens plures tales euidentes manifeſtos vel notorios defectus ſciē
tie vel perſone alterum tantū pbat, ⁊ reliquos nō probat. Itē quid
ſi permixtum examinatis huiuſmodi obiectibus qui dicentur eui-
dentes manifeſti, vel cum his qui non proponuntur eſſe tales ap-
pareat ea que euidentia dicebantur non eſſe probata. reliqua vero
ſic vt no. in prealleg. decre. ſi forte. in glo. ſi ergo. ⁊ ibi videas.

Explicit Tractatus domini Bo
niconti decretorum doctoris, ⁊ filii excellentiſſimi dn̄i Joānis An
dree decretoruʒ doctoris, de Appellationibus interpoſitis in cau
ſis beneficialibus.

Tractatus aureus de accuſationibus et inquiſitionibus, domini Bonitonti filii D. Joannis Andree.

Summarium.

1 Curia romana agit de crimine duobus modis.
2 Accuſare quis poſſit, et quis accuſari.
Actio criminalis que dicatur.
Juris ordo eſt ſeruandus.
3 Pena certa a lege ſtatuta debet imponi.
4 Crimē non graue arbitrariam requirit penam.
5 Procurator licet interuenire non debeat, ſi tamen interueniat et non excipiatur, valet quod cum eo agitur.
Actio mixta que dicatur.
6 Crimen excipiendi quod ſit.
7 Inſcriptio quando non ſit neceſſaria.
8 Denuntiatio euangelica ad penitentiam tantū agit, nō ad penā.
9 Diſputandū nō eſt de iuris apicibus, cum de bona fide agitur.
10 Beneficium retineri ſine peccato quando non poſſit.
11 Repulſus ab accuſatione ad quid admittatur.
Priuata denuntiatio per quos fiat.
12 Denuntiatio euangelica et canonica quid inter ſe differant.
13 Remedio appellationis uti debemus contra grauamina.
14 Juramentum non eſt exigendum ab inquiſito.
15 Judicialis denuntiatio eſt duplex.
16 Denuntiatio priuata que ſit.
17 Judex eccleſiaſticus denuntiationem an indiſtincte admittat.
18 Inquiſitus an iurare teneatur ſuper inquiſitis capitulis, cum ad denuntiationem alterius procedatur.
19 Euangelica denuntiatio requirit qđ denuncians ſit ſine macula.
20 Regularis denuntiatio que ſit.
21 Ordinarie inquiſitionis quot ſunt ſpecies.
22 Ordinarius vel viſitator cum viſitat, nulla precedente infamia inquirit ſuper ſtatu eccleſie.
23 Criminoſi, inimici et cōſpiratores quando admittantur ad teſtimonium.
24 Legitima defenſio reſeruatur ei cōtra quem crimē vel infamia probatur.
25 Ordinarius quilibet poteſt ex officio inquirere de fama ſubditorum et infamia reperta de crimine.
26 Officiū iudicis valde exuberat circa modum inquirendi.
27 Inquiſitus vel correptus an poſſit appellare a correptione vel ſententia.
28 Judex eccleſiaſticus ſuper intereſſe ſingulari vel priuato alicuius perſone nō poteſt per inquiſitionē procedere ex officio.
29 Inquiſitus cum habeat ſuo ſacramēto de veritate reſpondēda, nū quid poſſit admittere procuratorem.
30 Agens per viam inquiſitionis dicitur agere ciuiliter.
31 Inquiſitio criminum ad euangelicā denuntiationem ſpectat.
32 Inquiſitus quoties non habet ſub iuramento reſpondere, poteſt procurator interuenire.
33 Ordinarius poteſt inquirere contra ſubditū licet nō infamatum, dummodo ſit ſibi ſuſpectus.
34 Monitio charitatiua precedere debet inquiſitionem.
Reipublice vtile eſt ne crimina remaneant impunita.
35 Crimē quod denuntiatur ſi habet facti perſeuerantiam vt fornicatio, quilibet admittitur.
36 Generalis inquiſitio que dicatur.
37 Prelatus ſolus vbi eſt diffamatus inquiri poteſt tam in capite quam in membris.
Capite langueſcente cetera membra languent, vel languere preſumuntur.
38 Legitima defenſio ſemper eſt reſeruanda.
39 Exhibitio denegata qn̄ poſſit inquiſitus licite appellare.
40 Inquiſitus cōtumaciter abſens in eius odiū (prius facta fide de infamia) procedetur ad receptionem teſtium, et ad diffinitiuā etiā lit. non conteſta.
41 Infamia per quot teſtes probetur.
42 Litere inquiſitionis per excōmunicatū impetrate an valeant.
43 Judex qn̄ ex ſuo mero officio procedat ad criminis inquiſitionem, vel ad denuntiationem officialis publici.
44 Superior ſiue iudex in iudicādo quam formam ſeruare debeat.
45 Clamoſa et frequens denuntiatio an ſufficiat contra conſtitutum in dignitate.
Frequentiam quot vices inducant.
46 Juramēto inquiſito preſtito an ad inquiſita reſpondere teneat̄.
47 Facultas oīs legitime defenſionis inquiſito reſeruatur.
Leuiores probationes ſufficiunt cōtra priuatū quam cōtra prelatum.
48 Vocandus eſt is contra quē eſt facienda inquiſitio vt ſe defendat.
49 Prelatus procedere poteſt quacunque via melius poteſt, vt attingat criminis veritatem.
50 Inquiſitio ſpecialis quomodo fiat.
51 Teſtes an poſſint compelli quando iudex procedit in viſitādo vel confirmando.
Peccata nocentum reipublice expedit eſſe nota.
52 Bonus et idoneus quilibet preſumitur, niſi contrariū probetur.
53 Denuntians prelatū an debeat ab eccleſia expenſas habere.
Innocentiā ſuam probare nunquid poſſit is contra quē facta eſt inquiſitio per familiares vel cubicularios ſuos.
54 Inquiſitor publicatis atteſtationibus an poſſit ſuper eodē crimine iterū alios teſtes inducere vel recipere.
Inquiſitor ſi in aliquo minus bene proceſſerit an illud reuocare et de nouo procedere poſſit.
55 Commiſſio quando ſit in modum ſimplicis inquiſitionis, quid in ea apponatur.

Iuini nominis inuocatione pmiſſa, ac intemerate virginis gloriose et pretioſiſſimi cōfeſſoris ac doctoris beati Hieronymi. Ego Bonicontus decretorum doctor natus patris venerabilis domini Jo. Andr. decretorū doctoris huius rubrice materiam tractaturus que quotidiana eſt et practicabilis de quatuor modis procedendi ſuper criminibus ſpecialiter tractabo. Ubi ſciendum quod Hoſti. et d. p. m. recitant in decretali qualiter. ii. de acc. eo. ti. ſuper
1 verſu. Tribus modis. in curia † Romana duobus modis agi de
crimine. ſ. per modum iuſtitie, et per modum gratie. Et primo modo ſex modis. Secundo quatuor. ſed quia hoc eſt ſpeciale in Romana curia, ideo hoc omiſſo dicas de crimine agi poſſe quatuor modis. ſ. Accuſando: excipiendo: denuntiando: et inquirendo. de quorum tribus habetur. eo. titu. ſuper his. et prima glo. ibi addit quartum. de iſtorum autem ſingulorum procedendi forma in eccleſiaſtico foro, et ipſorum pena videamus. Et primitus de primo. ſcz
2 ante omnia ſcias qđ † quis poſſit accuſare et quis accuſari tractat
Guil. in Spe. de accuſatore. et titulo de accuſato. et de materia etiam ti. de criminibus et eorum cognitionibus vnde in hoc non inſtabo.

Eſt autem ſciendum qđ quādoque contra aliquē agitur per modum accuſationis de crimine criminaliter ad penam legitimā infligendā. et dicitur talis actio criminalis. Et quid hoc caſu continere debeat libellus notatur de procura. tue. in glo. in quarta. et glo. ſequēti. Cum autem tali modo proceditur eſt iuris ordo ſeruandus. vt. ſ. libellus offeratur, fiat litis conte. et alia omnia obſeruentur que in aliis cauſis ſunt obſeruāda. Pena autē probato crimine in hoc modo agē
3 di eſt † quia ſi certa pena eſt ſtatuta ſiue ſit corporalis ſiue dignitatis remotio ſiue fame leſio illa imponatur. C. qui accuſa. non poſ. l. non ignorat. et l. qui de crimine. et l. pe. non autem imponet̄ tūc durior, vel leuior. Si non eſt certa ſtatuta. ſi crimen fuerit graue degradetur ab ordine. vt. e. ti. qualiter. ver. verū ita, et ibi diminutionem capitis notat. d. p. m. de ſeptē ſpeciebus penarū. Quod aūt dixi quod hoc caſu debet degradari intelligas verbaliter: hoc eſt qđ ab officio et beneficio deponatur, non autē intelligas de actuali degradatione, niſi tale eſſet crimen quod ipſam requireret. de ipſius aūt actua
4 lis et verbalis forma dic vt de penis. degradatio. lib. vi. ſi † vero crimen non ſit graue imponetur arbitraria de offic. deleg. de cauſis de tranſac. e. ſi.

Et ſcias quod cū hoc modo proceditur non interuenit procurator ad totam litem poſſet autem procurator interuenire ad certum articulum tantū, puta ad productionem teſtium: vel ad videndum illos iurare, vel ipſorum publicationem, vel ſimilem actum, vt notat d. p. m. poſt Inno. de teſtibus ex parte ade. in gloſ. ſcilicet per procuratorem. Quid autem circa hoc teneant legiſte, et quaſdam queſtiones de materia vide per Cynum. C. qui accuſa. non poſ. l. reos. fallit tamē hoc in caſibus notatis in decre. veniens eo. tit. in prima glo. et circa hoc videre potes ibi ſcripta per. d. p. m. ſuper ipſa gloſ.
5 ſed ſcias tamen † quod licet in hoc caſu interuenire non debeat procurator, ſi tamen interueniat, et non excipiatur, valet quod cum eo agitur. vt no. de in. c. i. lib. vi. in glo. intelligas: et vide ibi ſcripta per d. p. m. ſuper ipſa glo. Et eſt in hoc caſu inſcriptio neceſſaria, vt de accu. ſuper his. Quandoque eſt talis actio ciuilis vt ago cōtra te ſuerti ad rei recuperationem non ad penam: vel ago iniuriarum ad emēdam vel ſatiſfactionem, non ad penam. Mixta autem quandoque dicitur talis actio: quando agit maritus contra vxorem de adulterio non ad penam ſed ad thori ſeparationem: de procu. tue et talis mixta ſapit naturam ciuilis. vt no. d. p. m. ¶ Et in his duobus vltimis caſibus bene interuenit procura. vt in prealleg. decre. tue. et de accuſa. ſuper his. et no. de iudi. c. i. lib. vi. Crimine vero probato

cum actio eſt ciuilis vel mixta conſequitur agens id ad qđ eſt actū
non autem penam criminis,⁊ obligabit agens tunc ſe ad penam
extraordinariam.vt no.in predicta decre.tue.

6 **Nunc autem** de ſecundo agendi modo videamus.ſ.
quando † agitur de crimine excipiēdo
de quo quādoqꝫ excipitur cōtra accuſatorem vel teſtē,vt ab accuſa
tione vel teſtimonio repellatur vt de ordi.cogni.cum dilectus de
excep.c.j.⁊ hoc caſu de crimine non punitur.nec ex hoc infamia in
tis notatur.ſed ſolūmodo a teſtimonio teſtis repellitur,ſiue eiꝰ di
cto fides non adhibetur vt in iuribus prealleg.Accuſator vero ab
accuſatione remouetur vt de accuſa.c.j.nec hoc caſu inſcribitur.vt
eo.titu.ſuper his.Quandoqꝫ vero contra promouendū excipitur
⁊ tunc aut per confirmationem erat ius conſequutus ſ3 nō plenū:
quia nondum forte cōſecratus,palleatus vel poſſeſſionē adeptꝰ,⁊
7 tunc nō eſt † aliqua inſcriptio neceſſaria:vt in prealleg.c.ſuper his
aut per cōfirmationem erat ius conſequutus ⁊ vinculū ſpeciale cō
tractum,vt de tranſlatione.inter corporalia.Et hoc caſu qꝛ deijcit
ab ipſo iure queſito per cōfirmationem ſ3 ius plenū3 non ſit,inſcri
bitur non ad penam talionis:ſed ad extraordinariā iudicantis ar
bitrio vt in prealleg.c.ſuper his.¶ Puto tamē quolibet premiſ
ſorum caſuum procuratorem interuenire poſſe:qꝛ non agitur hoc
modo ad penam criminis a iure ſtatutam,nec etiam arbitrariam
inſligendam:ſed ſolum ad repellendū eum contra quem exceptio
proponitur vt de excep.c.j.⁊.c.dilecti.

Subſequenter de tertio eſt videndum.
quando.ſ.p
viam denuntiationis de crimine agitur.Circa qđ eſt ſciendum ꝙ
denuntiationis quadruplex eſt ſpecies.Quia alia euāgelica.Alia
canonica.Alia iudicialis.Alia regularis,de quibus per.d.p.m.vi
dere poſſes in decre.nouit.de iudi.in vlti.ſua glo.¶ De prima.ſ.
8 euangelica eſt ſciendum ꝙ † per ipſam ad penitentiam tm̄ agitur
non ad penam.Poteſt tamē tam de delicto cōmiſſo ꝙ etiā de cō
mittendo fieri:vt ſcripſit.d.p.m.in decre.prealle.nouit de iudi.
¶ Oportet autem ꝙ huiuſmodi denuntiationē duplex precedat
monitio.Prima quarū probatur per ſolum iuramentum denun
tiantis.Secunda per ipſius eiuſdem denūtiantis.⁊ vnius vel duo
cum teſtium ſecū adhibitorū,vt in predicta decre.nouit.⁊ de teſti
bus.in omni negotio.¶ Item poteſt talis denūtiatio fieri a quo
libet etiam infami dūmodo non perſeueret in crimine.ff.mandati
9 l.ſi fideiuſſor.vbi dꝛ qđ † cum de bona fide agitur nō eſt de iuris api
cibus diſputandum.¶ In hac autē non eſt inſcriptio neceſſaria.
cum agatur ad penitentiam tm̄,non ad penam.¶ Et poteſt per
procuratorem fieri,vt eo.titu.ſuper his.Huius aūt effectus eſt cri
mine per hunc modū probato penitentie impoſitio.⁊ cum penitē
tie ſint arbitrarie conſideratis circūſtantijs.poterit ordinariꝰ ipſa3
imponere ad ſui arbitrium crimine probato.vt de homi.ſicut di
gnu3.⁊ de pe.et re.deus qui.⁊.c.omnis.⁊.c.ſignificauit.vbi de hoc.
Et hoc in occultis locū h3 vt ibi ſcripſit.d.p.m.ſuper gloſ.ij.

Nec erit hoc caſu ille priuandus beneficio cri
mine ꝓbato:ſi foret cle
ricus ⁊ beneficiatus niſi tale foret:ꝓpter quod retēto beneficio pe
nitere nō poſſet:vt eſt homicidiu3 ⁊ ſimonia.vt hoc.c.ti.inq̄ſitiōis.
Et idem puto quādo denuntiaretur qđ ſe intruſiſſet in beneficio
10 vel qđ illud minus canonice fuiſſet adeptus:ita qđ † ſine peccato
retinere non poſſet:quia cum in his eadem ſubſit ratio,ergo idem
erit iuris.de conſti.tranſlato.cum concor.ibi notatis.¶ Alia vero
eſt canonica:que tamen habuit ortum a lege veteris teſtamēti.que
non ſolum de perpetrato,ſed etiam de perpetrando crimine pōt
fieri.Si illud recipiat augmentum,vt cum quis perſiſtit in illicito
concubitu.⁊ ad hanc quilibet tenetur.xj.diſt.diaconi.non tamen
precise,niſi ſicut ad alia pia opera.⁊ de hoc per Inno.de iudi.no
uit.¶ Et ſcias qđ hec duplex eſt.vna publica alia priuata.¶ Pu
blica que ſit de crimine publico.Sicut eſt cum denuntio duos con
iuges in gradu prohibito coniunctos vt de deſpon.ipu.ad diſſol
uendum.de ſpon.preterea.de clan.deſpon.c.ſi.⁊ in hac eſt ſeruan
dum quod habetur.ſ.qui matrimonium accu.poſ.cum in tua.Et
11 in hac non requiritur trina monitio.† Et ad hanc etiam admitte
retur qui ab accuſatione repelleretur.Et iudex facta denuntiatio
ne ex officio etiam denuntiante non proſequente tenet̄ procedere
⁊ inquirere.vt no.Guil.in Spe.de denun.§.j.alias ſcdo.ante ver.
in ſumma.Probato autē crimine per hunc procedendi modū fiet
qđ dicam infra in ver.probato aūt.¶ Priuata autem fit per cleri
cos vt habeant bonos prelatos.⁊ ad hanc admittuntur quorum
intereſt vt patronus ⁊ aliꝫ vicini ſeu parochiani.xvj.q.vij.filijs.vbi
de hoc.⁊ de teſti.ex parte ade.⁊ debet in hac interuenire trina mo
nitio vt hoc eo.ti.qualiter.ij.vbi dicit.d.p.m.id verū quando pro
ceſſus initiatur a denuntiatione.ſed ſi initiaretur per viam inquiſi
tionis ex officio licet aliquis officium condiuuaret:tūc nō requiri
tur admonitio:quia non inquiritur ex officio niſi de quibus infa
mia preceſſit vt in predicto.c.qualiter.⁊.c.cum dilectꝰ.⁊ de ſimo.l3
hely.nec ad hanc admittitur qui ab accuſatione repelleretur.

21 **Eſt autem differentia** † inter euangelicā ⁊ ca
nonicam qꝛ prima ſit
ad penitentiam.ſecūda ad penam.In prima interuenit bina mo
nitio.In ſecunda trina.⁊ de materia in Spec.de denūtia.§.j.alias
ij.ver.canonica queqꝫ.nec puto hoc caſu denuntiantem teneri in
ſcribere:etiam ad extraordinariam penam.Ad quod faciunt que
ſcripſit.d.p.m.poſt Innocen.eo.ti.inquiſitionis.ſuper glo.ij.licet
Hoſtien.ibi contra.Et ſit huiuſmodi dicti ratio:qꝛ cū debeamus
quolibet remedio vti ad eū tantum vſum ad quem eſt inuentu3 vt
ipſe.d.p.m.no.vt li.non conte.accedens.j.ſuper prima glo.vbi di
13 cit quod † remedio appellationis vti debemus cōtra grauamina.
recuſationis cōtra ſuſpectos,non autē e conuerſo,ſic ⁊ in propoſi
to.habemus eñ in criminibus tres modos agendi cōtra aliquē ad
penam vel ad penitentiam.hoc autem ideo dixi vt excludā quartū
modum.ſ.excipiendi.de quo.ſ.§.proxi.primus eſt accuſationis.ſe
cundus denūtiationis.tertius inquiſitionis.Cuilibet aūt iſtorum
eſt ſuū onus annexū.ſ.accuſationi inſcriptio,denūtiationi moni
tio.Inquiſitioni clamoſa inſinuatio,vt eo.titu.qualiter.ij.circa ſi.
nec de vlterioribus eſt querendū ſm ipſum,⁊ hoc potiſſime:qꝛ nō
eſt in hoc magna vis facienda:quia ſiue inſcribatur,ſiue nō,ſemper
punitur calūnioſus.vt.ſ.titu.proxi.c.ij.vbi de hoc.Et ſcias ꝙ hoc
caſu inquiſitus non tenetur iurare de veritate reſpondenda ſuper
capitulis inquiſitionis cum hic procedatur ad denuntiationē ali
cuius,nec hoc caſu vitiatur inquiſitio criminis l3 omittatur inqui
ſitio infamie,parte cōtra quā inquiritur non cōtradicēte vt eo.tit.
14 c.ij.lib.vj.Nec † eſt ab ipſo inquiſito iuramentū exigendum vt no.
Guil.in Spe.de inquiſitione.§.nunc tractemus.ver.inquiſitores
quoqꝫ.⁊ ver.in hac igitur via,⁊ ver.ſed vt que premiſſa.Et puto ꝙ
poſſit in hac denuntiationis proſecutione procurator interuenire
quia cū habeat inquiſitus neceſſe iurare ſuper capitulis inquiſitio
nis vt predixi.poterit per aliū reſpondere.Licet ſecus putem vbi
ipſe habet iurare per decre.hoc eo.titu.ad petitionem.⁊ de iudi.c.
j.lib.vj.vt.ſ.dicam.§.reſtat.ver.nec puto ¶ Probato aūt crimine
per hunc agendi modum ſiue denuntiatio ſit publica ſiue priuata
debita pena imponetur,vel peccatum fieri prohibebitur vel alter
prout requirit denuntiationis modus ſeruabitur vt ſcripſit.d.p.
m.eo.ti.qualiter.ij.c.ad corrigendos in ſi.

15 **Iudicialis autem** denuntiatio duplex eſt.nam
alia eſt publica,alia priuata.
publica cum ordinarius ad denuntiationem officialis ad inquiſi
tionem ⁊ relationem deputati.de quo in iuribus ſtatim infra alle
gandis.vel archiepi:de quo in decre.Romana.īfra allegata ex me
ro ⁊ puro officio ſuo de crimine publico inquirit.xxxv.q.vj.epūs in
ſynodo.iiij.q.iiij.§.aliquando.alias eſt.c.⁊ iſta habet locum in no
torijs tantum.⁊ hec ex officio cōpetit.in qua nō requiritur moni
tio,⁊ de iſta de accuſationibus.ſicut olim.⁊ de cenſibus.Romana.
lib.vj.Et in hac tenetur iurare inquiſitus ſm alteram ex formis de
quibus infra.§.proxi.ver.ſi autem intereſt.Nec in hac admittetur
procurator propter rationes de qbꝰ infra.§.proxi.ver.nec puto.⁊
dic vt ibi.¶ Et in hac non eſt monitio neceſſaria.vt no.d.p.m.eo.
titu.qualiter ſuper verbo peruenit.

16 **Priuata eſt que fit** † ad priuatū ſeu ꝓpriū vel
ſingulare itereſſe,pone exē
plum per decre.nouit de iudi.vel ſi fideiuſſi pro te ⁊ iuraſti me ſer
uare indēnem:⁊ quia non ſoluiſti in termino fui coactus ſoluere p
te.vnde denuntio te:quia adhuc ſtas in periurio:petens vt coga
ris iuramentum ſeruare.Idem in depoſito ⁊ ſimilibus.¶ Et an
hec denuntiatio poſſit in ſeculari foro fieri ſcripſit.d.p.m.in preal
legata decre.nouit in vlti.ſua glo.⁊ iſta quandoqꝫ expeditur etia3
non precedente monitione:in foro vero eccleſiaſtico eſt monitio tri
na neceſſaria ⁊ ad minus duaru3 vltimarū plena probatio.Tamē
de plano expeditur vt de iud.nouit.ſm ipſu3 Gar.tamē.d.p.m.in
hoc vltimo contra.qui dicit ꝙ oportet ipſam in ſcriptis porrigi,⁊
litem ſuper ipſa conteſtari.qđ probat per verba decre.nouit.ibi dū
dicitur in ſi.vtrum iuſta ſit querimonia vel iniuſta.⁊ idē Hoſtiē.vt
17 d.p.m.ſcripſit in dicta decre.nouit.in vlti.ſua glo Licet † aute3 iu
dex eccleſiaſticus precedentem denuntiationē indiſtincte admit
tat.non tamen iſtā indiſtincte:quia nō debet admittere niſi in defe
ctum iuſtitie ſecularis:vel cū crimen eſt eccleſiaſticū:vel ratione pa
cis:vel iuramenti:vel quando crimen eſt notorium:vel quādo nō
auditur in foro ſeculari.vt quia obligatio eſt naturalis tantum:vel
ſi hanc proponit miſerabilis vel depreſſa perſona vt de iudi.nouit.
de pactis qualiter.⁊.lxxxvij.diſt.per totum.Alias ſi indiſtincte ad
mitteretur periret temporalis gladij,⁊ iudicis ſecularis iuriſditio:
et per hunc modū omnis cauſa ad eccleſiam deferretur.Scias aūt
qđ hanc denuntiationem indiſtincte facit iudici eccleſiaſtico is q
grauat̄ ab illo qui immediate ſubeſt imperatori in aut.vt diſſe.iu
di.§.ſi tñ contigerit.col.ix.Et per hanc agitur ad intereſſe tm̄.vel
vt res reſtituatur:⁊ iſtius denuntiationis ſolūmodo eſt talis effe
18 ctus.Nec hoc † caſu tenetur inquiſitus iurare ſuper inquiſitionis
capitulis:cū ad denūtiationē alterius procedat̄:nō ex puro officio
vt dixi

vt dixi.ſ.eo.§.ver.τ ſcias cũ hoc caſu.τ in hac puto trinã monitio
nem neceſſariam. Et lʒ videaᷣ placere Guil.in Spe.ti.de denũtia-
tione.§.j.ver.qualr qḋ hoc caſu denũtiãs repelli poſſit per exce-
ptionem criminis.puto tamen id falſum etiaʒ quando denuntiat
ad priuatũ cõmodũ.probatur hoc.iiij.q.vij.oĩbus τ hoc potiſſime:
qꝛ cũ iudex hoc caſu teneatur ad denuntiationem inquirere τ pro-
cedere vt ipſe idem notat in Spec.preal.§.ver.predicto,alias eſt
verſiculus per ſe τ incipit,iudicialis.ar.ij.q.v.mẽnã τ.c.omnibus.τ
eo.ti.qualiter.ij.§.penul.decre.autẽ nouit.quã Guil.allegat pro ſe
19 non facit:qꝛ illa loquitur in euangelica denũtiatione in † qua req
ritur qḋ denuntians ſit ſine macula. Scias autem ꝙ ad hanc priua
tam denuntiationeʒ non admittitur niſi leſus.τ in hoc differt hec
ab euangelica vt ſcripſit.d.p.m.in decre.nouit de iudicijs. ¶ Pro
bato autẽ crimine per hunc agendi modũ cum denuntiatio eſt pu
blica erit locus pene de qua.ĩ.§.proxi.ver.ſi autẽ.ſi vero ſit priuata
denuntiatio,tũc conſequeᷣ ſuũ intereſſe,quãꝫ eſtimationem iniu-
rie,vt ſcripſit.d.p.m.in decre.ſi.§.ad corrigendos in ſi.alias de iu-
dicijs olim. Item credo ad proſecutioneʒ huius iudicialis priuate
denuntiationis procuratorem admittendũ per rationes aſſigna-
tas.ſ.e.§.ver.τ puto.tũ etiã qꝛ iſtius denuntiationis effectus eſt ci
uilis non criminalis vt ſupra dictum eſt.

20 **Regularis autem eſt** † q̃ fit ſecũdũ cuiuſcũ ꝗ ordinis regule inſti-
tuta τ ad correctionẽ ſm̃ regule normã,τ ideo circa ipſam certa nõ
põt dari doctrina τ ob hoc nõ eſt inſtandũ. Sed vt ſcripſit.d.p.m.
in preal.decre.nouit.eſt iſta regulariũ determinationi relinquẽ
da. Et iſta fit de plano,τ non ſeruata forma iuris,vt de appella.re-
prehenſibilis.de ſtatu mona.ea que.de regulari.c.fina.vt ſcripſit
d.p.m.hoc eodem titu.qualr.ij.ſuper verbo peruenit. ¶ Quid au
tem iuris ſi Abbas inquirit de exceſſibus monachi.τ facta ſibi co-
pia inquiſitionis τ proceſſus ipſe dicat ſe velle defendere τ petat ex
penſas pro pcuratoribus.aduocatis τ alijs ad defenſionẽ neceſſa-
rijs.nunqd ſit audiẽdus.notat Guil.in Spec.de inqſitione.§.vlt.
verſi.item pone.vbi diſtinguit inter regularẽ τ iudicialẽ inqſitionẽ
vt in pma nõ audiaᷣ.in ſcda ſic.dic vt ibi. ¶ Reſtat videre de quar
to modo procedẽdi ſup crimine.ſ.p inquiſitionẽ ordinariam. Circa
21 qḋ eſt ſciendũ qḋ † huius ordinarie inquiſitiõis due ſunt ſpecies.
Una que diciᷣ preparatoria. Alia que diciᷣ ſolẽnis. In quib⁹ autẽ
differat inquiſitio ab alijs iudicijs videre poſſes in Spec.de inqui
ſitione.§.j.in ſi. Preparatoria eſt illa qñ.ſ.iudex ex ſuo puro τ me-
ro officio nulla denuntiatione ſibi facta τ nulla infamia preceden-
te inquirit cõtra aliquẽ quẽ hʒ ſuſpectũ vt dicã.j.ver.nec poſſet.et
licet regulariter ad inquiſitionem nõ procedaᷣ niſi precedente in-
famia. Sunt tamen quidã caſus in quibus põt id fieri quos notat
Guil.in Spec.de inquiſitione.§.ij.in principio. Item põt fieri ta-
lis inquiſitio maleficio flagrante:ꝙ lʒ notorie ſit commiſſuʒ,igno-
ratur tamen quis cõmiſerit.naʒ tunc nullo vocato procedit iudex
contra incertam perſonam inquirẽdo in genere quis fuerit com-
mittens.et facta tali inquiſitione procedet demum cõtra eos con-
tra quos laborat ſuſpicio,vel quos culpabiles intellexit:vocãdo
ipſos vt ſuper eo veritateʒ dicant,τ ſe ſi poſſunt defendant.τ ei cõ
tra quẽ procedetur legitima reſeruatur defenſio de offi.ordi.c.j.ff.
de officio preſi.l.ij.τ.l.congruit.τ hoc etiam placet Guil.in Spec.
de notorijs crimi.§.j.in ſi.

22 **Item etiam** † cum ordinarius vel viſitator viſitat.nã
etiam nulla precedente infamia inquiret
ſuper ſtatu eccleſie. Et iſta talis diciᷣ generalis.nec in ipſa eſt ſeruã
dus ordo vel forma decre.qualiter.vt notat dñs pater me⁹ in ipſa
decre.qualiter.ſuper verbo peruenit. Et inquireᷣ ſi eccleſia eſt col-
legiata vel plures habet clericos nulla nominata perſona tam in
capite ꝙ in membris. Si vero non habet niſi vnum rectorem tan-
tum;vel rectorem τ clericum:tunc bene nominabitur τ teſtes rece-
pti deponent de quocunꝗ de eccleſia ſit vnus vel plures τ tũc etiã
admittuntur qualeſcũꝗ teſtes de ipſa eccleſia. Si eccleſia hʒ colle-
gium vel plures clericos.alias admittuntur parochiani ſi eccleſia
ſit parochialis.ſi non eſt parochialis,admittũtur qui magis ſunt
vicini vel propinqui.de purgatione ca.c.ij.quia illi melius preſu-
23 muntur ſcire.de preſump.quoſdam.τ.c.quanto,τ † admittuntur
tunc ad teſtimoniũ etiam criminoſi inimici τ conſpiratores:lʒ con
ſpiratione vel inimicitia poſtea detecta non credatur cõſpiratori-
bus q̃ntũ contra quos conſpirauerunt,vel quorum ſunt inimi
ci.de iudicijs.exhibita.de re iudi.cum.J.τ.A.τ eo.ti.cũ oportet.
nec hoc caſu ante completam inquiſitionem tradentur inquiſitio
nis capitula.poſtea vero tam capitulorũ quam nominum teſtiũ
τ doctorum eſt inquiſito copia facienda,vt in Specu.de inquiſi-
tione.§.nunc tractemus.ver.ſed vt que premiſſa ſunt in ſin.quod
de nominibus dixi verum eſt preterꝙ in crimine hereſis.vt de he-
reticis.c.vlti.lib.vj.τ tunc inquiſitus ad capitula inquiſitionis re-
ſpondere cogetur per ſacramentum:vt eo.ti.ſi conſiterit τ.c.cum
dilecti.τ hoc tenent Hoſ.in decre.licet de ſimo.τ.d.p.m.in preal.
decre.qualiter.ij.ſuper verbo.debet. Guil.in Spe.de inqui.§.nũc
124 **Septuageſimoſecundo.** †Iuramentũ habet hoc precipuum vt actum ſuper quo interponitur efficacius: ⁊ validius firmet ⁊ alteret vltra naturam ſuam.l.j.verſi.confirmaſti.C.ſi aduer.vendi.in.c.cum contingat.in verbo, confirmando.de iureiuran.l.ſi quis maior.in ver.ſolidauerit.C.de tranſac.cum ſimi.facit qd vidimus in primo caſu ꝙ iuramentum facit actum valere omni modo quo poteſt. Et plura alia poſſunt adduci de quibus ſupra vidimus ꝙ iuramentum alterat naturam actus ſuper quo interponitur. In contrarium tamen ⁊ qd iuramentum ſapiat naturã actus ſuper quo interponitur ſolet ſemper allegari tex.in.l.ſi.⁊ ibi Bar.⁊ Bald.C.de non nume.pecu.illam pro ſingulari allegat Bald.in.c.que in eccleſiarum.de conſtitu.⁊ Butri.in.c.j.de iudi.facit quod not. Innocen.in.c.per tuas.de arbit.qd ſi iuraui ſtare ſentẽtie ſeu arbitrio: quod intelligitur ſm ſubiectam materiam.ſ.ꝙ ſtabo: vel ſoluam intereſſe.l.diem proferre.§.ſtari.ff.de arbitris. ¶ Secundo pro hoc adduco. nam condemnatio contractus ſit vt quis non poſſit agere ex eo: niſi eum pro parte ſua obſeruet.l.iulianus.§.offerri.ff.de act.empt.facit dictum Bald.in authen.dos data.C.de

125 dona.ante nup.ꝙ † qui nõ facit quod debet non conſequitur qd oportet.facit tex.in.l.cum pater.§.illi.ff.de regu.iur.⁊ quod habetur in.l.cum pater in.§.libertis.ff.de lega.ij.l.quero.§.inter locatorem.ff.locat.facit quod no. Bal.in.c.j.qualiter dominus proprietate priuetur.ꝙ iuramentum appoſitum ſuper contractu eaſdem patitur reſtrictiones. vt quis iuramẽtum non teneatur obſeruare niſi promiſſa ſibi adimpleantur.c.peruenit.el.ij.et.c.ſicut.el.ij.de iureiuran. Tertio adduco. Nam cum de natura contractus matrimonij ſit, vt propter adulterium poſſit peti fieri ſeparatio: eodem modo reſtringetur iuramentum ſuper eo interpoſituꝫ.c.quemadmodum.de iureiuran.⁊ per illum tex.dicit ibi not. Abb.tene menti qd iuramentũ appoſitũ in aliquo contractu recipit oẽs cõditiones, ſubauditiões ſeu limitationes quas hꝫ ille contractus.⁊ idẽ ſi ponitur alia diſpoſitio ſeu obligatio vt reguletur ab illa.allegat dict.l.l.fina.C.de non nume.pecu.⁊ Innocen.in.c.plures.de arbi.⁊ Barto.in.l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum.ff.pro ſocio. et idem ſequitur Abb.in.c.tua nos.de eccleſi.edifican.voluit Roma.conſilio.cccclxxij.qd iuramentum ſolum extenditur ad illos caſus ad quos renuntiatio.

126 **Tertio adduco.** Nam †cum diſpoſitio ſimplex recipiat reſtrictionem niſi noua cauſa ſuperueniat, vt qui de nouo emergunt ⁊c.l.ab arbitro.ff.qui ſatiſda.cogan.l.de etate.§.ex cauſa.ff.de interroga.actio.c.ceterum.de iura.calum.facit.c.ſuggeſtum.de decimis.⁊.c.paſtoralis.de excep.et.c.vt circa.de electio.in ſexto.⁊ in.c.inſinuante.de offic.delega.cum ſimili.facit quod pulchre dixit Ange.in.l.diuus.ff.de petitio.heredita.qd ſi ſtatuto caueatur quod nemo poſſit arrengare: vt collecta ponatur in populo.qd intelligitur, niſi ſuperueniat caſus nouus: et reipubli.neceſſarius, vt puta famis vel guerre: facit quod no. Innocen.in.c.j.qui ma.accuſa.poſſunt.quod ſi maritus promiſit ſe ſemper moraturum cum vxore: qd intelligitur niſi caſus nouus ſuperueniat, vt quis non poſſit ſtare in ciuitate. Cum

127 cum †iuramentum ſuper diſpoſitione interpoſitum eandem patitur reſtrictionem.c.cum inter.p.gaufridi.de renũtia.⁊ per illum tex.dixit ibi dominus Anto.et alij: qd aliquis fuit licentiatus in collegio Bononieñ.⁊ iurauit non accepturũ inſignia alibi: ⁊ poſtmodum ſuperuenit peſtis in ciuitate Bononieñ.qd excuſabitur a periurio ſi alibi eadeꝫ acceperit: facit quod ſingulariter dixit Salice.in.l.ſin.C.de pactis.qd ſi filia viuentibus fratribus iurauit patri qd erat dote contenta nec ei ſuccedet.iuxta not.in.c.quamuis.de pactis.in.vj.qd ſi poſtmodum fratres moriuntur poterit ſuccedere non obſtante iuramento: quia iſte nouus caſus intelligitur except⁹.argumẽ.l.iubemus.C.ad velleia.retulit Roma.in.l.pactum quod dotali.C.de colla.⁊.l.qui ſuperſtitis.ff.de acquiren.hered.facit quod voluit ibi Imol.in eo.c.quamuis.facit qd voluit Abb.in.c.ex tenore.extra.de foro competen.facit qd voluit Ro-

128 ma.conſil.xxij.propoſite ꝙ †ſi iuro de cetero bona emphyteutica non petiturum: attamen noua cauſa ſuperueniente: vt ꝙ a ſuperiore de emphyteuſi fuerim reuocatus petere potero. Allegat caſum ſingularem in.c.cum.p.gaufridi.de renuntia.⁊.l.ſi patronus ff.de bo.liber. Temperat tamen ſingulariter non procedere quando renuntiaſſet quis iuri competenti: ⁊ cõpetituro.nam tũc videtur renuntiaſſe iuri cõpetenti etiam cauſa de nouo ſuperueniẽte. ⁊ hoc maxime eſt verum quãdo renuntiatio fuiſſet facta mediante aquiliana ſtipulatione: que totum ius extinguit.

Quarto adduco. Nam ſicut tacite ineſt ex natura cõtractus, vt difficultas excuſet a mora.l.ſi vehenda.§.idem iuris.ff.ad.l.rhodi.de iactu.⁊ in.l.continuus.§.illud.ff.de verbo.obli.⁊ plene in.l.quod te.ff.ſi certpeta.eodem modo tacite ineſt quando eſt appoſitum iuramentuꝫ c.breui.⁊.c.ego enim.de iureiuran.facit quod no.glo.in.c.ex litte-

129 ris ſiluani.de ſponſa.qd ſi † parẽtes iurauerunt filios ſuos adinuicem matrimonium contracturos excuſantur a periurio ſi fecerunt ꝙtum in eis fuit. ¶ Quinto adduco. Nam cũ ille qui promiſit ſtare arbitrio talis intelligat: ſi iuſte arbitratus fuerit.l.ſi in lege.loca.ff.loca.l.hec venditio.ff.de contrahen.emp.l.ſi societa.ff.pro ſocio. Si iuramentum ſuper tali promiſſione interponatur: eandeꝫ patietur reſtrictionem.l.ſi ita libertus iurauerit.ff.de operis lib. ¶ Sexto adduco. Nam cum in generali ſermone non veniat illicitum.l.ſi pater.ff.que in fraud.credito.nec iniuſtum.c.ſuper quibuſdam.in fine.de verbo.ſigni.cum ſimili.eodem modo iuramentum interpoſitum eandem patietur reſtrictionem: pro quo adduco qd voluit glo.not.in.l.non videtur.§.qui iuſſu.ff.de regu.iur.⁊ in.c.j.in ver.veſtro.quod me.cauſa.qd qui iurauit obedire mandato poteſtatis intelligitur: ſi ſit iuſtum ⁊ licitum: ⁊ per illam glo.pulchre dixit Bald.in.l.ſi ad excludendam.C.de iuris ⁊ facti ignoran.qd

130 †vbi vnum habet ſe equiuoce ad malum. ⁊ ad bonum: ſemper capitur in bonum, ⁊ non in malum.allegat dictam glo.facit glo.vnde nota.in.l.prima.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iur.quod ſi aliquis iurauit ſeruare ſtatuta populi: intelligitur ſi iuſta ſint. Et ibi dicit Nicolaus de neapo.quod quidam illam gloſ.reputat ſingula.ſed dicit ipſe quod allegat ſociam.in.l.eos.C.de vſuris.et pro illis.gloſ.eſt caſus in.c.j.de iureiurando.in ſexto.facit gloſ.ſingularis.in.c.ego.N.de iureiuran.in verbo, nulli.qd ſi conſiliarius ciuitatis: vel principis iurauit non reuelare ſecreta conſilij: intelligitur ſi conſilium ſit licitum: ſecus ſi illicitum. Et illam glo.pro ſingulari allegauit Roma.ſingulari.cccccxxiij.iurat quis de conſilio.facit glo.notabi.in.c.nerui teſticulorum.viij.diſtinctio.facit quod no.glo.in.c.tua.de homici.qd licet Herodes promiſerit puelle coram ſe pſallenti dare quod poſtulaſſet: non tamen erat obligatus tradere caput Ioan.baptiſte tanꝙ iſtud eſſet illicitum: facit gloſ.

131 Innocen.in.c.cum dilecti.de maiorita.⁊ obedien.ꝙ ſi † epiſcopus iuret conſeruare conſuetudines quas hactenus ſuperiores ſui obſeruauerunt: intelligitur ſi ſint laudabiles ⁊ honeſte et eſt caſus in dicto.c.j.de iureiuran.in ſexto.facit.c.petitio.ff.de iureiuran.qd iurans non eſſe contra aliquem.intelligitur in re illicita, ſecus ſi licita, vt pro defenſione rerum: vel perſone: facit quod not. Innocen.in.c.cum omnes.de conſtitutionibus.qd ſi prelatus iurauerit non alienare bona eccleſie, intelligitur illicite: ſecus ſi licite: vt pro cauſa neceſſaria: vel vtili.c.fina.de eccle.edifican. Et idem ſequitur ibi Panormita.pro hoc allegans.c.ex parte tua.de cleri.non reſiden.vbi iurans reſidere in eccleſia, poterit tamen ſe abſentare pro neceſſitate: et pro omnibus iſtis bene facit tex.in capi.veniens.et in.c.quintauallis.de iureiuran.et in.c.quemadmodum.eodem titulo.et in.c.ne dei.de ſimo.et in.c.ad hec.el.ij.de appellatio.et in.c.ex parte.⁊ in.c.iij.de accuſatio.et in.c.ex tenore.de ſenten.excommu.et in.c.ad aures.de tempo.ordi.et in.c.ij.de maio.et obedien.que

132 iura optime probant ꝙ ſub † generali iuramento non venit illicitum: vel iniuſtum.

Septimo adduco. Nam ſicut generalis ſermo non extenditur ad incognita.l.cum aquiliana.⁊.l.qui cum tutoribus.ff.de tranſactio.cum ſimili.eodem modo nec iuramentum.c.veniens.de iureiuran.⁊ ibi per glo.cum aliis infra allegandis. ¶ Octauo adduco quod nota. Bar.in.l.ſocietatem.§.arbitrorum.ff.pro ſocio.ver.quero quid ſi iuratũ ſit.ꝙ ſicut renũtiatio de non petẽdo reductionẽ ad arbitriũ

boni viri habet tacitam conditionem ſi eque arbitratum fuerit.c.
quintauallis.de iureiur.eodem modo iuramētum ſuper ea inter-
poſitum eandem recipiet reſtrictionem.¶ Nono adduco glo.or-
di.in.c.quemadmodum.de iureiur.vbi glo.connumerat plures ta
citas conditiones:que in iuramento ſubintelliguntur:⁊ per Bal.in
l.fin.ff.qui ſatiſda.cogantur.¶ Decimo adduco ꝙ habetur in.c.
pro nt nobis.de dolo ⁊ contuma.ꝙ ille qui iurauit parere manda-
133 tis iudicis:ſi grauatur poterit appellare:quia †tacite de iure ineſt,
qꝺ grauatus appellare poſſit.l.i.⁊ per totum titu.C.de appella.
¶ Undecimo adduco ꝙ no.Abb.in.c.cum cleri.in fine.de verbo.
ſignificatio.vbi dixit qꝺ ſicut in contractibus debet ſtricta fieri in-
terpretatio vt minus obligetur ꝙ poſſit.l.quicquid aſtringende.
ff.de verbo.obligatio.c.ad noſtram.el.i.de iureiuran.eandem in-
terpretationem recipiet iuramentum,vt minus obliget iurantē
quam poſſit.

Duodecimo facit ratio.nā iuramentū eſt quod-dam acceſſoriū ſeu ſequela ad
diſpoſitionem ſuper qua interponitur.nā merito debet ſequi na-
turam principalis contractus regula acceſſoriorū.de regulis iur.
in.vj.l.patris ⁊ filij.ff.de vulga.⁊ pupil.cum ſimi.vnde ex predictis
videtur ꝙ iſta concluſio.An iuramentum ſapiat naturam princi-
palis cōtractus videtur multum dubia ⁊ aliqñ ſapit ⁊ aliquādo non
vt.ſ.vidimus:vnde p aliquali intellectu huius materie accipe iſtā
134 concluſionem:qꝺ† iuramētū regulariter ſapit naturam principa
lis cōtractus,vt ſupra fuit oſtenſum.Limita procedere:quādo cō-
tractus non extendebatur ad aliquam rationē defectus cōſenſus:nā
eodem modo non extendetur iuramentū.ita voluit Bal.in.l.ſi quis
pro eo.ad ſi.ff.de fideiuſ.ita intelligēs.d.l.ſi.C.ne non nu.pe.⁊ ita
voluit Inno.in.c.i.de indi.⁊ Romā.in.l.ſtipulationes nō diuidun
tur.in pe.char.l.eod.Et ita poſſunt intelligi plura dicta.ſ.allega.
ſed ſi cōſenſus in primo cōtractu appoſitus extēdebat ſe ad aliqd
tamen ille actus alio modo per.l.modificabatur.Tunc illa modifi
catio tollitur per iuramentum:nec in hoc imitabitur naturā prin
cipalis cōtractus:⁊ ex hoc poſſunt tolli multa.videlicet ꝙ iuramē-
tum impedit more purgationē.Item compellit preciſe ad factum
Item facit emphyteutam non ſoluentem cadere a iure ſuo:⁊ mul-
ta alia ſupra adducta.

Secundo tempera procedere qñ contractus eſſet inualidus:quia cōtra
135 ius diuinum vel naturale.Nam eodem †modo iuramētū imitabi-
tur naturam principalis cōtractus:⁊ ſimiliter erit inualidū.c.non
eſt obligatoriū.de reg.iur.in.vj.cum ibi no.⁊ idem eſt dicendum qñ
eſſet inualidum ex cauſis de quibus per Bar.in.d.l.ſi quis pro eo.
ſed ſi iuramentū eſſet inualidum ratione defectus ſolēnitatis ciui-
lis:tunc cōtractum nō imitabitur.Sed ipſum virtute ſua firmabit p
regulam.c.cū contingat.de iureiu.⁊.c.licet.eod.titu.in.vj.⁊ aut.ſa-
cramenta puberum.C.ſi aduer.vendi.⁊ poteſt firmari ex pluribus
ſupra late deductis.¶ Tertio tempera ꝙ ſapit naturā primordia
lem.non aūt accidentalem que peruenit cōtractu poſt mortem:ita
voluit Franci.Are.in.c.i.de indi.arg.eorum que habentur in.l.itē
veniunt.§.cū prediximus.ff.de pe.here.⁊ qꝺ no.per Bar.⁊ doc.in
l.certi cōdictio.ff.ſi cer.pe.⁊ ita pcedit ſm eū illud qꝺ dicim⁹ qꝺ iu-
ramētū cōpellit nec ſuccedit obligatio ad intereſſe vt.ſ.deduxim⁹
qꝛ illud intereſſe ſuccedit ex mora.⁊ ſic ex quoddā accidēti.¶ Quar
136 to tēpera,qꝺ† ſapit naturā principalis cōtractus ꝙtū ad hoc vt
iurans in plus non obligetur,ꝙ obligaretur virtute contractus.d.
l.ſi.C.de non nu.pecu.tamen nō imitabitur reſpectu efficacitatis.
nam iuramentum ſemper efficacius firmat contractum ſuper quo
interponitur.l.ſi quis maior.C.de tranſac.cum multis aliis ſupra
deductis:facit accommodatum ſimile qꝺ dicimus de fideiuſſore q
imitatur naturam principalis contractus,vt in plus non obligetur
ꝙ principalis:tamen efficacius obligabitur.l.fideiuſſor.obligari.
§.fideiuſſor.ff.de fideiuſ.§.pe.inſtitu.de fideiuſſo.⁊ ita poteſt pro
cedere illud qꝺ iuramētum compellit preciſe ad factum.Item im-
pedit penitentiam in contractibus innominatis et plura alia de
quibus ſupra vidimus.

Quinto tempera ꝙ non ſapit naturā principa-lis contractus reſpectu trāſfu-
137 ſionis.Nam iuramentum †tranſfundit principalem cōtractū in
aliam ſpeciem:ſi eo modo actus melius valere poteſt.in.l.cum pa-
ter.§.filius matrem.ff.de lega.ij.de quo plura adduxi in primo ca-
ſu.¶ Sexto tempera procedere in exceptione non nume.pecu.ſe
cus vero ſi eſſemus in aliis diſpoſitionibus:ita procedit tex.in.d.l.
ſi.Ita dixerunt Moder.in rub.de iureiurā.in.vj.priuilegio:⁊ pro
hoc dicebant ponderare tex.in.d.l.ſi.ibi in huiuſmodi exceptione.
nam dictio huiuſmodi eſt reſtrictiua,vt no.Io.and.in.c.veniens.
de preſcrip.⁊ Domi.de ſancto Gemi.in.c.ij.vt lite penden.in.vj.et
ponderant ibi verba etiam in aliis inſtrumentis:ſed certe iſtud
non puto verum:qꝛ eſt contra ea que ſuperius late diximus vbi
etiam in aliis contractibus iuramentum imitatur naturam prin-
cipalis contractus.Item non eſt dare in hoc rationem diuerſi.nec
obſt.dictum verbum huiuſmodi:quia dico qꝺ ſtat demonſtratiue
non reſtrictiue:⁊ hec adde ad Moder.in.xxxij.priuilegio.¶ Se-
ptimo tempera procedere quando dato qꝺ recipiat reſtrictionem
ex natura contractus.Tamen poteſt aliquid operari:vt quia ſtri-
ctius obligat:⁊ accumulat forum foro.c.fina.de foro competen.in
138 vj.aut vero nihil poſſet operari vel patum,†⁊ non patitur reſtri-
ctionem ex natura contractus:ſed facit eum valere omni meliori
modo.dicto.§.filius matrem.ita dixit Panormita.in.c.tua.de ec-
cle.edifican.predictam regulam limitando dicens iſtud fore verū
tamen de hac fallentia ſatis dubito:quia multis ſupra deductis iu-
ramentum poteſt ſtrictius ligare et accumulare forum foro:⁊ tamē
non imitatur naturam precedentis contractus.Adde quod vir-
tute iuramenti poteſt peti pena vltra intereſſe Pet.de anchara.
in conſilio.cxlvj.apud antiquos:an contractus firmetur iuramen-
to quando vere pretium non interuenit.vide Pet.de ancha.con-
ſilio.ccxl.vide eundem conſilio.cclxxvj.et in conſilio.cclxxxiij.
¶ Octauo limita procedere in iuramento implicito:et ſimpli-
citer preſtito:ſecus in iuramento explicito:quia debet preciſe ob-
ſeruari etiam ſi aliquid adderet vltra naturam actus Bald.in.c.
que in eccleſiarum.de conſtit.dixi in.l.ij.§.i.ff.ſi cer.pet.in.ij limi.
ibi.An aliud pro alio.

139 **Septuageſimotertio.** †Licet in penis cō-uentionalibus di-
ſtinguamus:qꝺ aut ſunt appoſite loco intereſſe:⁊ non poſſunt exi
gi niſi quatenus intereſt,aut vero ſunt appoſite loco contractus:
et in totum poſſunt exigi.glo.in.c.quecunqꝫ.§.idem ſi.xxv.qꝺ.ij.
et in dubio preſumitur adiecta loco intereſſe.Io.an.in regulis bo
na fides.de regulis iuris.in mercuriali.Tamen ſi eſt appoſitum
iuramentum indiſtincte poteſt peti vltra intereſſe:ita pulchre no.
Pet.de anchara.in conſi.cxlvj.apud antiquos et modernos.mo-
uetur per.l.ſi quis maior.C.de tranſactionibus.vbi vult tex.quod
deierans teneatur ad penam conuentam:⁊ ſic iſta pena videtur im
poni ab ipſa lege:ergo merito poteſt peti vltra intereſſe.Quia pe-
ne legales ſunt exigibiles etiam vltra intereſſe dicto.c.ſi eccleſie.et
c.ſtatuimus.xvj.queſtio.i.et.l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.Iſtud
tamen tempera procedere dumtamen talis pena nō excedat qua-
druplum vere ſortis,vt ibi per eum.et idem voluit Roma.⁊ ibi di
xi in.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de verbo.obli.
140 ¶ †Septuageſimoquarto.Licet cōpulſus ſoluere id ad quod
tenetur nō poſſit reuocare ſolutionem:vt eſt caſus ſingularis in.l.
ſi.§.ſi.ff.qꝺ metus cā.nihilominus cōpulſus iurare id ad qꝺ tenetur
poterit petere abſolutionem a iuramento.ſingulare fuit verbum
Ioan.and.in.c.ad noſtram.de iureiuran.ſequitur Roma.ſingula-
ri.cccccxxviij.iurat quis metu compulſus pro hoc dicto adducens
rationes vt ibi per eum.
141 ¶ †Septuageſimoquinto.Licet non valeat conuentio vt cre-
ditor non poſſit probare creditum niſi per certam ſpeciem pro-
bationum,puta per teſtes vel inſtrumenta,vt not.glo.in authen.
vt ſine prohibitione matres debi.et eredi.§.quia vero.⁊ in authē.
iubemus.C.de iudi.et canoni.in.c.ij.de proba.Tamen iſtud fal-
lit quando eſſet interpoſitum ſacramentum:nam illud ſeruandū
erit:⁊ ex quo poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis eterne:ſingulare fuit
verbum Speculatoris in titulo de probat.§.fina.verſi.quid ſi de-
bitor.argumen.c.ſi vero.⁊.c.ad noſtram.de iureiuran.ſequitur Lo
puo ⁊ Dominicus in.c.Quis.de pact.in.vj.⁊ Ioan.and.⁊ Imol.
in.c.ij.de probat.⁊ Alex.conſi.cij.viſo proceſſu.in fin.in.v.volumi.
concludens valere conuentionem qꝺ debitor non poſſit ſolu.de-
biti in totum vel in parte niſi per inſtrumentū debiti inciſum:ſub-
de tamen ꝙ iſto caſu quando quis non poteſt probare per ſpeciē
probationis ad quam ſe aſtrinxit cautela eſt:qꝺ procures quod
iudex ex officio ſuo examinet teſtes pro iuſtitia tua deponen-
tes.nam iſto caſu iudex poterit credere teſtibus non obſtante
conuentione:nec iuramento.ita voluit Speculator in loco preal
legato.ſequitur Romanus ſingulari.ccvj.incipit dubium eſt an
valeat contractus.et moder.in cautelis et incipit,ſtatuta quan-
doqꝫ.in penulti.char.dixi inſtitu.de literarum obliga.vbi quam-
plura ſimilia adduxi.

142 **Septuageſimoſexto.** †Licet donatio remu-neratoria:ſeu ꝑpter
mortē inter perſonas prohibitas ſit permiſſa,vt inter virū ⁊ vxo
rem patrem ⁊ filium vt de primo eſt caſus in.l.quod autem.§.ſi vir
ff.de donatio.inter virum ⁊ vxo.in.l.ſi diuortio.ff.de verbo.obli-
gatio.De ſecundo glo.in.l.ſi donatione.C.de collat.et in authen.
vnde ſi parens.C.de inoffi.teſtamento.tamen eſt neceſſe de meri-
tis vere conſtare:nec ſufficeret donantem dicere ꝙ donat propter
merita gloſ.eſt in dicta.l.ſi donatione.quam omnes ibi ſequun-
tur.l.ſi forte.et quod ibi omnes not.ff.de caſtrenſi pecul.l.prima.§.
mutuam.ff.que in fran.patroni.Ioan.and.in rubri.de rebus ec-
cle.non alienan.in addi.ad Specula.per Alexan.plures concordā
tias adducentem in conſilio.lx.conſideratis verbis.et conſilio.cj.
viſis inſtrumentis.in pe.char.in primo vol.⁊ eſt tex.melior de iuro
ſm Ang.

ſm Ang. ibi quē ipſe non allegat in.l.etiam.§.ex preterito.ff.de maon.vindic. Tamen predicta non habent locum quando eſſet facta metio meritorum cum iuramento.ita pulchre not. Bald. in dicta.l.ſi donatione.argumeto.eorum que habentur in authen. q̄ obtinet.C.de proba.ſequunt Moderni in tractatu de contractibus ſimulatis in.vij.preſumptione. dicentes qđ ex hoc datur cautela ad adiuuandam donationem vt donans bene ſpecificet merita,et ſeruitia:et iuret illa vera eſſe. Nam per ſacramentum cōfeſſioni ſtabitur. Illud tamen dictum nos pono pro conſtanti: qr̄ ſi contrarium tenuit Alex.in.d.l.ſi donatiōe.ꝛ dixi in tract.meo de dona.inter virum ꝛ vxorem.

143 ¶ †Septuageſimoſeptimo. Licet verba debeant interpretari ſm mentem ꝛ intentionem proferentis.l.non aliter.ff.de leg.i.l.ij. C.de lib.prete.authen.preterea.c.intelligentia.de verbo.ſigni.cū ſi. Tamen fallit in iuramento:qr̄ illud interpretatur ſm intentionem deferentis.non ſm intentionem iurantis.ſi ambigue iurauit vt deferentem deciperet.c.quecunq̄.xxij.q.

144 ¶ Septuageſimooctauo. Nam licet alias per calorem iracundie quis non excuſetur a delicto.l.ſi non conuitij.ꝛ ibi glo.C.de iniur. Tamen iurans ex calore iracundie:non obligabitur iuramento.c.ſicut ex literis.ꝛ ibi Joan.and.et docto.de iureiuran.ſequitur Roma.ſingulari.cccccxxv.volens cōmentare.l.quicquid calore.et dicit qđ de hoc legiſte habent vnum text.in.l.ij.C.ad.l.iul.maieſt. qui tamen ſolum dicit qđ talis non incidit in crimen leſe maieſta. Dei et idem etiam dicimus in voto et confeſſione ex calore iracundie emiſſis:quibus vouentes ꝛ confitentes non obligantur.de primo gloſ.ſingula.in.c.ij.de conuerſione coniugato.de ſecundo in.c. ex literis.de diuort.quod profecto videtur mirabile:quia alias ſimplex contractus ad pias cauſas ex calore iracundie celebratus valet,vt eſt caſus ſingularis in.c.ſunt qui opes.xxvij.queſtio.iiij.vbi ſi quis opes cumulat et vno impetu eccleſie contulerit,valebit donatio.et illum pro ſingulari allegat Roma.in loco preallegato.et tn̄ iuramentū calore iracundie emiſſum iurantem non obligabit. Illud tamen tempera quando calor fuit tantus quod deliberate illud iuramentum non feciſſet.ita voluit dominus Anto.in dicto c.ſicut ex literis. Aduerte tamen quod licet calor iracundie non excuſet a delicto. Tamen minuit penam.l.j.C.ſi quis imperatori maledixe.l.famoſi.ff.ad legem iuliam maieſta.ſequitur Roma.in loco preallegato.duas pro hoc adducens rationes.facit gloſ.in c.ſi quis iratus.iij.queſtio.e.iij.facit quod pulchre no. Areti.conſilio.lxxx.quod ſi delinquens aliqua iuſta cauſa fuit prouocatus ad iracundiam non punietur vt homicida,ſed ſolū de exceſſu.

145 Septuageſimonono. Licet epiſcopus clericum et pater filiū in ſtudio ex eorum licentia exiſtentibus poſſint reuocare maxime iuſtis cauſis interuenientibus:facit qđ dicimus qđ clericus ſine licentia epiſcopi nec filiusfami.ſine licentia patris votuʒ peregrinationis non adimplent. De primo in.c.non oportet.de conſecra. diſtinctio.v. De ſecundo in.c.tribus.xxij.queſtio.iiij.ꝛ in.c.proxi. eadem cauſa ꝛ queſtione.et idem dicimus in vxore vt votum abſq̄ licentia viri non impleat.c.voluit.ꝛ c.manifeſtum.xxxv.queſtio. v.facit quod dicimus in ſimili qđ ciuitas poteſt reuocare ſubditū ſuum alibi degentem:caſus eſt ſingularis in.l.fina.ff.de decre.ab ordine faciend.et illum pro ſingulari allegauit Roma.ſingulari cccccxxv.poteſt ne dominus.et pro hoc dicit ne facere text.in.l. promulgatam.C.de officio prefecti vrb.alias prefecti officiorum. ꝛ etiam facit ſm.l.ij.C.de commodat.ꝛ in.l.collegatorum.ff.de interdicti. Tamen ſi clericus vel filiusfamil.ex licentia epiſcopi et patris in ſtudio exiſtentis iurauerunt creditori non exire territoriuʒ donec ſoluerint non poterunt ante ſolutionem per epiſcopuʒ:vel patrem retro reuocari. Joan.and.in regula.ꝛ nialis.de regulis iu. in ſexto.in mercuria. Abb.in.c.venientes.de iureiuran. Quod tamen magis intelligo procedere alia ratione q̄ virtute iuramenti, vt ibi per eos habetur.

146 ¶ †Octuageſimo. Qui promiſit ſe preſentare certo tempore:et fuit detentus in priuato carcere:ſi habuit copiam exeundi:ꝛ nō fecit non excuſatur a pena:ſecus vero ſi eſſet detentus in publica cuſtodia quam non debet euitare etiam ſi habeat copiam exeundi.gloſ.eſt nota.in.l.ſuccurritur.ff.ex quibus cauſis maio.dicens propter hoc fuiſſe determinatam queſtionem vltra montes,vt ibi per eos.tamen illud limita non procedere:quando detentus in priuato carcere iuraſſet carceres non exire:nam iſto caſu indiſtincte a pena ratione periurij excuſabitur,etiam ſi facultatem exeundi habuit:quia non licuit ſibi iuramentum etiam metu extortuʒ ante abſolutionem violare:ita pulchre nota Bald.in dicta.l.nec non.§.item ſi quis.ſequitur Barba.in.c.ſignificante.de pignoribus.faciunt que vidimus.ō.in.lix.caſu.

147 ¶ †Octuageſimoprimo Licet pactum.l.commiſſorie in pignoribus ſit improbatum.l.prima ꝛ ſecunda.C.de pact.pignorum.c.ſignificante.de pignoribus. Tamen ſi interuenit iuramentum virtute iuramenti ſeruandum erit.ita voluit Innocen.ꝛ magis communiter ſcribentes in.d.c.ſignificante.ꝛ Bal.in.d.l.ſi quis pro eo.ff de fideiuſſo.

148 Octuageſimoſecundo. †Nā licet minor leſus poſſit implorare beneficium in integrum reſtit.vt per totum titulum.de minoribus. Tamen fallit quando prius minor ſe maiorem iuraſſet. Nā ratione mendacij iurati:ſi poſtmodum contrahat,ꝛ ledatur:non poterit in integrum reſtitutionem poſtulare.l.ſi alterius.ꝛ per totum titulum.ſi minor ſe maiorem dixerit. Tempera tamen ſingulariter.qđ excludetur a beneficio in integrum reſtitutionis. Tamē non excludetur a iure petendi reciſſionem contractus:ratione ſolennitatis omiſſe requiſite a ſtatuto in contractu minoris.dictuʒ fuit ſingulare Joan.and.quem refert Roma.conſilio.xii.viſo facto preſuppoſito:quod teneas menti ad limitationem illius tituli. Illud tamen dictum Joan.and.limita vt per Panormita.conſilio.cxlj.ſi autem ſtatuto caueretur qđ filiusfamilias non poſſit ſe obligare ſine conſenſu patris et ipſe aſſerat ſe patremfamili.an ex hoc poſſit obligari.vide Paul.conſilio.clxxiiij.quod non. An autem minor leſus poſſit petere abſolutionem a iuramento:et recedere a diſpoſitione authentice ſacramenta puberum.dic prout nota.Paulus conſilio.ccv.nec ab ordinario:nec a pontifice:dic vt ibi.

149 ¶ †Octuageſimotertio. Licet per ſimplicem renuntiationeʒ iuri de futuro renuntiari nō poſſit.l.prima.§.decretalis.ff.de ſucceſ. edicto.l.qui poteſt.§.quis.ff.de regulis iuris.l.qui ſuperſtitis.et dicta.l.in poteſt.ff.de acquirenda heredit.l.ſi ita ſcriptum.§.ſi ſub conditione.ff.de leg.ij. Tamen fallit quando interueniſſet iuramētum.nam iuramento validatur. Roma.conſilio.xxij.propoſito: allegat.c.quāuis.de pactis.in ſexto.et.l.pactum ſm vnum intellectum glo.C.de pactis.facit quod in ſimili dicimus qđ ſimplex renuntiatio iuri de futuro calore iudicij validatur,vt per gloſ.in.l.ſi.ff.de curat.bonis dando.ꝛ in.l.prima.C.de pactis.et dixi in effectibus caloris iudicii.vnde idem dicendum eſt in iuramento.et iudicium et iuramentum equiparantur.l.qui iuraſſe.ff.de iureiuran. cum ſimilibus.

150 Octuageſimoquarto. †Lʒ regulariter nō poſſit acquiri alteri actio ipſo iure:ſed requiritur ceſſio,vt no.in.l.poſſeſſio quoq̄.§.ſi poſſeſſio.ff.de acqui.poſ.ꝛ in.l.ſtipulatio iſta.§.ſi ſtipul.ff.de verb. oblig. Tamen fallit ſi iuramentum interueniſſet:nam acquiritur actio ſine ceſſione ſicut etiam dicimus q̄ requiritur virtute guarentigie ꝛ caloris iudicij,vt per Bar.in.d.§.ſi poſſeſſio. Roma.conſi. lxxvi.in cauſa Salomonis.alle.Bal.in.l.pactū qđ dotali.C.de col.

151 ¶ †Octuageſimoquinto. Licet per metuʒ promittens:ſi poſtmodum ſoluat nullo ſubſiſtente metu nō poſſit repetere tanq̄ per ſolutionem ſpontaneam,metus cenſetur purgatus.l.ij.C.qđ metus cauſa.l.pe.ff.de condi.ob tur.cauſam. Tamen fallit quando quis per metum iuraſſet obſeruare contractum.nam poſt modum ſoluendo non cenſebitur approbare et repetere poterit:quia videtur magis ſoluiſſe metu periurij euitandi q̄ approbandi contractuʒ. Barto.et Bald.in.l.ij.C.quod metus cauſa. Roma.conſilio.xiiij. viſo ꝛ diligenter.

152 ¶ Octuageſimoſexto. Iuramentum habet hoc precipuū:vt defectum ſatiſdationis ſuppleat. Nam quando quis non poteſt ſatiſdare:ſatis eſt q̄ iuratoriam preſtet cautionem.authen.generaliter.C.de epiſco.et cle.de hoc dic vt late dixi in.l.ij.ff.ſolu.matri.vbi limitaui.xiiij.modis.

153 ¶ †Octuageſimoſeptimo. Licet epūs aduerſus proprium conſtitutionem diſpenſare poſſit:etiam ſine cauſa:qr̄ ſicut motus fuit ad concedendum,ita poteſt moueri ad tollendum ſiue diſpenſandū. eſt enim par ius tollendi ꝛ diſpenſandi.ca.verbum.de peniten.diſtin.j.no.Inno.in.c.cum ad monaſterium.de ſtatu regul.ſequitur Jo.an.in regula cui licet.ꝛ in regula generi.de reg.iur.in.vj.in mercuria. Tamen illud fallit quando conſtitutio eſſet iurata:qr̄ non poteſt ſeipſum a iuramento abſoluere:cum non poſſit ſibiipſi autorari.cle.vnica.de reb.eccle.non alie.l.j.ff.de autori.tutorū. Eſſet enim idem pars abſoluta.ꝛ idem abſoluens:qđ eſſe nō poteſt.iij. q.iiij.c.nullus.cuʒ ſeq.ꝛ ita in terminis firmauit Roma.cōſi.cccxxv. quo ad primum.

Vide aliud quod poſui in apoſtillis in.l.filiusfa.in.§.diui.ff.de lega.j.

¶ Vide aliud qđ poſui in.l.omnes populi.in epo.in.v.qđ:principali Bar.qn̄ ſtatutum diſponit:qđ habeat locum etiam in preteritis. Tamen non ſit extenſio ad deciſa iuramēto,tranſactione,preſcriptione vel re iudicata.ita vult Bar.ibi.ꝛ Pau.conſilio.cccciij. viſo puncto.ꝛ Aret.conſilio.ciiij.

154 ¶ †Item hoc precipuum habet iuramentum,vt in dubijs opinionibus illa ſit tenenda que ſuadet ſeruari iuramentum:niſi papa illud declaret.c.per venerabilem.in fine.de electioni.not.gloſ.

in.c.petitio.de iureiuran.ꝛ docto.in.c.quanto.eo.titu.ꝛ ita voluit Matthe.in tracta.ſuo de elec.adducens opi.varias:ꝛ ſuadet.Naȝ in dubio benignior pars eſt tenenda.l.benignius.ff.de legibus.ſa cit.c.ſi.ff.de re iudi.ſed profecto benignior pars eſt illa que ſtat pro iuramento fauore anime.c.iuuenis.de ſponſali.ꝛ melius eſt arctare ligatum ꝙ non ligatum.ergo.

155 ¶ Facit † quod dicimus:q2 procurator conſtitutus ad recipiẽduȝ non poteſt confiteri ſe accepiſſe.l.j.§.mutuam.ff.ſi quid in fraudeȝ patro.Bar.ꝛ ſcriben.in.l.ij.§.ſi.ff.ſi certum petatur. Tamen ſi in procuratorio fuit ſubiecta clauſula ꝛc.et iurauit habere ratum et gratum quicquid per procuratorem factum erit poterit etiam confiteri recepiſſe: et dominus obligabitur. Paulus conſilio.cccx. dic vt ibi.

¶ Licet debitor non habens pecuniam:poſſit ſoluere de melioribus rebus,vt in authen.hoc ſi debitor.C.de ſolutio.Tamen fallit quando iuraſſet ſoluere in pecunia numerata.dixi in.l.ij.§.j.ff.ſi cer.peta.dic.vt ibi.

Licet iudex non poſſit ex officio ſuo ſupplere.l.iij.§.hoc autem iudicium.ff.de damno infecto.cum ſimili.tamen quando eſt metus ne ipſe incidat in periurium:puta quia iurauit ſeruare ſtatuta poteſt ſupplere partibus etiam inuitis ex ſuo officio.roma.conſilio.cccxvij.in propoſito.

¶ Vide Bal.in conſilio.ccclxi.proponitur in primo volu.qđ iuramentum operatur idem quod clauſula derogatoria non obſtante lege vel priuilegio.

¶ Effectus iuramenti tollitur quando actus celebratur inter duos iudeos.Paul.conſilio centeſimo in fine.

Tractatus de virtute et viribus iuramenti excellentiſſimi.J.V.interpretis D.Marci antonij Bauerij Finis.

Tractatus perutilis in materia Societatū, tam de iure ciuili quam in foro conſcientie, Editus per clariſſimum. J.U.D. do. Angelum de Periglis de Peruſio Incipit.

Prefatio.

QUoniam laicorum frequens eſt vſus in cōtrahendis ſocietatibus negotiandi. vt vnus ſociorum pecuniā. alter operā ponat. Et ſimiliter in ſocietatibus. Aut negotiationibus animaliū quas ſoccitas vulgo appellamus Circa que plura tam in foro iudiciali quaꝫ in foro cōſcientie dubia occurrere poſſe videntur. Ideo requiſitus ego Angel. de periglis de peruſio iuris vtriuſqꝫ minimus doctor. a quodā religioſo ⁊ honeſto viro fratre cōfeſſore obſeruante regulam Beati Franciſci, vt quid circa predicta etiā pro ſalute animarū ſentirem in ſcriptis redigere deberem. Et licet in hac re preſertim quantū attinet ad forū conſcientie me inexercitatū ⁊ inexpertum eſſe cognoſcā: tamen vt voto querentis ſatiſfaciam, in omnibus tamen me remittendo correctioni et emendationi cuiuſlibet melius ſentientis: et preſertim canoniſtarum ⁊ theologorum. Que circa predicta ſentio breuiter ſubiiciam tam de iure ciuili (vnde hec materia principium ⁊ originem habuit) quam de iure canonico: licet in paucis locis tangatur. Solum enim aliqualiter habetur in decretis. xiiii. queſtio. ii. c. plerique. et in decretalibus aliqualiter habetur in. c. per veſtras. de donationi. inter virū. Et remiſſiue docto. tangūt in. c. fina. de vſuris. Hoſtien. vero in ſumma ſua in titu. de vſur. Sanctus Thomas de Aquino breuiſſima verba profert ſecūda ſecunde. queſtio. lxxviii. ver. ad ſecundum ſic proceditur, arguendo ad quintū dicendū. Frater Bartholomeus de ſancto Concordio ordinis predicatorum in ſua ſumma de caſibus conſcientie, que vulgariter appellatur, la piſanella. ſuper verbo, ſocietas. aliqua etiam compendioſe enarrat.

De duobus principaliter queritur.

Primo. quando ſocietas contrahitur ad aliquam mercantiam vel artem in qua vnus ſociorum ponit pecuniam tantum. Alter operam tantum.
Secundo de negotiatione et ſocietate animalium quam ſoccitam appellamus.

Summarium.

Circa primum de. xviii. dubitari veriſimiliter poſſet tam in foro iudiciali quam in foro conſcientie.

1 Primo. an talis ſocietas valeat.
2 Secundo qualiter partes diuidantur inter ſocios lucri et damni ſi nil inter eos eſt expreſſe conuentum.
3 Tertio. an dicti ſocii licite poſſint conuenire vt vnus duas partes lucri et damni. alius tertiam ſuſtineat.
4 Quarto. an poſſint conuenire vt vnus ſociorum duas partes dāni et vnam lucri ſentiat: et alius econtra duas partes lucri et vnam damni habeat.
5 Quinto. an inter dictos ſocios valeat pactum quod deducto damno de lucro vnus ferat duas partes et alter vnam.
6 Sexto. an inter predictos valeat pactum vt vnus ferat tres partes lucri et alius quartam et periculum ſit commune.
7 Septimo, an poſſit committi diſceptationi eius qui recepit pecuniam vt aſſignet partem lucri et damnū quantum ſibi videbitur.
8 Octauo an valeat pactum ꝙ vnus lucretur tantum, alter damnuꝫ tantum ſentiat.
9 Nono quando factum eſt pactum de damno, ⁊ nihil dictum eſt de lucro vel econtra.
10 Decimo. qñ ſocii ex diſparibus partibus fundigum vel apothecā conduxerunt, pro qua parte ad penſionem teneantur.
11 Undecimo, quando talis ſocietas contrahitur vt capitale ſit ſaluū.
12 Duodecimo. an in dubio in dicta ſocietate ſi capitale perditur dānum ſit commune vel ſolum illius qui pecuniam poſuit.
13 Decimotertio. an per pactum fieri poſſit vt periculuꝫ capitulis ſit commune.
14 Decimoquarto. an ille qui ſemel pecuniam poſuit ſi perdita eſt ante finitam ſocietatem teneatur iterum pecuniā ponere.
15 Decimoquinto. an capitale dicte pecunie finita dicta ſocietate ſit commune vel ſolum illius qui pecuniam poſuit.
16 Decimoſexto. quando vterque ſociorum mixtim ponit pecuniaꝫ etiam operam: ſed vnus maiorem quantitatem pecunie quam alter, pro quibus partibus lucrum et damnum diuidi debeat.
17 Decimoſeptimo. an q tm̄ operas ponit debeat habere ſalarium.
18 Decimooctauo quando ponens operas tantum vult aliquid certum pro operibus et non vult teneri de damno.

Prima pars Tractatus.

1 IN primum reſpondeo † ꝙ talis ſocietas ad mercantiam vel artem in qua vnus ponit pecuniam alter operam tantum, valet et eſt licita, tam de iure ciuili quaꝫ de iure canonico ⁊ diuino. l. i. C. pro ſocio. quia ſepe opera alicuius pro pecunia valet. inſtitu. eo. §. ii. qđ tenet glo. xiiii. queſtio. ii. c. plerique. Idem tenet hoſti. frater Bartholomeus, et ſanctus Thomas in preallegatis locis. quod intelligi debet quando mercantia et ars eſt licita et nō prohibita. in. c. per veſtras. extra de do. inter virum et vx.

2 Ad ſecundum dico quod † inter dictos ſocios in dubio lucrum et damnum erit commune quolibet iure. l. ſi non fuerit in prin. ff. pro ſocio inſtitu. e. §. i. et ita tenet hoſti. in ſumma de vſuris. §. quod ſi contrahatur ſocietas. Idem ſanctus Thomas ſecunda ſecunde. queſtio. lxviii. Ubi aſſignat rationem quod iſte qui mittit pecuniaꝫ per modum ſocietatis non transfert dominium pecunie ſue in ſocium. ſed apud euꝫ remanet ita quod cum periculo ipſius ponentis pecuniam ſocius negotiatur. Et ideo poteſt licite partem lucri inde prouenientis petere tanquam de re ſua. Et cum ſocietas inſtar et ſimilitudinem fraternitatis habeat. l. verum. ff. pro ſocio. Sicut ergo inter fratres debet ſeruari equalitas, ita et inter ſocios. hanc tamen equalitatem ſeruādam dictus frater Bartholomeus in. d. ſua ſumma ſic declarat videlicet, vt ſi ego pono in ſocietate centum et tu ponis induſtriam et laborem tuum. In fine anni facta ratione ego accipiam illa centum et tu pretium perſone tue ſiue induſtrie. quod ponamus eſſe ſiue valere alia centum. Poſt hec quicquidupereſt de lucro accipiam ego medietatem occaſione mee pecunie ⁊ tu aliam medietatem occaſione tue perſone. Et ſecundum hoc videtur velle quod ſi in fine anni functa ſocietate in totum reperiuntur. ccc. quod ego debeo habere centum loco illorum que in ſocietate poſui. et tu centum loco perſone tue et operarum. Alia centum diuidentur tanquam lucrum inter nos diuidendum. quod ſalua meliori determinatione mihi verum nō videtur nec de iure ciuili nec canonico vel diuino. Nam opera hominis nihil aliud eſt quam diurnum officium. l. i. ff. de operis liber. immo opera hominis dꝛ eſſe fructus hominis. l. iii. cum duabus ſe. ff. de operis ſer. ille ergo qui in ſocietate operā tantū ponit: nō dꝛ aliquid conſiſtens in ſorte vel in capitali ponere. ſed ſolum fructū perſone ſue: qui fructus aut vſufructus perſone correſpondet fructui aut commoditati illorum cētum que ego in ſocietate poſui. pro quo bene facit qđ dicit tex. in. l. cum duobus. §. ſi in coeunda. ff. pro ſocio. dum dicit quod pretiuꝫ opere eſt velamentum artis. Et hāc ſententiam ſequutus eſt Bal. licet predictas. ll. non alleget in. l. i. ii. queſtio. C. pro ſocio. ⁊ ſic intelligi debet quod ſupra proxima queſtio. dictum eſt, videlicet quod ſepe opera alicuius pro pecunia valet. i. pro commoditate ⁊ vſufructu dicte pecunie. Et ideo concludo quod de dictis. ccc. ego qui cētum poſui ante partem caput detraham. c. ec. que remanent tanquam lucrum inter nos diuidi debent. et ita vt ex ſupraſcriptis apparet videtur eſſe de mente beati Thome de aquino. Nec me in cōtrarium moueret ſi quis diceret fingamus illū qui ponit operas et induſtriam ſi locare vellet operas ſuas pro mercede certa quolibet anno reperiret centum ⁊ alius quinquaginta nec ſubiaceret alicui caſui fortuito q euenire poſſet in mercantiis, aut rebus artis illius quia reſpondeo et primo ꝙ illam mercedem quā habere poſſet nō dicitur ponere a prin. ſicut ille qui ponit dicta centum. Cū merces illa ſibi non debeatur a princi. locationis ſecundū guil. in. l. edem. C. loca. Ex quo ſequitur ſecunda reſponſio quod illa merces eſt fructus ſue induſtrie ⁊ operarū. immo recte intuenti quo ad eū nō eſt illa merces niſi ſua opera ⁊ induſtria cum in eius recompenſatione detur. Et ideo licet ex opera mercedeꝫ conſequatur, tamen ex mercede opere nullū fructuꝫ dicitur conſequi neque conſequi poteſt: qꝛ ſingulis de rebus opa preſtat cū ſit diurnū officiū: ⁊ ſicut vſure vſurarum nō debentur aliquo iure vt. l. fina. C. de vſur. Ita fructus mercedis opere deberi non poteſt. Nec ob. quod mercedē habet ſine periculo quādo operas locauit quia licet quando opas in ſocietate poſuit de periculo teneat tamē plus pōt lucrari quā eſſet merces quā habere poſſet locando operas ſuas.

3 Ad tertium † dico qđ dicti ſocii licite poſſunt cōuenire vt vn9 duas ptes lucri ⁊ dāni. Ali9 tertiā tm̄ cōferat ſi mō ille q plus ferre dꝫ aliud pl9 ſocietati cōtuliſſet vel pecunie vel ope vel īduſtrie qđ correſpōdet illi pluri qđ de ſocietate ferre debet. l. ſi nō fuerint. in princi. l. qđ enim in ſi. ff. p ſocio. Arbitrio ergo boni viri eſtimabitur an illud plus qđ in ſocietate ponit

correſpōdet illi pluri quod de ſocietate percipit nec alia certior doctrina tradi poteſt. ſed arbitrio boni viri ⁊ ad ꝓpriam conſcientiā remittendum eſt cum in hac actione pro ſocio que bonefidei eſt arbitrio boni viri ſequendum eſt. l. in propoſito. ff. pro ſocio. Si autem vnus plus altero non conferret, tale pactum etiam de iure ciuili non valeret ſecundū Azo. quem ſequitur accur. licet aliqui aliter dixerint in glo. in. d. l. ſi non fuerit. tamen hec opinio Azo. tanquam equior ⁊ iuſtior ſequenda eſt p. d. l. ſi nō fuerit in princi. ⁊. d. l. quid enī in fi. eo. titu.

4 ℂ Ad quartum dico † quod vnus ipſorum ſociorum nō poteſt paciſci. vt duas partes lucri ⁊ vnam partem damni ferat ⁊ alius econtra duas damni ⁊ vnam lucri: quia lucrum non intelligitur niſi deducto omni damno. Et ideo non poteſt vnus ſociorum plus de lucro participare quā de dāno vel ecōtra etiā de iure ciuili nedū de iure canonico vel diuino vt. l. mutius. ff. pro ſocio.

5 ℂ Ad quintum dico † quod valet pactum inter ſocios qꝺ deducto damno vnus ferat duas partes alter vnā: ⁊ hoc de iure ciuili. l. mutius in. fi. ff. pro ſocio. Quod tamē in foro conſcientie verum putarem ſi ille qui plus de lucro fert tantūdem plus pecunie, opere, aut induſtrie in ſocietate poſuerit. per ea que ſupra in. iij. q. dicta ſunt.

6 Ad ſextum reſpōdeo † quod pactum vt vnus ferat tres partes lucri ⁊ alius quartam ⁊ periculū ſortis ſit cōmune non valet aliquo iure: quia lucrum ſentiret pro maiori parte quam periculum. Et ſic pro ea parte contractus diceretur vſuracius. pro quo facit glo. in. l. cum duobus in. §. ſi. allegat. l. itē papinianus. ff. pro ſocio.

7 ℂ Ad. vij. reſpōdeo † quod valet pactum inter dictos ſocios vt cōmittatur diſcretioni eius qui pecuniā accepit vt aſſignet partem lucri ⁊ damni quantam ſibi videbitur ſecundū dictū fratrem Bartholomeū in piſanella. in verbo, ſocietas. Caueat tamē ille cuius arbitrio remiſſum eſt vt iuſte et eque partiatur ei plus de lucro aſſignando qui plus in ſocietate poſuit, alias nedum in foro conſcientie tenetur, ſed etiam de iure ciuili ſi inique partes faceret ad arbitriū boni viri reduci poſſet. l. ſi ſocietatē cum ſe. ⁊ ſe. ff. pro ſocio.

8 ℂ Ad. viij. reſpondeo † quod nullo iure ciuili canonico vel diuino contrahi poteſt ſocietas vt vnus tantum lucrum, alius tantum dānum ſentiat vel ferat. Eſſet enī iniquiſſimū genus ſocietatis, que leonina appellatur. l. ſi non fuerit in fi. ff. pro ſocio. Quod tamē verum eſt niſi ille qui tantū operas poneret aliquid certū pro ſua opera vellet ſine dāno: quia tūc non tanquā ſocius ſed tanquam locator operarum ſuarum ita paciſci poſſet vt infra latius in. xviij. q. dicetur vbi vide omnino.

9. Ad nonum dico. † quod quando factū eſt pactū de dāno licet nihil ſit dictum de lucro intelligitur idem pactū factū de lucro vel ecōtra. inſti. pro ſocio in. §. illud quod. et canoniſte ⁊ omnes ſequuntur.

10 ℂ Ad decimum reſpondeo † quod ſocij ex diſparibus patribus fundum vel apothecam conducentes locatori tenentur pro equalibus partibus: inter ſe autem tenentur pro rata ſocietatis. ⁊ ita diuidere debent dictū debitum mercedis ſicut diuidunt principale. et ſecundum dictas diſpares partes diuidi debent ſupellectilia ⁊ maſſaritie dicte ſocietatis. quod ſequendum omni iure videtur cū conueniat arbitrio boni viri quod in hac materia ⁊ iudicio pro ſocio verſatur vt dictum eſt in. iij. queſtio. Ita probat ⁊ determinat Bal. in. l. j. C. pro ſocio. in. xxiij. q̄ſtio. vbi dicit quod ſecundū dictas diſpares partes.

11 ℂ Ad vndecimū dico † quod de iure canonico et in foro conſcientie non poteſt paciſci quod capitale ſit ſaluū. ita ſentit glo. in. c. plerīq;. xiiij. queſtio. ij. De iure autem ciuili ſunt opinio. nam Bal. in. l. j. C. pro ſocio in. ix. queſtio. tenet quod tale pactum non valeat, neq; ex forma contractus, neq; ex eius natura. ideo dicit quod ſapit vſuraciam prauitatem. Hoſtien. autem in ſumma latius quam alter in titu. de vſur. §. an autem aliquo caſu vltra ſortem. ver. porro fieri poteſt. examinando hunc articulum concludit quod de iure ciuili talis ſocietas valet magis ex vi pacti quam ex natura contractus, tamen non eſt omnino equa. Et ideo in iudicio anime nō ſeruanda. Idem dicit Anto. de butri. in. c. fi. de vſu. tanquā. ergo hec opinio, qꝺ tale pactum non valeat ſit tutior ⁊ equior quolibet iure aut foro amplectēda ⁊ ſequēda eſt vt in. c. iuuenis extra de ſpōſa.

12 Ad duodecimum † videlicet an in dubio ſi capitale eſt perditū caſu, damnū ſit cōmune, vel tantū illius qui pecuniā poſuit. ⁊ rīdet glo. ꝙ in dubio nō eſt cōmune. l. ſi non fuerint. §. i. ff. pro ſocio. ⁊ ſic erit illius tm̄ qui pecuniā poſuit. licet glo. contrariā dicat ꝙ ſit cōmune in. l. i. C. pro ſocio. Tamen pro prima opinio. ꝙ nō ſit cōmune facit: quia ille qui capitale ponit non dicit cōicare capitale, ſed fructū eius. Nam ille qui operam ponit dicit ſolū fructū perſone ſue cōmunicare. cū opere ſint fructus hominis vt dictum eſt ſupra in. ij. q. Item quia ſatis habet ille qui operas poſuit ſi operas perdit abſq; eo ꝙ teneatur ad partem capitalis perditi. Dixit tm̄ Pet. quē refert Cy. in. l. j. C. pro ſocio. ꝙ aut dicta pecunia aut capitale ſtatim eſt perditū caſu fortuito anteq̄ alter ſocius operas poneret, ⁊ dānum erit cōe. Aut poſt operas preſtitas ē perditas ⁊ tunc damnū erit illius tm̄ qui pecuniā poſuit. ſatis enī habet ille de dāno q operas pdit. ⁊ hāc opinio. Cy. dicit eſſe equiorē. de iuris ciuilis tm̄ rigore lꝫ ſtatim pereat ſi tm̄ perit ex cauſa ſocietatis damnū videt̄ eſſe cōe. l. ſi id qꝺ. §. j. ff. p ſocio. opinio tamen Pet. quam ſequitur Cy. preſertim in foro cōſcientie magis mihi placet cū conuenire videatur arbitrio boni viri ꝙ in hoc iudicio verſatur. l. in propoſita. ff. pro ſocio. Adeo qꝺ ſi in principio ſocietatis totū capitale eſſet perditum, ⁊ modice operę: tūc adhuc putarē ꝙ pro aliqua parte ille qui operas ponit participare debeat de periculo capitalis poſtq̄ ratione dicti capitalis etiam participaturus erat de lucro. argu. l. ſi non fuerint. in princi. ⁊ l. quid enim. in fi. ff. pro ſocio. Que omnia procedunt vbi nulla eſt conſuetudo in contrariū. ſi autē conſuetudo eſſet vt periculū capitalis in dubio ſit cōmune quia illud quod eſt cōmune videbit̄ actū inter partes. l. qꝺ ſi nolit in. §. qui aſſidua. ff. de edil. edic. l. ſi prius in §. placuit. ff. de aqua plu. arcen. tunc dicerē qꝺ periculū ſit cōmune poſtq̄ hoc fieri pōt per pactū expreſſum vt tenet gloſ. xiiij. queſtio. ij. c. plerīq;. Sed ſi tale damnum capitale procederet dolo vel culpa alicuius ſociorum, illius ſolius eſſet periculum: cum ſocius de dolo et culpa teneatur. l. ſocius ſocio. ff. pro ſocio. in qua culpa comprehenditur leuis, non aut leuiſſima. ſufficit enī qꝺ ſocius talem diligentiam adhibeat in rebus cōmunibus qualē in rebus proprijs adhibere conſueuit vt. d. l. ſocius. licet enim periculum dicte pecunie regulariter ad eum qui eam miſit in ſocietate, tm̄ non intelligit̄ quando venit culpa conſocij etiam ſi expreſſe in ſe periculum ſuſcepiſſet. l. ſi. C. de nau. feno.

13 Ad decimumtertium breuiter rīdeo † ꝙ pactum fieri pōt qꝺ periculum capitalis ſit cōmune. qꝺ ſatis clare tenet gloſ. in. d. c. plerīq;. xiiij. queſtio. ij.

14 ℂ Ad decimūquartum. dico † quod ſi perditum eſt capitale ante finitam ſocietatem nō tenebitur ille qui capitale poſuit iterū ponere, ſiue periculū ſit cōe, ſiue non. quod tenet gloſ. in. d. l. ſi nō fuerint in. §. j. ff. pro ſocio. ⁊ in. d. l. j. C. eo.

15 ℂ Ad. xv. finito tēpore ſocietatis nō reperitur niſi capitale, † an dictum capitale pecunie cōmune ſit vel illius qui poſuit. licet Bald. hanc queſtio. late examinet in. d. l. j. in. ij. q. tamen mihi ita videtur dicendum, maxime in foro cōſcientie. Quia aut ex pacto vel cōſuetudine periculum dicti capitalis erat commune, ⁊ tunc communiter diuidi debet inter ſocios dictū capitale quod ſupereſt. Aut periculum dicti capitalis nō erat cōmune ſed ſolum illius qui capitale poſuit vt eſt in dubio. vt eſt dictū ſupra in. xij. q. ⁊ tūc totū illud capitale erit illius qui pecuniā poſuit. Cōgruit enī hoc arbitrio boni viri quod in hoc iudicio verſatur. ne contractus claudicet: vt ille qui participaturus nō erat de periculo capitalis, nō participet de ipſo capitali. Eſſet enim contra ius fraternitatis cui ſocietas comparatur. l. verum in princi. ff. pro ſocio Item cum ille qui pecuniā ponit eius cōmoditatem cōmunicare dicatur ei qui tantū operas ponit. Cum ille qui operas tantum ponit communicare dicat̄ fructum ſue perſone vt dictum ſupra ſit in. ij. q. ⁊ ideo capitale non eſt communicandum.

16 Ad decimumſextum reſpondeo † quod ille q tātum operas ponit qn̄ proficiſcitur cauſa ſocietatis debet habere expēſas de corpore ſocietatis ſm̄ Iaco. de are. ⁊ Cy. in. d. l. j. C. pro ſocio. quia lucrū non dicitur niſi deductis expenſis. C. de colla. l. illud. ff. pro ſocio. l. mutius. qꝺ intelligit Bal. in. d. l. j. exceptis expenſis quas facturus eſſet domi: quia ille fieri non debent de corpore ſocietatis. argu. l. ſed ſi lege. §. ſiautē. ff. de peti. here. Multum tamē in hoc putarem obſeruandū eſſe cōſuetudinē etiam in foro cōſcientie cū optima ſit. ll. interpres. l. ſi interpretatione. ff. de. ll. Cum etiā minime ſint mutanda que lōgam interpretationem habuerunt. l. minime eo. ti. cum etiam tacite videatur actum quod fieri conſueuit vt. l. licet. C. loca. Et dictum eſt ſupra in. xij. q.

17 ℂ Ad decimumſeptimū reſpondeo † qꝺ ſi vterq; ſociorū mixtim ponit pecuniam ⁊ operā. ſed vnus maiorē q̄titatem quā alter, ſiue ſit factū pactū pro quota parte quis lucrū ⁊ damnū ſentiat, ſiue nō ſit factū: ſed ſumus in dubio, tunc etiā de iure ciuili nō ſolū in foro conſcientie cōſiderandū eſt quis eorū in effectu in ſocietate poſuit licet enim vnus maiorē ſummā pecunie poſuerit ⁊ etiā operā ſuam tamen poſſet eſſe tanta induſtria alterius qui minorem ſummā poſuit quod excederet illū qui maiorē ſummā pecunie poſuit. vt ſi ſolus nauiget. ſi ſolus peregrinetur: ſi ſolus pericula ſubeat. d. l. ſi nō fuerint. in fine. principi. ⁊. l. quid enim. ff. pro ſocio. ⁊ facit quod ſupra dictum eſt in. iij. q.

18 ℂ Ad decimumoctauum. ⁊ vlti. reſpondeo † quod quando ponens operam tantum vult aliquid certum pro opera ſua ⁊ non teneri de damno valebit tale pactum aut conuentio. nec erit contractus ſocietatis ſed locationis operarum. Ita etiam concludit dn̄s frater Bartho. in dicta Piſanella ſuper verbo ſocietas in fine. vbi etiam ſubdit

etiam ſubdit ꝙ talis ponens operas poteſt paciſci nõ ſolum vt habeat aliquem ſummã certam pro ſuis operis ⁊ non teneatur de damno vt ſupra dictum eſt. Sed etiam vt talem partem lucri habeat et nihil de damno: quoniã illam partem lucri non recipit vt ſocius ſʒ vt locator operarum. Quod tamen intellige niſi damnum procederet culpa ipſius ponentis operas vt. l. item queritur. et. l. ſi merces. §. qui calumniam. ff. loca. Et ita intellige quod ſupra in. viij. queſtione dictum eſt.

¶ Secunda pars Tractatus.

Circa ſecundum princi. videlicet de ſocietate, negotiatiõe, ſiue ſoccita animaliũ diligentius animaduertendũ. Cum hec materia magis implicita, ⁊ minus bene declarata per maiores noſtros reperiatur. Et cũ frequentiſſima ⁊ quotidiana ſit preſertim cũ ruſticis qui minus iuris notitiam habent. l. quicunqʒ. C. qui admit. ideo plenius ⁊ clarius procedendum eſt, vt. l. legaui. §. ſi. ff. de aur. ⁊ argen. lega. Quare ſex modis prin. huiuſmodi negotiatio animalium contrahi ſeu exerceri poſſe videtur.

et alienum qꝫ non pōt: quia iura hec vetant. ff. de verb. obli. l. ſtipu
lationum. Item ſi ponitur hec clauſula ratum habiturū quicquid
pro dn̄o dixerit procurator, nō valet ad faciendum: qꝛ conſtituitur
ad dictū, ꝛ ita iudiciū claudicat, qꝫ non debet, extra de excep. cum
inter priorem. Et tantum de procuratorio.

Summarium.

1 ☞ Aduocare ſiue poſtulare quid ſit.
Aduocati qui eſſe non poſſint.
2 Clericus nullus coram iudice ſeculari debet aduocare.
Aduocatus tempore aduocationis ſtare debet.
3 Aduocatus nullus eſſe debet niſi literalem peritiam habeat.
Tabellio vel ſeruus nō debet officium aduocationis exercere.

Contra aduocatos.

Quia aliquādo ad cauſas vocātur qui aduocati iuris eſſe prohibent. Ideo
cōtra aduocatos nūc videamus. Et †primo quid
1 ſit aduocare ſiue poſtulare. Eſt enim deſideriū fra
tri vel amico in re apud eū qui iuriſdictioni preeſt
exponere vel alterius deſiderio ꝯdicere. iij. qꝫ. vij. c. infames. Sur
dus cecus mutus ſiue ppetuo furioſus. minor. xvj. ānis nō poſſunt
eſſe aduocati. ibidē ꝛ. ff. de poſtu. l. j. itē hereticus, iudeus, vel ali⁹
infidelis contra chriſtianum nō pōt aduocare, extra ne cle. vel mo.
quaſi per totū. de poſtu. ex parte. ꝛ intellige niſi in caſibus de qbus
ſupra. c. q procuratorē. in ſacris vel minoribus ordinibus cōſtitu
tus dūmodo beneficio eccleſiaſtico ſuſtentetur de aduocatione co
ram iudice ſeculari pōt repelli presbyter etiā coram iudice eccleſia
ſtico niſi pro ſeipſo, vel etiā pro miſerabilibus pſonis. extra de po
ſtula. c. j. ꝛ. ij. ꝛ. iij. q. vij. c. infames. vbi plene dicitur que perſone poſ
2 ſunt procurare ꝛ que non. Itē nullus clericus †debet aduocare co
ram iudice ſeculari, extra ne cle. vel mo. per totū. ꝛ intellige maxime
in cauſis criminalibus ꝛ in cauſis ſanguinis. Itē pcacibus. i. garru
lis ꝛ improbis phibitū eſt aduocare. C. de poſtu. l. qſqs. ꝛ. C. de aſ
ſeſſo. l. vlti. Item infamis non pōt aduocare. iij. qꝫ. vij. infamis. §.
tria, exceptis his que hic enumerant. Itē excōicatus aduocare nō
pōt, extra de here. excōicamus. item nec publice pugnantes. iij. q.
vij. infames. §. item. Itē mulier aduocare non pōt. iij. q. vij. §. tria.
ꝛ illud vide. Itē aduocatus ſtare debet tpe aduocationis. C. de po
ſtu. l. quiſquis. in fi. ꝛ nō debet iterare qꝫ ſemel fuit poſitus. de ap
pel. l. vlti. itē ſi quis aduocatus admonitus a iudice, vt alicui pſone
preſtet patrocinium ꝛ nō obtēperat pōt repelli, niſi ſe rationabili
3 cauſa excuſauerit. iij. q. vij. infamis. §. tria. †Itē nullus debet eſſe
aduocatus niſi peritiam habeat literalem. C. de aduo. diuer. l. nemi
ni. ꝛ. l. iubemus. ꝛ. C. de poſtu. l. ij. itē tabellio vel ſeruus nos debet
aduocationis officiū exercere. C. de poſtu. l. nec ceterorū. C. de ta
bellio. l. generaliter. Et hec de aduocatis ſufficiunt.

Summarium.

1 ☞ Libellus quid ſit.
2 Libello obſcuro nō teneris reſpondere.
Generalis libellus reprobatur.
3 Libellus ſi fuerit ineptus poteſt reprobari et actor nō dꝫ admitti.
Libellus oblatus ante lit. conteſt. non valet.
Caſus in quibus libellus non offertur.
4 Libellus conſenſu partium an poſſit remitti.
Stipulatio non valet niſi cauſa ſubſit.
Stipulatio quid ſit.
5 Libellus quo caſu non detur.

Contra libellum.

Cum ad actoris petitionē cognoſcendam in iudicio libellus offeratur, quan
docꝫ obſcure, quandocꝫ inepte, ideo vidēdum eſt
quid ſit libellus ꝛ ad quid offeratur. †Libellus eſt
1 eſt petitio actoris ſcripta continens nomen iudi
cis, actoris, ꝛ rei. ꝛ rem que petitur, ꝛ cauſam petēdi, extra de libel.
obla. c. j. ij. ꝛ. iij. Libellus offertur ad hoc vt reus valeat deliberare
vtrum velit contēdere vel liti cedere. ff. de edē. l. j. in prin. Ideo reo
xx. dierum inducie ad deliberandū poſt libelli oblationē concedū
tur. iij. q. iij. §. ſpatium. Libello poteſt quis obijcere φ nō tenetur
reſpondere niſi nomen iudicis ꝛ actoris et rei, et res que petitur cō
tineatur. ff. de rei vendi. l. ſi in rem. et ibi debet contineri dies men
ſis ꝛ annus dati libelli. iij. q. iij. §. ſpatium. Et hoc intellige in cau
2 ſis criminalibus. Item †ſi libellus obſcurus fuerit non debes ei re
ſpondere, extra de teſti. cum clamor. de dila. cum litere. Item ſi non
ꝯtineat cauſam vel actionē petētis nō valet. extra e. ti. c. ij. ꝛ. iij. Itē
libellus generalis reprobatur. ff. de iure fiſ. l. ita. quia generalitas
petit obſcuritatem. ff. de pac. l. veterani. ꝛ de ſolutio. l. cum ſic hus.
Item in actione reali reprobatur niſi proprium nomen fundi ex
primatur vel niſi ſectio ad oculum oſtendatur. Et ſi nomē propriū
non habet duo proximi nominentur, extra eo. titu. c. ij. Item ſi pe
titur aurum vel argentum, debet exprimi materia et pondus. Si
ſeruus, debet exprimi nomen eius. Si pannus, color debet expri
mi. Si animal debet exprimi aſinus vel bos, ꝛ vtrū ſit albus vel ni
ger. Si aliqua res menſurabilis petatur, vt vinum debet exprimi
quot mēſure

quot mẽſure petant. Item ſi petit cyphus vel aliud vas debet ex-
primi forma vtrũ ſit rotundum vel quadratum, vel cũ ſculptura. ff.
3 de rei ven. l. ſi in rem. Item † ſi libellus ineptus fuerit pòſt reprobaue-
rit actor non debet admitti, extra de iud. examinatam. Item libel
lus reprobatur niſi per eũ reus certificari poſſit quo iure actor age
re velit. ff. de eden. l. j.

Nota ſi libellus offerat ante lit. cõte. non valet. iij. q. iij. §. ſpaciũ. Excipiunt quidaʒ
caſus in qbus libellus nõ offert. Primus eſt viliũ perſonarũ. Secũ
dus eſt cum epiſcopus inter ſuos ſubditos cognoſcit. Tertius in
caſu ambiguitatis. C. de ambi. l. j. Quart⁹ in ſuſpecto tutore. Quin
tus in criminibus notorijs. extra de accu. c. euidentia. Sextus in
leuibus criminibus. ff. de accu. l. leuia. Septimus in charta falſa co
rã iudice producta ⁊ teſte falſo. C. de proba. l. vlti. ¶ Queritur vtrum
4 † libellus conſenſu partiũ pòt remitti, dico ꝙ non: qꝛ eſt de ſubſtã-
tia iudicij. idem de lit. conteſt. ideo remitti non pòt, extra de ferijs
c. vlti. iij. q. v. accuſatoribus. Item ſi petis aliquid a me actione ex
ſtipulatu non teneor libello reſpõdere niſi in eo ponatur cauſa ſti-
pulationum. nam ſtipulatio nõ valet niſi cauſa ſubſit. ff. de condi.
ſine cauſa. l. qui ſine cauſa. ¶ Nota ſtipulatio eſt ſolẽnis promiſſio
quando preceſſit interrogatio et ſubſecuta eſt reſponſio. Item in
cauſa criminali non valet ſi actor ſe non obligat ad talionem. ij. q.
vj. c. j. et. v. q. vi. c. ij. Item ſi non continet nomẽ iudi. ij. q. viij. §. vlt.
Item ſi agit in modum accuſationis poſt electionem cõfirmatam
nõ valet niſi ſe obliget ad penã. extra de accu. ſup his. Item ſi eſt de
nuntiatio ⁊ nõ ponit in libello ꝙ te charitatiue admonuerim non
valet, extra de ſimo. licet heli. extra de iudi. nouit. Item ſi agatur
per modum inquiſitionis, vt qꝛ prelatus ex officio ſuo procedit in
5 cauſa † non dat libellus ſed capitula ſuper quibus clamor proceſſit
dicenda ſunt tibi, vt habeas copiam defendẽdi te, ⁊ debes eſſe pre
ſens cum ſit inquiſitio. nã ⁊ abſenti inquiſitionem ſuã ferre nõ po-
teſt niſi contumaciter ſe abſentauerit, extra de accu. qualiter ⁊ qñ.
extra de ſimo. licet heli. item ſi agitur de crimine ciuiliter debet po
ni in libello iniuria quã feciſti in aliquo loco vel in mẽbro, aliter nõ
valet. de pe. diſt. j. aut facta. ¶ Et no. diligenter quando libellum
recipis debes proteſtari ꝙ illuʒ recipis ſaluis exceptionib⁹ tibi de
iure competentibus tam cõtra reſcriptum ꝙ̃ contra iudicem, tam
contra actorem ꝙ̃ contra libellum. extra eod. titu. c. vlti. ſi non fue-
rit proteſtatum tunc nocebit. xxxj. qõne. ij. lotharius. vnde verſus.
☞ Conuenti nomen et nomen conuenientis. Judicis et menſ[i]o rem
ꝙ̃ uis ſcribere debes.

Summarium.

1 ☞ Teſtes plures ſunt neceſſarij ad claritatem veritatis.
Teſtis domeſticus a teſtimonio repellitur.
Domeſtici qui dicantur.
2 Affinis reputatur domeſticus.
Teſtis infamis repellitur.
3 Infames in enormi crimine poſſunt teſtari.
Teſtis inimicus nunquid repellatur.
Conſpiratores et capitales inimici in nullo caſu ad accuſationem
teſtium admittuntur.
Teſtis iuratus niſi deponat teſtimonium eius non valet.
Teſtes non plene ꝓbant niſi de certo tẽpore fecerint mentionem.
Teſtimoniũ excommunicati non valet.
4 Pater non poteſt teſtificare contra filium nec pro filio nec ecõtra.
Pater poteſt eſſe teſtis pro filio in tribus caſibus.
Frater pro fratre ⁊ contra fratrẽ teſtificari quando poſſit.
Socius cum ſocio an poſſit ferre teſtimonium.
5 Minor. xiiij. annis generaliter in omni cauſa non pòt eſſe teſtis.
Pubes an poſſit ferre teſtimonium de his que vidit impubes.
Seruus nũquid poſſit ferre teſtimonium factus liber, de his que
vidit in ſeruitute.
Mulier ſm canones in cauſa criminali ad teſtimoniũ nõ admitti-
tur, ſed ſm leges nõ prohibetur.
Mulier in teſtamẽtis non poteſt eſſe teſtis.
Teſtimonium vnius non valet.
6 Caſus in quibus vnico teſti creditur.
Monachus teſtis eſſe non poteſt: qꝛ funeſtam vocem habet.
Socius criminis non admittitur ad teſtimonium.
Libertus contra dñm patronum non poteſt teſtificari.
7 Libertus ſi cõtra patronũ accuſator vel teſtis fuerit ante litis exor
dium eſt puniẽdus capite: quibuſdam exceptis.
Teſtimonium obſcure vel confuſe loquentis non valet, niſi ite-
rum deponat.
Teſtis nõ valet, niſi ad eius receptionem vel depoſitionẽ pars ad-
uerſa fuerit euocata.
8 Infideles contra fideles teſtimoniũ ferre non poſſunt.
Teſtis deponens de viſu ⁊ auditu valet.
Teſtis non reddens cauſam ſui dicti non valet.
Gener pro ſocero, ⁊ econtra, teſtes eſſe non poſſunt.
Teſtis pro paupertate nunquid ſuſpectus eſt habendus.
9 Honeſtioribus ⁊ dignioribus potius credendum, ⁊ maſculo ꝙ̃ fe-
mine: ⁊ diuiti potius ꝙ̃ pauperi.
Teſtium multitudo non eſt attendenda vel attentande in depoſi
tionibus, ſed qualitas.
10 Caſus excepti in quibus teſtes plures ꝙ̃ duo exiguntur.
11 Libertatem ſeruo ſuo dans per literas quot teſtes requiruntur.

¶ Contra teſtes.

1 **Quia licet † ad claritatem**
veritatis neceſſarij ſint teſtes plures tamẽ ad teſtã
dum producuntur qui de iure repelli poſſunt. Id
circo cõtra teſtes aliquid videamus. ¶ Teſtis do
meſticus a teſtimonio repellitur extra de teſtib. in
literis. Domeſtici autem dicuntur oẽs qui ſunt de familia huius
d. c. literis. Item parentes omneſq; propinqui, familiares, liberi,
⁊ ſerui, nurus. C. de ver. ſigni. l. vlti. Item omnes familiares quib⁹
producendum pòt imperare ratione patrie poteſtatis obediẽtiã,
2 vel iuriſditionem. ff. de teſti. l. in lege. iij. q. v. accuſatores. † Item af
finis reputatur domeſticus. iiij. q. ix. §. abſens. ij. Item mercenari⁹
C. de qõ. l. ſeruos. ff. de penis. l. reſpiciendum. §. furta. Item cõſan
guinei. iij. q. v. c. j. Item vir et vxor, alter pro altero habetur pro do
meſtico. ff. ne iudi. l. interdum. Item priuigna et nurus. inſtitu. de
nup. §. affinitatis. Item pater filio et filius patri. inſtitu. de teſtib.
§. in teſti. Item coloni vel aſcriptitij dicuntur domeſtici. C. de que
ſti. pridem. Item ſi teſtis eſt infamis repelli poteſt. vt qui lenoci-
nium fecerit ipſe et queſtus cauſa eſt in anis cum alijs multis. ff. de
his qui no. infa. l. prima. Et inter illas ponitur ioculator ⁊ omnis
leuis perſona que frequentat tabernam. extra de accu. ſi conſtite-
rit. Item de facientibus vilia officia, vt in gl. l. prima. §. caupones.
ff. nau. caup. ſta. luſor. extra de exceſſib. prelato. inter dilectos. Itẽ
vilis officij, vt qui mundant latrinas ⁊ balneatores. iiij. qõ. iij. §. in
3 primis. extra eo. ti. c. j. ⁊ meretrix. ff. de teſti. l. iij. ⁊. ij. infames † tamẽ
in enormi crimine poſſunt teſtari. de ſimo. licet heli. ⁊. c. tanta. Itẽ
raptor latro ⁊ quilibet infamis. eo. ti. et parte. ⁊ periurus. eo. titu.
ſub nobis. ⁊ plures modi infamie reperiuntur. vj. qõne. j. infames.
Item ſi teſtis eſt inimicus repellitur. extra de accuſ. c. cũ oporteat.
iij. q. v. c. ij. Sed que inimicitie repellantur relinquitur arbitrio iu-
dicantis. ff. de queſtio. l. j.

Nota tamen conſpiratores et capitales inimi-
ci in nullo caſu ad accuſationem teſtiũ admittũtur de ſimo. ꝑ tuas.
Item niſi teſtis iuratus deponat eius teſtimoniũ non valet, extra
de teſti. nuper. Item teſtes nõ plene probant niſi de certo tpe fece-
rint mentionẽ, extra de fi. inſtru. cũ io. extra de proba. in preſentia.
4 Itẽ teſtimoniũ excõicati non valet, extra eo. ti. veniens. Item † pa
ter non poteſt teſtificare contra filiũ, nec pro filio, nec ecõtra filius
pro patre aut contra patrem. iiij. q. iij. c. ſi teſtes. in tribus tamẽ caſi
bus pater poteſt eſſe teſtis pro filio. Primo in teſtamẽto filij teſtã-
tis de caſtrenſi peculio. ff. de teſta. l. qui teſta. §. j. Secundo ad pro-
bandum genus vel originem, extra qui filij ſint legiti. tranſmiſſio.
Tertio in cauſis matrimonialibus, extra de ſen. ⁊ re iudica. tenor.
Frater tamẽ ꝓ fratre ⁊ cõtra fratrẽ poteſt teſtificari, niſi habeãt oĩa
bona in cõi: quia tunc intelliegretur ſuam cauſam agere. ff. de teſt.
l. j. Sed in re ꝓpria nullus eſt idoneus teſtis. iiij. q. iij. §. itẽ nullus.
Sed vtrũ ſocius cũ ſocio poteſt ferre teſtimoniũ. diſtingue, an ſen-
tit lucrum an damnum, ſi teſtis ſentit damnum poteſt. ff. quando
5 appellã. ſit. l. eadem. Item † generaliter in omni cauſa minor. xiiij.
annis nõ pòt eſſe teſtis. iiij. q. iij. §. nota. extra eo. c. j. Quod factus
pubes poteſt ferre teſtimonium de his que vidit impubes. xxxvij.
diſtinctio. c. relatum. Seruus autem factus liber poteſt ferre teſti
monium de his que vidit in ſeruitute. ff. de verbo. ſigni. l. notionẽ.
Item prohibẽtur omnes crimino ſi. extra de teſti. ſuper eo. hoc ha
bet locum preterꝙ̃ in criminibus excep. extra de ſimo. licet heli. vt
ſupra patuit. Item ſm canones mulier in cauſa criminali ad teſti-
monium non admittitur, ſed ſm leges non prohibetur. xxx. qõ. v.
mulierem. extra de verbo. ſigni. forus. Item in teſtamentis mulier
non poteſt eſſe teſtis. inſti. de teſta. §. teſtes. Sed in alijs cauſis non
prohibet, extra de teſti. qm̃ aliquis. item teſtimonium vnius nõ va
6 let. extra eo. ti. licet. ⁊. iiij. q. iij. item in criminali. No. † tamen caſus
in quibus vnico teſti creditur.

Primus eſt cũ dubitatur an eccleſia ſit cõ
ſecrata. de conſe. di. iiij. paruulus. ⁊ generaliter vbi nulli nocet, ibi creditur vnico
teſti. Itẽ monachus teſtis eſſe non pòt. extra ne cle. vel mo. per to-
tum: quia monachus funeſtam vocem habet. C. de his qui accuſa.
non poſ. l. ſi qs. vbi dicit funeſtã vocem iudicari potius oportet ꝙ̃
audiri. Et intellige niſi pro ſua eccleſia, extra eo. ti. inſuper. ⁊ extra

de ſureiur.niſi.itē ſocius criminis non admittit ad teſtimonium,
extra co.ti.veniēs.niſi in criminibus exceptis.itē ſeruus nō admit
titur,extra de ver.ſig.forus.iiij.q.v.nullus ſeru⁹.itē libertus cōtra
patronū nō pōt teſtari.iiij.q.iij.§.itē lege iulia.ꝛ ſi fecerit redigitur
ad ſeruitutē,extra de ſeruis non ordi.de famulis tñ per alios,ꝛ eꝫ
7 alios pōt teſtari.C.de poſtu.l.nec ceterorū.ꝛ†ſi contra patronum
accuſator vel teſtis fuerit ante litis exordiū capite puniendus eſt.
xij.qō.ij.qui manumittit.niſi in criminibus exceptis,ꝛ in crimine
fraudati cēſus.xij.qō.ij.item teſtimonium conducti ꝛ locati teſtis
nō valet,vbi ſcꝫ aliquis accepit pro teſtimonio ferēdo vel non ferē
do,vel vbi aliquid ſibi promiſſum fuerit,ꝛ ob hoc teſtimoniuꝫ ob-
tulerit.extra de teſt.c.j.ꝛ.c.ſicut.ꝛ extra de probat.licet.iiij.qō.iij.§.
item in criminali.Item ſi teſtis obſcure vel confuſe loquitur non
valet niſi iterum deponat,extra eo.titu.cum clamore.Item teſtis
non valet niſi ad eius receptionem vel depoſitionem pars aduer-
8. ſa fuerit euocata,extra eo.titu.c.ij.Item infideles†contra fideles
non poſſunt ferre teſtimonium.eodē titu.licet vniuerſis.c.iudei.
Item teſtis non valet niſi de viſu ꝛ auditu deponat.eod.titu.pre-
terea.ꝛ.c.cum cauſam.Item teſtes de aliis cauſis ꝛ negotiis teſti-
monium dicere nō debēt niſi de his que ſub eorum preſentia facta
eſſe noſcuntur.iij.q.ix.teſtes.Item teſtis non valet niſi reddat cau
ſam dicti.eo.titu.cum cauſam.extra de ſen.ꝛ re iud.ſicut.intellige ſi
de ſua ſuia interrogetur.Item gener pro ſocero ꝛ ecōtra teſtes eſſe
non poſſunt.iiij.q.iij.§.itē.Item nota contra teſtes poteſt obijci
ꝙ non valeat eorum teſtimonium niſi habeant.l.aureos in bonis.
nam alter propter paupertatem ſuſpectus eſt.ij.q.i.in primis.circa medium.ꝛ.iiij.q.iij.§.item in criminali.Et intellige de non vo-
luntaria paupertate.Item teſtis non valet vbi receptus fuerit in
quarta productione niſi actor iuret ꝙ nec ipſe nec aduocatus eius
teſtari docuerit,nec teſtimonia alioꝝ pſcrutari,nec ꝑpter dolum
aut aliquā maliciā quartā ꝑductionē petiuit,extra eod.ti.c.vltra
9 tertiā.ꝛ.c.cauſis.Item†potius eſt credendū honeſtioribus vel ni-
gnioribus ꝙ aliis.extra eo.ti.in noſtra.iiij.q.iij.§.itē.Item potius
credendū eſt maſculo ꝙ femine.extra de ver.ſig.forus.iiij.qō.iij.§.
item.Item magis creditur diuiti ꝙ pauperi.ibidem.itē nota mul
titudo teſtium non eſt attendenda vel attentanda in depoſitioni-
bus teſtium ſed qualitas.extra eo.titu.in noſtra.ꝛ.c.licet.iiij.q.iij.
§.item.Et vide.iiij.q.iij.c.i.vſqꝫ ad ſi.

Nota quando exceptionē coram iudice propoſuiſti
debes proteſtari.ꝛ dicere has alter-
natim propono ꝛ eos ſic admitti peto.proteſtor etiā qō non obli-
gor preciſe ad cōprobandū oēs ꝛ ſingulas exceptiones quas ꝑpo-
ſui,ſed ſolū ad eas q̄ in iure ſufficiūt ad victoriā.Itē nota ꝙuis re-
gulariter ſit verū ꝙ in omni cauſa duo teſtes ꝓbāt vite ꝛ ꝯuerſa-
tionis honeſte ſufficiūt,extra eo.ti.licet vniuerſis.ꝛ.c.oī negotio.
10 †Excipiunt tñ caſus in quibus plures teſtes exigūtur.Primus
vbi cūqꝫ accuſat̄ enormiter.ij.q.iiij.preſul.vbi dicit̄.Preſul nō dā-
net niſi cū.lxxij.teſtibus.Presbyter aūt cardinalis niſi cū.lxiiij.te-
ſtibus.Diaconus vero cardinalis niſi cū.xxxvij.ſubdiaconus,aco-
lituus,exorciſta,lector,oſtiarius,niſi cū ſeptē teſtibus ꝯdēnatur.
Item in teſtamēto ſeptē teſtes ſunt neceſſarij ſm leges.C.de teſta.
l.hac conſultiſſima.Sed ſm canones ſufficiūt duo vel tres in teſta-
mēto corā pſbytero ſuo ad hoc ordinato.extra eo.ti.c.cū eſſes.et.c.
relatum.ꝛ in teſtamēto niſi fuerint ſpecialiter rogati:nō valet.ff.de
teſt.l.heredes.§.in teſtamētis.Itē in codicillis quinqꝫ ſunt teſtes
neceſſarij ſm leges.C.de codi.l.vlti.Idem numerus teſtium requi
ritur in donatione facta cauſa mortis.C.de do.cau.mor.l.vlti.Idē
numerus requirit̄ ad probandū ſolutionē debiti in ſcriptis conte-
11 tam.C.de teſti.l.teſtiū.Idē†numerus requirit̄ qñ aliquis dat ſer-
uo ſuo libertatē per literas ſuas,extra de fide inſtr.cū io.in gl.verſi.
ſi queris.in depoſitione etiā alicuius rei requirunt̄ teſtes,extra de
fide inſtr.c.ſiquis.Et hoc intellige qñ depoſitū excedit auri libram.
C.ſig.emphy.pe.l.vlti.¶ Nota verſus in quibus continētur ex-
12 ceptiones ꝯ teſtes.Cōditio,ſexus,etas,diſcretio,forma.Et fortu
na,fides in teſtibus illa requires.Et cōſanguinei pariterqꝫ dome-
ſtica turba.Et clerus laicū a ſe fugat ꝛ viceuerſa.Res perſona gra-
dus locus his ſunt conſona tempus.

Summarium.

1 ☞ Interrogationibus iudices falſitatē deprehendunt.
Aduocatus rei qualiter formare debeat interrogatoria ꝯ teſtes.
2 Interrogatoriorum forma.
3 Inimicus quando quis preſumatur eſſe.
Teſtis titubans pro ignorante habendus eſt.
Contrarij teſtes non valent.
4 Accuſatus nō pōt ferre teſtimonium accuſatione pendente.
5 Caſus in quibus valet teſtimonium de auditu alicuius.
6 Caſus in quibus teſtes lite nō conteſtata recipiuntur.
7 Fama quomodo perquirenda.
Negotia plura ſunt ꝙ vocabula.

¶ Contra interrogatoria.

Quoniā aliquando teſtes
minus vera deponūt ꝛ exēplo Danielis ꝓphete iu
1 dices†interrogatiōib⁹ falſitatē deprehendūt.ideo
poſtꝙ dictū eſt ꝯ teſtes,ſubiūgamus nunc qualiter
aduocatus rei formare dꝫ interrogatoria ꝯ teſtes.
Scribit ergo ſic.Dñe iudex queratis a teſtib⁹ partis aduerſe et ab
vnoquoqꝫ ſingulariter ſup quolibet articulo de dicti ſui cā,de loco
de finib⁹ loci,de tpe,de auditu,de viſu,de ſciētia,de fama,de oībus
circūſtantiis q̄ poſſunt ꝛ debēt animū veſtrū ad ſnlandū inclinare:ꝛ
q̄ iura dicunt ꝛ q̄ decernunt̄ eſſe q̄renda a teſtibus ꝛ deſcendatis ſic
ad ſpeciē.Si teſtis dicit ꝙ Elizabet ꝯxit matrimonium cū io.q̄ra-
tis ſuper illo articulo quō ſciat de viſu ꝛ auditu,ꝛ ſi dixerit de viſu,
q̄ratis quo loco viderit vtrū in domo vel extra domū.Si dixerit in
domo Petri,queratis in qua parte dom⁹.Itē queratis ſi domus
illa ſit lignea vel lapidea.Item queratis qui fuerit preſens,ꝛ vtrū
etiam aliū ꝙ per eum nominent̄.Item queratis vtrum dicti cōtra-
hentes ſtabant vel ſedebant,Itē quibus veſtibus erant tūc induti
item queratis per que verba contraxerunt,ꝛ vtrū vir vel mulier cō
tractum prius poſtulauerat.Item queratis an animo ꝯtrahendi
vel ludo dixerit illud.Iteꝫ queratis ſi aliquis metus interuenerit
2 vel aliqua coactio cōtrahendi vel ſponte contraxerint.Itē† que-
ratis quantum tps ſit elapſum quo hoc factuꝫ fuerit,ꝛ quo anno,
ꝛ qua parte anni,quo mēſe,qua die,qua ſeptimana,qua hora diei
an aura fuit ſerena vel nebuloſa.Itē q̄ratis qs tunc erant epūs,iu-
dex,vel rector loci illius.Itē q̄ratis an fuit rogatus venire ad vidē
dum hoc qō fiebat,vel ſi ſpōte veniſſet.Itē vtrū ipſe ſciebat vel ſcit
aliqō impedimentū.Itē queratis ſi ꝓmiſſum fuit ei aliqd vel datū
ſit,vt ſic deponat,ꝛ ſi ſperat dānum vel lucrum de cauſa illa.Item
queratis vtrū ſit inimicus illius contra quē inducitur,vel ſpecialis
amicus inducētis,ſi autē dixerit ꝙ extra domum fuerit ꝯtractum
matrimonium queratis an in vinea vel in via ſi in via.queratis in
qua,ꝛ q̄ratis de circunſtantiis illius vie,ſi dixerit in campo,quera-
tis cuius erat ille cāpus,ꝛ ſic de aliis.ſi dixerit qō audiuit,q̄ratis a
quo vel a quibus,ꝛ faciatis ſpecificare noīa eorū,ſi tunc teſtes varij
fuerint et vacillauerint in teſtimonio non valet.iij.qō.ix.pura.iiij.
q.iij.§.item in criminali.

Item iudex habet interrogare an amore,timore,odio
cōmodo vel ꝓmiſſo:aut quomodo ꝛ qua-
liter,extra de teſti.quoties.iiij.q.iij.§.itē.Itē ſi teſtis in eadē cauſa
ſit iudex vel aduocatus non valet,extra de teſti.dilectus.ꝛ.c.ro.lib.
vj.itē qui fuerit procurator vel executor pro Io.contra.B.poſtea
in eadem cauſa pro Io.contra.B.non poteſt eſſe teſtis.ibidē.c.ro-
mana.lib.vj.Sed credo qō pro.B.poteſt teſtificari:qꝛ hoc nō inue
nio prohibitum.Itē ſi cauſam habeat contra quem ꝑducitur qua
videtur ſuſpectus poteſt repelli,extra de pur.ca.cū iuuentute,ex-
tra de iud.cauſam que.itē ſi qs in cauſa criminali ſemel tulerit teſti
monium cōtra aliquē,ꝛ poſtea iterū venit in aliqua alia cauſa ꝯtra
3 eundē teſtificari nō pōt:†qꝛ preſumitur eſſe inimicus,extra de ac-
cuſa.meminimus.item ſi teſtis voluerit corrigere dictū ſuū non po
teſt,niſi incontinenti anteꝙ a preſentia iudicis recedat,extra de te
ſti.preterea cū.Itē teſtis titubās pro ignorante eſt habēdus,ideo
repellitur extra de penis.ſuper his.iteꝫ niſi teſtes de tēpore ꝛ loco
ꝛ perſonis conueniant,non valent,extra de teſti.cum cauſam.iij.
q.ix.nihilominus.Item teſtes contrarij non valent,extra de teſti.
in noſtra.Itē ſi crimē obijcit̄ teſti.qō tangit cauſam de qua agitur
repellit̄ ꝛ punit̄,extra de excep.c.j.Item ſi teſtes non fuerunt rece-
pti ſigillatim nō valet,extra de elec.qꝛ ꝑpter.de accu.inquiſitionis.
4 ¶ †Nota accuſatus pendente accuſatione non poteſt ferre teſti-
monium.ij.q.vij.teſtes.extra de excep.deniqꝫ.Item nota laicus in
cauſa criminali dum agitur criminaliter non poteſt eſſe teſtis con-
tra clericum,extra de teſtib.decetero niſi in criminibus exceptis,
extra de ſimo.tāta.Item ſi teſtis tātum loquitur de auditu alieno
vt ſi dixerit,ego audiui ab illo qui dixit ſe audiuiſſe ab alio,non va
let niſi in cauſis inquiſitionis,ſed cōtra videtur de teſti.preterea.ſo
lutio illud eſt ſpeciale:qꝛ loquitur de preſumptione violenta ex in-
5 famia.¶ †Nota ergo caſus in qbus teſtimoniū valeat de auditu
alicuius.¶ Primus in matrimonio ꝛ ꝯſanguinitate.xxxv.qō.vj.
de parentela ſedens in ſolutione debiti.ij.queſtione.ix.§.teſtes.
¶ Secundus in conſecratione eccleſie.de conſecra.diſt.i.de eccle-
ſiarū ꝯſecrationibus.Itē ſi teſtis receptus fuerit ante lit.ꝯt.nō vꝫ
6 niſi in exceptis caſib⁹.†No.caſus in qb⁹ teſtes lit.nō ꝯt.recipiunt̄.
Primus qñ timet̄ de morte teſtiū.¶ Secundus quādo
timetur de abſentia diuturna:quia forte volūt
peregrinare.¶ Tertius ſi cognoſcatur de electione alicuius con-
firmanda.¶ Quartus ſi agitur de matrimonio,et qui conuenien
dus eſt malicioſe ſe abſentat:quia tunc contumax eſt.¶ Quintus
ſi ageretur in modum inquiſitionis de crimine alicuius.Hos ca-
ſus quinqꝫ habes.vt lit.non conteſ.quoniam frequenter.¶ Sex-
tus cum

tus cū recipiuntur teſtes ad memoriā preteritorū conſeruandam.
extra de teſtib.ſignificauit. ¶ Septimus eſt coram iudice appella-
tionis: qui ibi poſſunt teſtes induci lit. non cōteſt. extra de procu. in
noſtra. ¶ Octauus propter actorē ſeu contumaciā abſentis reus
teſtes adducere poteſt lit. non conteſta. extra de do. et cōtu. cauſa.
xxij.q.iij.placuit. §. poteſt. ¶ Nonus cum actor non poteſt agere
propter iuramentum interpoſitum precedens. extra de iureiuran.
ad noſtram. ¶ Decimus vbicunq; iudicis officium expedit. extra
de ſpon. preterea. ¶ Undecimus cum ſpiritualis cauſa tractatur
poſt mortem alicuius. ſ. cum quis in morte reliquit bona ſua eccle-
ſie poſt mortem lit. conteſt. poſſunt recipi teſtes et teſtantur. tunc
etiam excōmunicati. xxiij.q.v. ſane. ¶ Duodecimus vbicūq; offen
ditur publicū cōmodū. ij.q.ō.iij.quia. ¶ Decimustertius ſi agit de
ſtatu et libertate eccleſie. extra de teſtib. cum olim. ¶ Si dixerit de
7 fama. queratis† que ſit fama et a quibus illa fama ortum habuit.
et vtrum illi erant maliuoli vel honeſti. Similiter queratis vtrum
illi a quibus audiuit ea erant bone fame vel male. et vtrum erant
graues perſone vel leues. Itē queratis quoties audiuit hoc, vtrū
ſemel vel pluries. Sed quia plura ſunt talia negotia ꝙ ſunt voca-
bula. ff. de preſcrip. ver. l. natura. ideo multa talia deficiunt.

Summarium.

1 Inſtrumenta et depoſitiones teſtium eandem vim obtinent.
Inſtrumentum quid ſit.
Inſtrumentorum due ſpecies.
2 Inſtrumentum publicum plures habet ſpecies.
3 Tabellionis perſona ſuſpecta vitiat inſtrumentum.

¶ Contra inſtrumentum.

Quoniam eandem vim de-
1 †poſitiones teſtiū ꝛ inſtrumēta obtinēt. Idcirco
poſtꝙ de teſtes egimus, nunc de inſtrumētis videa-
mus. ¶ Inſtrumētum eſt ſcriptura facta ad aſſer
tionē alicuius rei. Dicitur aūt inſtrumētum quaſi
inſtruēs mētem. ¶ Inſtrumētorū due ſunt ſpecies. Aliud eſt enī
inſtrumentū priuatū qḋ eſt ſigillatū ſigillo priuate pſone, tale in iu
dicio non valet niſi habeat inſcriptionem trium teſtium adhuc vi-
uentium. extra de fide inſtru. c. ij. inſtrumentum publicum dicitur
quod habet publicam autoritatem. cuius plures ſunt ſpecies.
2 † Primo dicitur publicum quod per manum publicam. ſ. tabel-
lionem in formam publicam eſt redactū extra de fide inſtr. ſcriptu-
ra. Secundo dicitur publicum quod ſigillo authentico eſt ſigilla-
tum. ibidem. Tertio eſt illuſtrium perſonarum autoritate authen
ticatum. extra de confirmatio. vtili. vel inuti. cum dilecta. Quarto
quod in iudicio ſcribitur. extra de fide inſtru. ſcripta. et tantum
de illo. Primo ergo vide corpus ſcripture et conſidera vtrum ibi
ſit raſura vel innouatio prioris figure, maxime in loco ſuſpecto.
quoniam ſic repelli poteſt. extra de crimi. fal. c. licet. item ſi caret ſi-
gillo authentice perſone aut ſubſcriptione non caret vitio. ex-
tra de fide inſtrumen. c. ij. item niſi ſint duo teſtes ſcripti preter ta-
3 bellionem non valet. ibidem. Item ſi† ibi ſit perſona tabellio-
nis ſuſpecta non valet. extra de fi. inſtrumen. cū ioannes. itē vide
diligenter quis contraxerit. quis ſtipulatus fuerit et cui. item ſi
agit vel conuenitur qualiter in his procedere debeas. vide eo.
titu. §. ſi quis alteri ſtipulari poteſt. Si oſtenderit exemplum vel
reſcriptum non eſt fides adhibenda. extra de fide inſtrumen. c. i.
vbi dicit. ſi ſcripturam authenticam non videmus ad exempla-
ria nihil facere poſſumus. item opponi. inſtrumento qḋ non va-
let niſi ponatur in eo cauſa debendi. ſcilicet ex mutuo, depoſito
vel alia de cauſa. extra de fi. inſtrumē. ſi cautio. Et hec ſufficiunt de
inſtrumento.

Summarium.

1 Priuilegiū qualiter cognoſcendum.
2 Principale vbi non tenet, nec acceſſorium.
3 Precator mendax debet penitus carere impetratis.
Lex nulla etiam ſcripta vel etiā canon ius naturale tollit.
Priuilegium datū perſone et datū loco plurimū differt.
4 Donatio ſub cōditione multū differt a donatione ſub modo.
5 Caſus in quibus donatio facta eccleſie non valet.
6 Caſus in quibus donatio facta alteri pōt de rigore iuris reuocari.
Donatio facta a matre, ſi tranſeat ad ſecundas nuptias, in tribus
caſibus poteſt reuocari.
Dictio atrox quid comprehendat.
7 Derogatur iuri per ſpeciem.
Priuilegiū alicui damnoſum non valet.
Priuilegiū cōtinēs ꝙ aliquis ſit ab oībus immunis an validum.

¶ Contra priuilegium.

Si in iudicio producitur
1 ſcriptura† ꝗ̄ dicit priuilegiū. vide de verbo ad ver-
bū de eo ſicut eſt dictū de inſtrumēto. itē vide bullā
an ſit papalis. quod cognoſcitur in punctis in bar-
ba Petri, ꝛ Pauli, in filo, et in ſtilo ſcꝫ ꝛ in aliis in
forma ſtili. ꝛ quātitate charte. extra de cri. fal. licet. Item ſi papa vni
loquit vobis vel pluribꝰ tibi. nō valet. extra de cri. fal quā graui. vn
de verſus forma ſtilus. filum. raſa mēbrana ſigillum. Hec ſex falſata
dāt ſcripta valere puſillū. Itē an priuilegiū ſit donatiuū vel ꝯfirma
2 tiuū nō valet niſi oſtēdat principalis cōceſſio. q̄r† vbi principale nō
tenet. nec acceſſoriū. extra de fi. inſtr. inter dilectos. ꝛ ibi vide formā
reprehendēdi priuilegiū. Si vero principalis cōceſſio appereret cū
bulla vel cū ſigillo nō vituperato. cōſidera diligēter vtrū cōcedēs po
terat cōcedere vel nō. ꝛ impugna ne trāſeat in rē iudicatā. extra de
ſen. ꝛ re iu. inter monaſteriū. itē ſi priuilegiū cōceſſum eſt ſm ius cō
mune. dic ꝙ nō eſt priuilegium cum nihil priuatum offert. extra de
ver. ſig. Abbate. iij. diſt. priuilegia. xxv. q. i. §. item octaua die. item
ſi preter ius commune detur. extra de conſue. cum dilectus. item ſi
datum eſt contra ius commune. vide an illi cōtra quem datum eſt
aliqua leſio inferatur. que ſi enormis eſt non tenet. extra de ver. ſig.
quid per nouale. niſi de lege vel canone contra quem datum eſt fe-
cerit expreſſam mentionem. Et intellige ſi eſt priuilegiū imperato
ris. quantū ad leges. vel Pape ꝗ̄tum ad canones. item ſi ſuppreſ-
ſione veri aut ſuggeſtione falſi fuerit impetratum. non tenet: quia
3 †mendax precator carere debet penitus impetratis. extra de reſcri.
ſedes in ſi. item ſi contra ius vel vtilitatem publicam vel contra pre
ſcriptionem. ibidem. item ſi eſt contra ius naturale non valet. ſi cō-
cedens habet ius tollendi illud. Caſus. ff. ne quid in lo. pu. ſi. l. ij. §.
ſi quis. Si vero dicitur in genere non obſtante aliqua lege vel canu
ne non valet. q̄r nulla lex etiam ſcripta vel etiam canon ius natura
le tollit. ff. de regu. iu. l. priuilegia.

Nota magna eſt differētia inter priuilegiū datū per
ſone et datum loco. ſi eſt perſone non
trāſcendit vitā pſone. extra de re. iur. priuilegia. libro. vi. ſi datū eſt
loco. perpetuū. vt. di. l. iij. de filius. ſi vero dubiū recurrendū eſt ad p
ſonā cōcedentē. extra de iudi. cum veniſſet. Si tamē dator vel cōdi-
tor haberi non poteſt ſtatur priuilegio. niſi aduerſarius contrariū
per teſtes oſtendat. arg. extra de fi. inſtru. cum io. Et vide ſi agatur
reali vel perſonali actione. extra de lit. non conteſ. quoniam frequē
ter. itē ſi datum ſit ad tempus. vtrū tēpus ſit finitum. xxv. q. ij. §. ſi.
item vide ſi aliqua conditio ſit annexa que non ſit impleta: q̄r tunc
non valet. extra de condi. ap po. verū. vide ſi ſatiſdedit qḋ promiſit.
4 quia alias nō valet. de condi. appo. ſuper eo. ¶ Et no.† differen-
tiam inter donationem ſub cōditione ꝛ donationē ſub modo. Do
natio ſub conditione non tenet niſi aduentente conditione ſiue ea
cōpleta. vt. ff. de cōditio. ꝛ demō. l. qui here. §. vi. Donatio ſub mo
do eſt do tibi manſum vt me paſcas ꝗ̄diu vixero. hec donatio ſta-
tim tenet ꝛ nō reuocat ꝗ̄diu modus ſeruat, extra de cōdi. app. ve-
rum in gl. vnde nota differentiā, ſepe tñ vnū ponit pro alio ibidē.
5 No†. viij. caſus in quibꝰ donatio facta eccleſie nō valet, nec reuoca
ri pōt. Primo ſi ſub modo facta eſt ꝛ ꝯditio deficit, vt iam dictum
eſt. Secūdo ꝓpter turpe factū appoſitū. extra de ſimo. c. de regula-
ribus. ꝛ c. veniens. Tertio ꝓpter dati enormitatē. xiij. q. ij. ſigo tra-
ſcitur. Quarto ꝓpter ſequentē procurationē. xvij. q. iij. quicunq;.
Quinto ꝓpter recipiētis fraudē. xvij. q. vlt. conſtituit. Sexto pro-
pter donantis impotentiam. extra de teſta. ſilius noſter. Septimo
propter cauſe defectum. extra de renunti. c. ex tranſmiſſa. Octauo
ꝓpter doni immenſitatē. xij. q. ij. ſiquos. de ſeruis.

Item nota quinq; vel ſex caſus in quibꝰ donatio facta
alteri poteſt de rigore iuris reuocari. Pri-
mus ſi donatarius in donatorem manus impias iniecerit. ſecun-
dus ſi atroces iniurias ei infert. Tertius ſi graue rerum ſuarum
ei damnum intulerit. Quartus ſi graue vite periculum ei inferre
preſumpſit. Hos quatuor caſus habes extra de dona. c. vlti. Quin
tus propter ingratitudinem. ſextus ſi conditionem ſibi appoſi-
tam non ſeruauit ibidem. et. C. de reuocan. donationi. l. vltima.
¶ Item donatio facta a matre ſi tranſeat ad ſecundas nuptias,
ex tribus caſibus poteſt reuocari. Primus ſi filius vite ſue inſidia-
tus eſt. Secundus, ſi atroces manus in eam iniecerit. Tertius ſi
totius ſubſtantie molitus eſt iacturam. in authentica. de nuptiis.
§. mater. Et intellige quod hec dictio atrox tribus cauſis conſi-
deratur. inſtituta de iniuriis. §. atrox. vnde verſus. His tribus ex
cauſis iniuria dicitur atrox. Facti perſone vel loci de ratione.
¶ Item vide ſi priuilegium eſt conceſſum ob cauſam vtrum cauſa
ſubſit vel non. ꝛ vtrum fuit cauſa impulſiua. xix. queſtione ſecunda
qui ſunt. Item vide ſi renuntiauerit facto vel verbo, dic tūc quod
non valet. extra de priuile. Item ſi abuſus fuerit priuilegio nō va-
let. extra de priuile. vt priuilegia, ꝛ de regu. iur. priuilegium. lib. vi.

item ↄſidera diligenter an ꝑpter delictum fecerit ſe indignū.extra de priuile.tuarum.item ſi fecerit contra priuilegium.ibidem. item vide ſi ſit generale vel ſpeciale vel vnum generale et aliud ſpeciale:
7 quia † generi per ſpeciez derogatur, vt extra de reg.iur.generi per ſpeciem.lib.vi.item ſi priuilegium ſit alicui damnoſum non valet, extra de deci.ſuggeſtuz. ¶ No.verſus de caſibus quibus perditur
8 priuilegium. Si facis contra, ſi negligo propter abuſum. Delictū damnum pariterq́ȝ conceſſa poteſtas. Item priuilegium non va⸗ let in quo continetur qd̓ aliquis ab omnibus ſit immunis. idem dic de qualibet ſcriptura. C.de decurionibus.l.exemplo.ꝛ.l.vacan tis.et vt breuiter me expediam, vide.c.ex ore.de priuilegiis.et de ſenten.et re iudi.inter monaſterium,ꝛ de fide inſtrumen.inter dile ctos.ꝛ.lxxij.di.per totum.

Summarium.

1 ☞ Teſtamentum quid ſit.
Teſtamentū niſi ſit vltimum non valet.
Heres non inſtitutus, teſtamentum perit.
Furioſi teſtamentum non valet.
2 Maſculus qui quatuordecim annos non cōpleuit ꝛ femina duo⸗ decim teſtamentum facere non poſſunt.
3 Caſus in quibus filius poteſt exheredari.
Nemo exiſtens in poteſtate teſtatoris poteſt eſſe teſtis.
4 Miles poteſt ſuum teſtamentum facere coram duobus teſtibus.
Teſtamētum nullus facere poteſt qui ſeculo renunciauit.
Teſtamentum impugnans priuatur legato ſibi facto.

¶ Contra teſtamentum.

AD faciendum teſtamēta
1 Sciendum † qd̓ teſtamentum eſt voluntas ſolen⸗ nis qua proteſtatur quis de rebus ſuis poſt mortē ſuam ꝛc.xiij.q.ij.placuit. An teſtamentum valeat primus cōſidera qs fecit teſtamentū.Et an ſm̄ regu las iuris teſtatus ſit de numero teſtiū.et qd̓ rogati debent eſſe, vt ſupra in tit.de teſti.l.Teſtamentū niſi ſit vltimū non valet. extra de celebra.miſſa.cū marthe.item videtur vtrum illa vltima voluntas ſit per aliam poſteriorem immutata.ꝛ dic qd̓ non valet, vt.xij.qd̓. viti.item teſtamentū nō valet niſi heres fuerit inſtitutus.ff.de his que in teſta.l.vlti.item ſi teſtator fuerit furioſus teſtamentū nō va⸗
2 let.C.qui teſta.facere non poſſunt.l.furioſum.† Item maſculus q quatuordecim annos non compleuit et femina duodecim nō poſ ſunt teſtamentū facere.ff.de teſta.l.qua etate. Item nec mutus nec ſurdus poteſt teſtari.C.qui teſta.face.non poſſunt.l. diſcretis. Et intellige de ſurdo a natura:quia ſi a morbo ꝛ ſciat ſcribere bene po teſt.ibidem.item filiusfamilias non poteſt etiam de voluntate pa⸗ tris niſi de caſtrenſi peculio.C.de inoffi.teſta.l.penul.item infamis ob crimen famoſum.l.in cui.ff.de teſtamen.extra.de hereti.excom municamus.item captus apud hoſtes ſi faciat teſtamentū non va let.inſti.quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum.§.vlti.vbi pene omnes predicti caſus ſunt in glo.ſi.item ſi pater petit filium in teſtamento non valet.ff.de iniuſto rup.ꝛ irrito teſtamento.l. nā ꝛ ſi.item ſi exheredauit ſine cauſa expreſſa et vera ac a iure conceſſa
3 non valet.C.de poſt u.l.non licet. ¶ † Caſus autem in quibus fi lius poteſt exheredari habes de iureiuran.et in authenti. vt cum de appella.cog.§.cauſas.col.viij. Item ſi teſtamentum fuerit ra⸗ ſum ſeu viciatum in loco ſuſpecto non valet, extra de cri.fal. licet. de fide inſtru.inter dilectos.

Nota mulier non poteſt eſſe teſtis in teſtamento.ff. de teſta.l.qui teſtamentum.vbi dicitur mulier in teſtamento teſtimonium dicere non poteſt.itē nemo exi⸗ ſtens in poteſtate teſtatoris poteſt eſſe teſtis.ff.eo. tit. qui teſta.l.j. item qd̓ omnes teſtes ſint liberi et puberes alias non valet.inſti. eo.titu.§.ſed cum aliquis.ꝛ.§.teſtes.et.ꝫ.c.contra teſtes. item niſi teſtes in fine teſtamenti ſe ſubſcripſerint non valet.ff.eo.titu.l.he redes.et illa omnia que dicta ſunt debent in teſtamēto ſolenni eſſe Et ſm̄ leges qn̄ pater teſtatur inter liberos ꝛ nepotes tunc nō eſt neceſſe ꝙ tanta ſolennitas adhibeatur.C.eo.titu.l.hac conſultiſſi ma.Sed ſufficit tunc ꝙ adhibeantur duo teſtes. Similiter miles
4 † poteſt ſuum teſtamentum facere coram duobus teſtibus.ff. de te ſtamen.mili.l.diuus. ¶ Nota nullus poteſt facere teſtamentum q ſeculo renunciauit et aliquam religionem intrauit. et ſi teſtamen⸗ tum fecerit non valet.xix.que vlti.quia ingredientibus. ¶ Nota ſi quis dixerit committo tibi vltimam voluntatem ſiue diſpoſitio nem ego Io.ꝛ heredem quē tu volueris.Si poſtea teſtamētum fa ctum fuerit non valet ſm̄ leges:Secus eſt de benignitate cano.xy. q.ij.vbi dicitur qui extremam volūtatem in alterius diſpoſitionē committit nō videtur decedere inteſtatus.item ſi aliquid in reſtoinē to tibi fuerit legatū.cave de teſtamētū impugnes qꝛ legato priua beris.C.de codicil.l. vltima. quia nemo debet habere ſubſidium ab eo quod impugnat, extra de cenſi.cum olim.Et hec de teſtamē to ſufficiunt.

Summarium.

1 ☞ Poſitiones ad quid inuente.
Caſus in quibus actor ab actu iudiciali remouetur per poſitiones minus legitimas.
Negatiua poſitio quotuplex.
2 Negans emancipationē recte factā hoc debet probare.
Bonus et idoneus quilibet preſumitur niſi cōtrarium probetur.
Negatiua pregnans que dicatur.
3 Poſitio ſi non releuat ponētem vel prodeſt petenti, talis poſitio non debet admitti.
Traditio nuda non transfert dominium.
4 Via periurijs non eſt aperienda.
Poſitioni obſcure et cauilloſe reſpondere nō tenetur reus.
Sententia nō poteſt ferri ſuper re incerta.
5 Iuramentum calumnie in quibus preſtetur.
Confeſſio ſemper debet conuenire naturali rationi.

¶ Contra poſitiones.

POſitiones ſunt inuēte vt
1 † releuentur partes ab onere probandi, preſertim per teſtes facilius enim ſunt confeſſiones ꝙ ꝓdu ctiones teſtiū cū teſtes idonei vix inueniantur ꝛ cū labore ꝛ expēſis producunt.iij. queſtione.ij.§. itē in criminali.Nota ſex modis actor ab actu iudiciali remouetur ꝑ poſitiones minus legitimas.Primus modus ſi poſitio fuerit ne⸗ gatiua probari non poteſt.Sed qui ponit, neceſſe habet probare quod poſuit.ff.de prob.l.ij.No.qd̓ negatiua eſt triplex facti, iuris, ꝛ qualitatis.Negatiua facti eſt duplex pura et ſimplex que nō ha⸗ bet determinationem loci vel temporis vel alicuius rei,ꝛ hoc pro⸗ bari non poteſt directe vel indirecte, vt ſi quis dicat ſe nunꝙ citatū fuiſſe.extra de elec.bone.j.Si aūt adijciat tp̄s vel locus vel aliquid ſimile:tunc poteſt probari indirecte.extra de teſti.ex tenore. et.c.ſe riem.Item negatiua facti probatur cum habeat affirmatiuam im⸗ plicitam, vt ſi dicat, coactus renunciaui.hoc debet probari.extra de renuntia.ſuper hoc.Negatiua iuris bene probatur vt ſi negans
2 † emācipationem recte factam hoc debes probare.ff. de ꝓba.l.ab ea parte.§.adē reſpondeo.ſiquis negat aliquid iuſte factum debet illud probare.Negatiua qualitatis vt ſi diceres.ille nō eſt idoneus vel legitimus vel non ſoluendo fidelis.hoc debet probare qui hoc dicit:quia quilibet preſumitur bonus et idoneus niſi probetur cō⸗ trarium, extra de preſum.dudū.ꝛ de ſeru.in ord.fac.c.vnico. Item ois negatiua ꝗ̄ includit in ſe affirmationez appellat negatiua pre⸗ gnans,ꝛ talis negatiua ꝓbat ꝑpter incluſionē affirmationis.extra de proba.qm̄.de teſti.ex tenore.

Secundus modus eſt ſi poſitio nō facit ad cau ſam vel non eſt facta ſuper re de qua agitur in libello nō valet.verbigratia.Si agitur de rei vē dicatione ꝛ actor petitionem facit ſuper mutuo depoſito, talis po
3 ſitio non valet.Tertius modus eſt.ſi † poſitio non releuat ponen⸗ tem vel non prodeſt petenti, talis poſitio non debet admitti.extra de excep.dilecti filij.Nota differentiam inter ſecūdum ꝛ tertiū mo dum.In ſecūdo licet poſitio ſuper re, de qua agitur non ſit proba⸗ ta:tamen monſtrat intentionē ponentis.In tertio aūt nihil facit ad negotiū de quo agit̄.Quartus modus ſi eſt poſitio pendens ab alia poſitione ꝗ̄ negata eſt, talis poſitio non valet.verbigrā. Actor dicit.Pono ꝙ.A.tradidit mihi fundum.reus negat hoc. Actor poſtea producit aliam poſitionē dicens.pono ꝙ.A.tradidit mihi fundū talem.hec poſitio nō eſt admittenda ꝑpter duo.Primo qꝛ non releuat ponentē:qꝛ nuda traditio non transfert dn̄ium. ff. de acquiren.re.do.l.traditio.Scd̓o qꝛ pendet ab alia que fuit negata. Unde ſi reus ad iſtam que ad negatam dependet reſponderet, poſ
4 ſet de facili periuriū incurrere. Sed iudex debet † cauere precauere ne det viā periurijs.extra de iureiuran.ſi vero.Quintus modus ſi poſitio eſt implicata que fit qn̄ aduocatus duas poſitiones format ſub vna interrogatione ſic ꝙ altera pars eſt vera ꝛ altera falſa. et is qui interrogatur credit poſſe ſimpliciter reſpondere.Exemplum. Pono te comediſſe in eccleſia.comediſti ꝛ eccleſiam nō intraſti.nō potes reſpondere ꝙ ſic, qꝛ hodie eccleſiā non intraſti, nec potes di cere ꝙ non:qꝛ alias nō comediſſes.Eſt ergo regula ſicut reus certū habet dare reſponſum, ita actor certā debet facere poſitionē.Si ve ro poſitio obſcura vel cauilloſa fuerit.reus reſpondere non tenet̄, in Specu.tit.de poſi.§.vij.verſi.tertio quoq́ȝ.ꝛ ver.xiiij.qꝛ ſuper re incerta non poteſt ferri ſententia.xi.q.iij.graue. nec licet aliquem fratrem ſuū reconuenire circūſcriptione verborū.xxij.q.iiij. vnuſ quiſq́ȝ.

quiſq3. dicat ergo vel poſitionem facias declarari vel te non admit
to. ⁊ ſi ſint poſitiones due vel vna implicata, de illa vnam partez ī
uiſim ꝓponat. vt pono te hodie comediſſe. ad illā rñdeat reus, cre
do vel non credo. poſtea procedat ad aliā ⁊ dicat. pono te hodie in
traſſe eccleſiam. ad illam poſitionem pōt rñderi. non intraui. Itez
aliud exemplum. Pono ꝙ poſſideas eccleſiam ſancti viti pertinen
tem ad monaſteriū ſancti Petri ibi implicantur duo. vnum ꝙ re⁹
poſſideat eccleſiaz ſancti Uiti. ⁊ ꝙ eccleſia beati Uiti pertineat ad
monaſterium ſancti Petri. ideo debent fieri due poſitiões. Sext⁹
gradus eſt ſi ſit poſitio ſuper articulo procedente de eadē re. qđ nō
eſt ponendum. Nam tunc fortaſſe negauit qđ modo cōfitetur. tāꝗ̄
nauta nauigans ꝯ ventum non eſt audiēdus. in auť. de his qui in
gre. ad appel. §. i. coll. ij.

Nota in cauſa ciuili debet reſpondere re⁹ po
ſitionibus ſm credulita
5 tem. qꝛ † in talibus preſtatur iuramentum calūnie quod eſt ſm cre
dulitatem. Sed in cauſis dꝫ reſpondere ex certa ſcientia. qꝛ in tali
bus preſtať iuramentū de veritate dicenda. extra de iura. calū. ſta
tuimus. li. vj. Nota. cōfeſſio ſemper rationi naturali dꝫ conuenire.
vnde ſi aliquē dico filiū meū ⁊ etas non patitur, non valet cōfeſſio
ff. de interroga. actio. l. confeſſionibus. §. ⁊ ſi. itē ſi formidine tormē
torum fateatur aliquis cōtra me, talis confeſſio mihi non preiudi
cat. niſi poſtea tormento liberatus in eadē confeſſione perſiſtat. ff.
de queſtio. l. j. §. ſi quis. Itē querit vſq3 quo in cauſa poſitiones fie
ri poſſent ⁊ debēt. reſpondeo quouſq3 renunciatum fuerit teſtib⁹,
probationibus ⁊ inſtrumentis. ⁊ hec de poſitionibus ſufficiant.

Summarium.

1 Sententia quid ſit.
2 Sententia lata die dñica vel alio tempore feriato, etiam partibus
conſentientibus, non valet.
Genera abſentiarū quot ſint.
3 Appellans non audiť niſi veniat iudice adhuc ſedēte ꝓ tribunali.
4 Sententia in qua mortuus cōdēnatur eſt nulla.
Sententia lata ab excōmunicato nō valet.
5 Sententia per ſurreptionem lata eſt nulla.
6 Retractari poteſt ſententia de nocte lata.
Judex ſi ſedendo nō tulerit ſententiā, eſt ipſo iure nulla.
7 Sententia in omni cauſa nunquid poſſit ferri ſine ſcriptis de con
ſenſu partium.
Sententia lata contra minorem. xxv. annis ſine tutoris autoritate
eſt nulla.
Sententia a non ſuo iudice lata an valida.
8 Seruus ſi ſententiam tulerit, nulla eſt ipſo iure.
Hereticus, iudeus vel alius fidei inimicus non pōt ſententiaz fer
re in chriſtianos.
Judicus ſecularis nulla eſt ſententia ſuper re eccleſiaſtica.
9 Sententie que ſine appellatione reſcinduntur que ſint.
Tramites iudicij qui ſint.
10 Lis niſi prius fuerit conteſtata, nulla eſt ſententia.
Caſus in quibus valet ſententia lite non conteſtata.
11 Sententia lata per falſos teſtes vel per falſa inſtrumenta quando
retractetur.
12 Judices penā pecuniariā poſſunt remittere rōne paupertatis.

¶ Contra ſententiam.

SEntentia eſt diffinitio iu
1 dicialis † que controuerſijs finem īponit pronū
tiatiōe iudic' ꝯdēnationē vel abſolutionē ꝯtinēs,
vt ſi dicat iudex. viſis ⁊ auditis cōfeſſioib⁹ ⁊ allega
tionib⁹ vtriuſq3 partis, necnon atteſtationib⁹ ab
actore ⁊ reo productis diligenter inueſtigatis. ⁊ intellectis conſilio
habito iuriſperitorū. talez condēno ⁊ abſoluo ⁊c. vt pꝫ. i. q. j. in pri
mis. ⁊ extra de ſequeſ. poſſeſ. c. j. in Spe. ti. de ſen. §. vt aūt. ver. nos
itaq3. Quoniam autem ſententie diuerſe a iudicibus proferūtur.
quarum alique ipſo iure ſunt nulle. alique per reſtitutionē in inte
grum. alique per appellationem interpoſitam. alique per ſupplica
tionem retractantur. Ideo cōtra ſententias aliquid videamus. Et
primo contra illas que ſunt ipſo iure nulle a quibus nō valet appel
2 lari. extra de vi. ⁊ hone. cle. cum ab omni. † Item ſnia lata die dñica
vel alio tpe feriato non valet. etiā partibus conſentientibus. extra
de fer. c. vlti. ff. de feri. l. ſi feriatis. Item ſi tpe meſſium vel vindemia
rum cōpellatur quis litigare exceptiōe prius poſita ſi ſnia lata fue
rit. ibidē. Itē ſnia lata ꝯ abſentem nō cōtumacem nō valet. iij. q. ix.
caueat. Pro illo nota quinq3 genera abſentiarum.

Prima eſt abſentia ꝓbabilis neceſſaria. vt ini
micitia. ſecūda ē ſi ꝓbabilis
tantū. vt in ſtudio. Tertia neceſſaria tm̄. vt in relegato. Quarta eſt
voluntaria. vt in mercatore. Quinta eſt per contumaciam. Hec qn
q3 habes. ff. de in inte. reſtitu. l. vlti. In prima reſtituuntur ad totā
cauſam. C. de procu. l. qꝛ abſente. In ſecunda ſi non fuerit defenſus
appellās auditur. C. quomodo ⁊ qñ iudex. l. ab eo. In tertia cōgni
ta cauſa ſubuenitur. in quarta non reſtituiť ſed leditur per ſenten
3 tiam de re iudi. l. de vnoquoq3. Item † quinto non auditur appel
lans niſi veniat iudice adhuc ſedente pro tribunali. ff. de in inte. re
ſti. l. penul. Alios caſus abſentie ⁊ cōtumacie habes. extra vt lit. nō
conteſt. quoniam frequēter. Item nulla eſt ſententia ſi duo vel plu
res ſint iudices ⁊ vnus ſine altero procedit niſi in delegatione con
tineatur ꝙ alter ſine altero procedat ſine mandato conιudicis ab
ſentis. extra de offi. iudi. dele. prudentiam. Item ſi duo iudices di
uerſas proferunt ſententias tenet pro reo, non pro actore, niſi in
cauſa fauorabili vt in matrimonio vel teſtamento. hoc eſt verum ſi
ex ordinaria iuriſditione procedit. Si vero ex delegata. ex vtroq3
ſententia pendet in arbitrio delegātis. ⁊ ſi ex compromiſſo neutra
debet habere vigorem. extra de ſentē. ⁊ re iudica. duobus. Itē nul
la eſt ſententia ſi certum terminum ſuperior aſſignauerit infra quē
debet ſententiare. ⁊ iudex poſt datum terminū ſententiauerit ni
ſi terminus de conſenſu partiū prorogeť. extra de offi. dele. de cau
ſis. Item nulla eſt ſententia niſi pars contra quam lata eſt tribus
edictis vel vno peremptorio fuerit reuocata. xxiij. q. iij. de illicita.
⁊ c. de excōicationis. ⁊ ſi non inuenitur citandus nihilominus ad
ſuam domum debet citatio dari. ⁊ ſui amici requirendi ſunt an ſit
aliquis qui velit eū defendere aliter ſnia nō valet. extra de do. ⁊ cō
4 tu. cauſam §. ⁊ ibi in glo. ⁊ c. ſi. Itez † nulla eſt ſentētia in qua mor
tuus condēnatur. ff. de ſen. que ſine appel. reſcin. poſ. l. penul. intel
lige niſi in caſibus exceptis. vt in crimine here. xxiij. q. ij. ſane. Itez
nulla eſt ſnia que continet preceptuꝫ īpoſſibile. qꝛ nemo ad impoſ
ſibile obligatur. in regula nemo. extra de reg. iur. li. vj. item ſenten
tia lata ab excōicato non valet. extra de ſenten. ⁊ re iudi. ad proban
dum. item ſententia nulla eſt qñ libellus non eſt oblatus. extra de
libel. ob. c. j. ij. ⁊ iij. intellige niſi ſint breuiſſime lites ⁊ maxime viliū
perſonarum. item nulla eſt que cuꝫ falſo procuratore eſt lata extra
de do. ⁊ contu. in noſtra. Tenet tamen ſententia quouſq3 falſitas
fuerit detecta. vt ibidem. ⁊ extra de reſcrip. ex parte. item ſententia
lata contra furioſum non valet. ff. de re iudi. l. furioſo. item ſenten
tia nulla eſt niſi lata fuerit ſuper certa quātitate. itellige qñ agitur
ſub certa ſpecie. inſti. de ac. §. curare. item nulla eſt quādo iudex ad
certam rem datus de alio pronuntiat. extra de offi. iudi. dele. ex li
5 teris. Item † nulla eſt ſi per ſurreptionem lata eſt. xxxv. q. ix. veniā.
extra de reſcrip. ad audientiam. ij. in glo. ver. in irritū. item nulla eſt
cōtra fiſcum abſente eius aduocato. ff. de iure fiſci. l. ſi fiſcus. ſecus ſi
contra priuatum lata. item nulla ſententia eſt contra manifeſte ab
ſentem cuius aduocato vel procuratori vel ei⁹ aduerſario dať pe
cunia vt ſe vinci patiatur. C. de aduo. diuer. iud. l. j. Item nulla eſt
de ordine fiat mētio. Non ob. de confir. vti.c. porrecta. q2 ibi loquit̃
in alio caſu ſcz cū regularis preſidēs bñficio manuali impetrat cōfir-
mationē a papa vt ſit perpetuus, quo caſu opz exprimi de ordine:
ſed hic non ſit impetratio vt obediētiarius efficiatur ppetuus. Itē
valde refert cū bñficia impetrātur nō ex cauſa permutationis quia
tūc impetratio eſt odioſa ⁊ multa oportet exprimi in tali reſcripto
⁊ impetratione que ſit ex cā permutationis q2 ibi taciturnitas que
16 vel aliorū de quibus dictū eſt nō vitiat permutationē q2 † in pmu-
tatione nō additur bñficiū bñficio. ſed vnū in locū alterius ſubroga
tur ⁊ ſic ceſſat ambitio. ¶ Itē permutatio ſit ob neceſſitatē vel vti-
litatem vt hic ergo fauorabilis ⁊ nō odioſa ⁊ ſic extēdenda ⁊ nō re-
ſtringenda vnde permutans bñficiū non habet exprimere de aliis
bñficijs que obtinet vt infra tunc ſatis tangetur. ¶ Cōcludo ergo
qḋ inequalitas bñficiorum nō impedit permutationē ve quia vnū
ſit curarum vel dignitas. alterū vero vel vna prelatura ⁊ altera mē
brum vel de prelato ad ſubditū de prelatura ad membrum ſint p-
mutatio, ⁊ iſte eſt caſus notabilis qui non eſt alibi. de preſump.c. q2
veriſimile.

Duodecimo queritur

an habens penſionem de qua loquitur cle. q2 regulares de ſupplē. negli. prela. ⁊ de preben.c. quāuis lib.vj. poſſit
illam permutare cū bñficio. ṙndeo non: quia talis pēſio in ſola tem-
poralitate conſiſtit ⁊ prebetur ad vitam recipientis ⁊ dicitur p ali-
quo temporali labore alicui, vt benemerito, puta aduocato vel ali-
cui ſeruitori de bonis eccleſie vel menſe. xvj. qḋ. iij.c. poſſeſſiones. et
ideo non poteſt recipere permutationem cum aliquo iure ſpeciali
de ſimo.c. cum eſſet. ⁊.c. querelam. ⁊.c. veniens. de pac.c. cum pridē.
17 ¶ Ex his infero qḋ † ordinatus ad titulum ſui patrimonij nō po
teſt illud patrimonium permutare cum bñficio, cum illud patrimo
nium ſit temporale ⁊ nō ſpirituale. de preben.c. epiſcopus. ⁊.c. tuis.
¶ Item quod ſi ordinato ſine titulo epiſcopus aſſignet eccleſiam
penſionem, illam non poterit permutare ad beneficium. ⁊ eodem
modo de penſionatis ad menſam prelati. facit quod not. docto. in
clemen. prima. de ſupplen. negli. prela. ⁊ vide ſupra eo. ad queſtio-
nes. vbi beneficium non poteſt permutari cum iure decimarum vel
re mobili conſecrata.

¶ Ultimo queritur an habens beneficium pingue poſſit permuta
re cum bñficio tenui, vel antiquus prelatus poſſit permutare cum
iuuene ſibi conſanguineo. videt̃ quod non vt de renun.c. ij.lib.vj.
18 ¶ Dicas contrarium quoniā autoritate † ſuperioris firmatur p-
mutatio, ⁊ ſic dolus adeſſe non preſumitur. Non ob.d.c. ij. q2 ibi il-
lud procedebat a partibus ⁊ nōn ſuperiore facit quod not. Io.an.
c.j. eo.titu.lib.vj.

Nunc videamus de ſecundo

principali ſcz cuius autoritate fiat permutatio beneficiorū. iſtud declaro per queſtiones. ¶ Primo enim queritur an permutatio facta de bñficijs
per Papam reſeruatis valeat autoritate dioceſani. ⁊ videt̃ qḋ ſic:
q2 per ſpecialē reſeruationē que ſit p executores apoſtolicos nd in-
ſtantiam illorū quibus eſt prouidendū de bñficio vacaturo licet effi
ciatur prebēda de cōceſ. prebēd.c. ſi capitulo. non tamen impeditur
permutatio.c.j. eo.titu.lib.vj. ergo nec generalis reſeruatio impe-
diet, argu. de preben.c. dudum. ⁊.c. q̃uis.li.vj. ¶ Sed contrarium
eſt verum per declarationem pape Benedicti que incipit, dudum.
19 ⁊ per extrauagantē execrabilis. in quibus dicit̃, qḋ † permutatio fa
cta de bñficijs reſeruatis ſine ſpeciali mandato ſedi apoſtolice non
valet. Non ob.c.j.e.ti.li.vj. q2 ſicut litere bñficiales ſunt reſtringēde ⁊
de prebē.c. q̃uis lib.vj. ſic ⁊ reſeruationes que ſiunt per executores
gratiarum reſtringi debēt, ⁊ ſtricte interpretari vt nō impediat̃ eq-
tas illius.c.j. itē in.d.c.j. eo.ti.lib.vj. eſt equitas ſcripta in ſpē in caſu
illo tantū, ⁊ rigor ſcriptus in genere in cōtrariū vt debeat̃ expectan
tibus. Sed equitas ſcripta in ſpē derogat rigori ſcripto in gñe: ſed
in caſu noſtro qñ nulla equitas reperit̃ ſcripta in ſpē, ſz rigor ſcri
ptus in gñe vt de reſeruatis inferior ſe intromittat, ⁊ ideo rigor ſcri
ptus in gñe prefertur equitati non ſcripte. C. de iudi. l. placuit. nec
20 equitas illius.c. extēditur nd ſimilē equitatē nō ſcriptam ſed † reſer
uationes que ſiunt per papam generaliter vel ſpecialiter proprio
motu non ſunt odioſe ſed fauorabiles ⁊ pleniſſimam recipiunt in-
terpretationem. de preben.c. ſi pluribus.lib.vj. ⁊ eo.titu.cle. ſi roma
nus. cum ergo illa decl. eo.ti.li.vj. ponat ſuū caſum ſpecialem pp̄ter
equitatem reſeruandam ⁊ ibi expectantiū ſit ambitio, non excedat
caſū ſuum remaneat ergo firma regula qua cauetur qḋ inferior nō
pōt ſe intromittere de his que ſuperior ſibi reſeruat de appel.c. vt
noſtrum. cū ergo in permutatione interueniat vacatio inducta p
renuntiationē vt ſubſequēs collatio non poſſit, poterit fieri de ta-
li reſeruato. de elec.c. ſi poſtq̃.li.vj. impeditur ergo pmutatio autori
tate inferioris a Papa de tali reſeruato cuius inferior de illo non
poſſit ſe intromittere vt dicto.c. vt noſtrum. ⁊ quia illa reſeruatio
21 ligat manus ordinarij de elec.c. ſi eo tēpore li.vj. Item quia † paria
ſunt bñficia vacare in curia vel eſſe reſeruata vt not. Io. de conſue.
c. vlti.li.vj. Sed negari non pōt quin in permutatione interueniat
vacatio ⁊ hincinde collatio, vt dicit Io. de reſcrip.c. ſi pp̄ter.lib.vj.
⁊ eo.ti.cle. vnica. Nam bñficium non vacans non pōt conferri. de cō
ceſſio. prebē.c. ij. facit dicta cle. vnica ibi dum dicit, bñficia reſerua-
ta ⁊c. ſi igitur bñficium vacans non pōt per inferiorē papa cōferri
obſtante reſeruatione, non ob.c. dudum. ⁊.c. q̃uis. de prebē.li.vj. q2
ibi nulla fuit reſeruatio ſed generalis poteſtas data alicui circa col
lationem beneficiorum.

Secundo queritur

an papa conceſſit legato quod autoritate apoſtolica poſſit
recipere reſignationē bñficiorū volētibus ea reſignare ex cā pmu-
tationis: ⁊ vt ſic reſignata cōferat autoritate ap'lica. Modo querit̃
an bñficia reſeruata pape poſſit legatus pmutare. ṙndeo nō: q2 gña
lis cōceſſio nō extendit ſe ad ea q̃ ſedes ap'lica ſpāliter reſeruauit. de
offi. leg.c. qḋ trāſlationē. ij. q. vj.c. qui de cā. facit qḋ not. de prebē.c.
22 ij.li.vj. habeat igit̃ legatus ptātē in nō reſeruatis. ¶ Si tñ † oīa bñ
ficia eſſent reſeruata in pūincia decreta legato, poterit legatus re-
ſeruata pmutare, vt n'plica ɔceſſio facta legato ſit aliqd allatura nr.
de priui.c. ſi papa li.vj. ¶ Tertio q̃rit̃ an legatus de cōſenſu collegij
vel habētes inſtituere in eccleſia collegiata poſſit recipere renuntia
tionē bñficij collegiati ⁊ ex cā pmutationis illud cōferre. dicūt qda z
qḋ ſic: q2 talis collatio q̃ ſit ex cā pmutationis nō eſt pp̄rie vera colla
tio ſz neceſſaria in dādo, ⁊ cui dādo, eo.ti.cle. vnica nō. ob. de off. leg.
c. deliberatione.li.vj. q2 ibi nulla phibitio nō cōprehēdit pmutatio
nem. ¶ Dicas qḋ cū de eccl'ia collegiata nō poſſit legatus puidere
diſponere vel ordinare vt.d.c. deliberatione ⁊ permutandū ordinet
⁊ diſponat de illa ⁊ eius perſonis, ergo tali permutationi autorita-
tem impartiri non poterit.

Quarto queritur

an vicarius epi q pōt cōfirmare p'latos electos ad eccleſias col-
legiatas de of. vic.c. vl.li.vj. poſſit autorizare p'latis illarū eccleſiarū
23 collegiatarū volētib' pmutare. ṙndeo nō: q2 † ille pōt renūtiationē
recipere q pōt inſtituere ⁊ deſtituere vt no. gl. in cle. vnica de renun
tiatione. ſz vicarius nō hz ptātē deſtituēdi, vt.d.c. ſi. de of. vica.li.vj.
ergo nō hz poteſtatem recipiēdi renuntiationē que requirit̃ nd va-
lidandam permutationē. ¶ Preterea in pmutatione interuenit va
catio ⁊ ſequēs collatio ſz vicarius epi non habet bñficia conferre. vt
d.c. ſi. de offi.

dicto.c.ſi.de offi.vica.li.vj.Sed ſi tale eſſet bñficium an poſſet renũ
tiari in manibus inferioris a b ep̃o:q2 talis inferior haberet ptãtẽ
inſtituendi ⁊ deſtituendi,tunc in talibus bñficijs permutãdis vica
rius ep̃i autoritatẽ interponere poſſet:qꝛſi haberet eandẽ ordina-
riam ptãtẽ quam ⁊ ep̃s.de offi.vica.c.j.lib.vj. ¶ Quinto queritur
an capitulũ ſede vacãte poſſit autorizare pmutationi.rñdeo ſic cuʒ
hoc ſit ep̃alis iuriſdictionis,in quo ſuccedit capitulum ſede vacã.de
maio.⁊ obe.c.his que.⁊.c.cũ olim hec vera niſi bñficia illa vel alterũ
illorũ ſpectarent ad collationẽ ſolius ep̃i:q2 tunc cũ capitulũ nõ ſu-
cedat in collatione taliũ beneficiorũ.ne ſe.va.c.j.li.vj.ergo nec in cõ
24 ſenſu quẽ hʒ pſtare de quo per gl.co.ti.cle.vnica. ¶ † Sexto dubi
tatur an capitulũ ſede vacãte poſſit recipere reſignationes benefi-
ciorũ ad collationẽ ſolius epiſcopi pertinẽtium ex cã pmutatiõis.
videt qꝺ nõ:q2 capitulum non põt.no.illa beneficia ne ſe.va.c.j.li.
vj.ergo permutationẽ perficere nõ põt. ¶ In contrariũ quia capi
tulum vt gerens vices epiſcopi põt beneficiatos priuare ⁊ per ꝯñs
beneficiorũ renuntiationes recipere,ſed pmutationẽ perficere nõ
põt.expectet ergo ep̃m qui perficiat permutationẽ beneficiorũ re-
nuntiatorum in manibus capituli,⁊ ſic perficere illã nolit per ſupe
riorem cogetur,vel redibunt renuntiantes ad eorũ beneficia ar.de
preben.c.ſi beneficia lib.vj.

25 **Septimo queritur** an inferior † ep̃o qui hʒ ius inſtituendi poſſit autoriza-
re permutationes.reſpõdeo non:q2 cũ pmutatio ſit regulariter p-
hibita.de prebẽ.c.maioribus.⁊ in caſibus inuenitur ep̃is cõceſſa,
videt inferioribus denegata de quo p glo.co.ti.cle.vnica. ¶ Octa
uo queritur an inferior ep̃o poſſit pſcribere ius autorizandi pmu-
tationi in eccleſijs ſibi ſubiectis.reſpondeo ſic.q2 iſtud non eſt ordi
nis ſed dignitatis ⁊ iuriſdictionis ep̃alis:ideo preſcribere preſcripti
bile de preſcrip.c.auditis.facit qꝺ no.glo.de reb.eccle.non alie.cle.
ij.⁊ co.ti.cle.vnica. ¶ Nono queritur an autoritas epiſcopi in per
mutatione lʒ ad inferiorẽ prelatum ſpectet ius inſtituẽdi nunquid
renũtiatio debeat fieri in manibus ep̃i ⁊ per ep̃m debeat fieri colla
tio conſentiẽte illo qui hʒ ius inſtituẽdi,an vero renũtiatio debeat
fieri in manibus habentis inſtituere etiã p eundẽ fiat collatio auto
rizante epiſcopo pmutationi.vꝛ qꝺ renũtiatio debeat fieri in ma-
nibus habentis inſtituere,⁊ per eundem fiat collatio epiſcopo de-
mum autorizante permutationẽ.xij.q.ij.c.placuit.⁊.c.abbatibus.
xij.q.iij.c.in venditionẽ.reſpondeo totum expediri poterit per epi
ſcopum de conſenſu ordinarij collatoris vel habẽtium eligere.
26 ¶ Et ex hoc ſequit † q eccleſia conſueta reformari per viam ele-
ctionis vel preſentationis reformabitur per viam ſolius collatio-
nis et per epiſcopuʒ ad quem alias non pertinebat eligere nec pre
ſentare. ¶ Simile videmus q patronus nulla precedente pñtatio
ne põt recipere eccleſiam a dioceſano.de iure patro.c.per veſtras.
Notandum tamen eſt quod per illam collationem quam tũc facit
epiſcopus non preiudicatur in poſterũ habẽtibus eligere vel pre-
ſentare quando in noua vacatione eligant vel preſentent,argumẽ
tum optimum de fo.cõpe.cle.vnica.

Ultimo queritur an ſubditi dioceſano habẽtes beneficia poſſint illa pmutare
in curia,autoritate dioceſani exiſtentis in curia.rñdeo in manib⁹
dioceſani poteſt fieri renũtiatio q2 eſt actus extraiudicialis ⁊ ſic ex
pedibilis.vt dixi extra de preben.c.ſtatutũ.li.vj.Sed ipſa collatio nõ
poſſet fieri per ep̃m:q2 cum illa beneficia vacent in curia per renun
tiationem,inferior a papa ſine ſpeciali mãdato non confert.de pre
27 ben.c.ij.li.vj. ¶ Sed queritur cum autoritate † epiſcopi debebat
fieri permutatio quis cenſebitur proprie epiſcopus qui habet talẽ
autoritatem impertiri.reſpondeo ille epiſcopus ad queʒ pertinet
collatio beneficij vel etiam confirmatio electi aut inſtitutio preſen
tati.eo.ti.c.vnico.li.vj.eo.ti.cle.vnica.⁊ ſi beneficium epiſcopo ſub-
iectuʒ ſit in alia dioceſi,tunc autorizabitur epiſcopus in cuius dio
ceſi eſt beneficium.facit quod no.Innocen.de priui.c.paſtoralis.
¶ Quid ſi beneficium ſit exemptum.reſpondeo.tres ſunt cauſe.
Primo quando beneficium eſt exemptum ⁊ ſoli pape ſubiectum,
tunc papa cenſetur proprie epiſcopo dioceſanus quo ad poteſtatẽ
autorandi.de priui.c.autoritate.li.vj.facit q no.gl.in cle.j.de reb⁹
eccl.nõ alie.Quedã ſunt bñficia exẽpta a ptãte dioceſani ꝗ tñ ſub-
ſunt prelato exẽpto cũ ſuis mẽbris,ipſe tamẽ mẽbra exẽpta ſubſũt
maiori plato totius ordinis prout dicit glo.in cle.ij.de ſta.mo.⁊ tũc
ſimiliter nõ põt ep̃s autorari q2 ſibi nõ ſubeſt illud bñficiũ,nec etiã
poteſt autorari principalis ⁊ maior prelatus ipſius ordinis ex quo
28 non preſidet ep̃ali dignitati q2 † in his que cõpetũt epiſcopo non
poſſunt talia expediri per inferiorẽ ab ipſo etiã ſi pleno iure talem
eccleſie ad ipſum inferioreʒ prelatum pertineant.de rebus eccleſie
non alie.ſi vna.de ſta.mo.cle.ne in agro.§.ad hec.põt tamẽ hoc ius
pſcribi per inferiorẽ ab ep̃o vt dicit glo.in.d.§.ad hec.iſto ergo ca-
ſu autorabitur papa vel legatus qui ſunt iudices exẽptorum,vt di-
cto.c.autoritate.⁊ de elec.c.ſi abbate lib.vj. ¶ Quãdoq3 eccleſia eſt
exempta a poteſtate dioceſani ſi non eſt exemptus populus ipſius
eccleſie,tũc procedit dubium an epiſcopus poſſit autorari permu-
tationi talium beneficiorum.videtur q ſic.q2 rectores taliũ eccleſia
rum recipiunt curã ab ep̃o ⁊ ſibi reddũt rationẽ populi,⁊ vadũt ad
conſiliũ ep̃ale,⁊ recipiũt ibi ſtatuta ſynodi ⁊ rñdent ep̃o de quarta
decimaruʒ,⁊ oblationũ,⁊ mortuariorũ,⁊ de alijs q̃ a populo obue
niunt ⁊ ep̃o preſtãt reuerentiã,obſequiũ ⁊ honorem rõne populi ⁊
alia que alij rectores preſtant ep̃o.de priui.c.ex ore.facit quod no.
29 Inno.de maio.⁊ obe.c.qꝺ ſup.cura † enim aïarum nõ dʒ recipi niſi
ab ep̃o cui ſubeſt eccleſia vel populus.xvj.q.vij.c.nullus.de offi.ar-
chi.c.cũ ſat.de inſti.c.ex frequentibus.lʒ enim ep̃o in tali eccleſia nõ
cõpetat ius inſtituẽdi rectorem nec etiã examinãdi de idoneitate
rectoris,ſed id cõpetat abbati cui ſubeſt eccleſia,tñ dioceſano dʒ ta
lis eccleſia ſubeſſe rõne populi vt dicit Inno.de verb.ſigni.in.c.ve-
niens.li.vj. ¶ Sed queritur ſi clericus vni ep̃o rõne ſui bñficij ſub-
iectus velit permutare cũ clerico alterius dioc.⁊ ad bñficiũ alterius
dioce.ſubiectũ quis eorũ autoritatẽ interponet illi pmutationi.re
ſpõdeo qlibet ex illis clericis renũtiabũt in manibus ſui ep̃i:q2 re
nũtiatione facta quilibet ex dioceſanis ꝯfert bñficiũ ad ſuam colla
tionẽ pertinẽs,vel alter ep̃s alteri ep̃o vtrũq3 cõmittet vt dicit glo.
eo.ti.c.j.lib.vj.vel ſimul ꝯuenient dioceſani ad recipiẽdũ renuntia
tionẽ ⁊ faciẽdũ collationẽ ⁊ autoritatẽ pmutationi preſtãdũ.de ſen
ten.exco.c.cũ illorũ.de ꝯditio.⁊ demõſtratio.l.cui fundus.

30 **Notandũ autem eſt** † qꝺ ſi pmutatio fiat ſu-
periore nõ autorante tũc
erit nulla ⁊ permutãtes debẽt eorũ beneficijs priuari per ſententiã
vt eo.ti.c.cũ olim.qñq3 clerici autoritate propria pmittunt vt ad
duo canonice habẽt prebẽdas in eadẽ eccleſia q eodẽ iure cenſetur
quas adinuicẽ pmutãt,de cõſenſu tamẽ illius ad cuius ineſtituraʒ
pertinet collatio prebende talis eſt prebẽda in tpalitate ꝯſiſtẽs nõ
dʒ alienari ex quo permutat eccleſiaſtico iure eiuſdẽ eccleſie.ff.de le
ga.ij.l.vnum ex familia.ſi tũc prebẽde cẽſeant diuerſo iure vt quia
onus ſpirituale incũbit vni ⁊ nõ alteri vt pʒ de pbẽ.c.ſignificatuʒ.
vel ſi prebẽ.diuerſarũ eccleſiarũ tũc nõ procedit permutatio abſq3
autoritate ep̃i ſm Inno. ¶ Sʒ querit ſi ep̃s autorari velit pmuta
tionẽ.ſ.qꝺ ip̃s debebit cõferre beneficia vacãtia ex cã pmutationis
qñ ad eũ pertinet collatio dicit Pau.eo.ti.cle.vnica.qꝺ tali ordi-
nario collatori nõ eſt tp̃s pfixũ a iure ⁊ ſi talis ep̃s nollet conferre re
nuntiantib⁹ ex cã pmutationis poſſet p ſuperiorẽ cõpelli de iure
pa.c.nullus.Simile videm⁹ q a iure nõ eſt pfixũ tp̃s.ſ.qꝺ apoſtoli-
cus executor ꝯferat bñficiũ.de pbẽ.cle.penul.nec ẽt tp̃s in terra qꝺ
fiat impatoris electio vt pʒ de elec.c.venerabileʒ.nec etiam tẽpus
recipiendi canonicos in eccleſijs vbi non eſt canonicoꝝ numer⁹ de
31 elec.c.cũ eccleſia.de cõceſ.preben.c.ex parte.Sed videtur q † bene
ficia vacantia debeant conferri infra ſemeſtre tẽpus de conceſ.pre-
ben.c.ij.reſpondeo ibi vacabant beneficia ſimpliciter,non ex cauſa
permutationis.item ibi collator habebat libertatem in conferen-
do ⁊ in cui dando hic vero neceſſario aſtringitur ad cõferenduʒ ſi-
lis renuntiantibus ex cauſa permutationis eo.titu.cle vnica.iſta
ratio poſſet impugnari per id quod no.Io.an.de elec.c.publico
vbi dicit quod ſi publicato ſcrutinio canonici non eligunt illum
quem in ſcrutinio nominarunt quod deuoluitur poteſtas eligen-
di ad ſuperiorem qui debet eligere illum nominatum:⁊ habet po-
teſtatem eligendi infra id tempus infra quod debeat electio cele-
brari ab habentibus poteſtatem eligendi dicas q vacante benefi-
cio ex cauſa permutationis nõ eſt prefixũ a iure ordinario collato
ri tẽpus infra qꝺ conferat,⁊ ſi cõferre nolit per ſuperiorẽ compelli
tur qui ſuperior monebit talem ordinariũ collatorẽ vt infra certuʒ
tempus cõferat,⁊ ſi monitioni nõ paret tunc ad ſuperiorem mo-
nentem deuoluitur ius conferendi.ar.de offi.ordi.c.irrefragabili.
§.exceſſus ⁊.c.quanto.⁊ de ſupplẽ.negli.prela.c.j.lib.vj.de iure pa
trona.cle.j.poteſt etiam dici qꝺ in optione renuntiantium ex cau-
ſa permutationis ſit facere cogi ordinarium per collatorem vt con
ferat,vel redire ad beneficia quibus renuntiarunt.arg.de preben.
c.ſi beneficia.lib.vj.

32 **Nunc videamus de tertio** † principali quorum con
ſenſus requiritur in permutatione beneficiorum.hoc declaro per
queſtiones. ¶ Primo queritur ſi duo prelati eccleſiarum collegia
tarum volunt permutare an hoc poſſint facere inuitis collegijs.
reſpondeo ſic,ſi permutatio fiat autoritate pape.naʒ ex quo papa
poteſt tales eccleſias cõferre irrequiſitis collegijs,ergo ⁊ pmutare.
idem de ep̃o qui haberet de conſuetudine vel priuilegio liberaʒ or
dinationem eccleſiarum:quia in illo caſu non iure eſt collegiorum
ad permutationẽ vocari ex quo ad collationem nõ vocantur,rema
net ergo dubium quando electio pertinet ad collegium.⁊ nunc eſt
dicendum q illi quorum eſt electio vel preſentatio habent cõſenti
re.eo.titu.c.vnico.li.vj.⁊ infra eo.clemẽ.vnica.vbi p gloſ.rõ,q2 nec
ep̃s nec legatus poteſt auferre electionem collegio vel preſentatio
nem patrono.de iure patro.c.cum dilectus.ſed ſi permutatio fie-
ret inuito collegio iam indirecte collegiũ haberet platũ non prece
dẽte electiõe collegij ⁊ ſic priuaret poteſtate eligẽdi qꝺ eſſe non dʒ.
xvj.q.vij.c.decernimus de elec.c.j.licet ergo prelatus poſſit renun-

33 tiare etiam † non cõſentiente collegio:tamen ſuperior qui habet
conferre ex cauſa permutationis nõ poſſet conferre niſi primo p̃ce
date electio que fiat per collegiũ. ¶ Secundo queritur an ſufficiat
maior pars illorũ de collegio.reſpondeo ſic,qñ propter vtilitatem
vel neceſſitatẽ eccleſie ſit permutatio vbi autẽ fieret permutatio fa-
uore perſonarũ permutantium ⁊ pro ipſa expediẽda nũc requirit
cõſenſus omnium de collegio vt dicit Jo.c.ti.c.vnico.lib.vj.⁊ pau.
cle.vnica. ¶ Tertio queritur ſi preſentatio,pertinet ad patronos
laicos vt ad ſingulares,an ĩ illa permutatione oĩm patronorũ re-
quirat conſenſus.reſpondeo non ſed ſufficit maior pars compara
tione minorum vt no.doc.de iure patro.c.j.⁊.iij.vbi ſi patronatus
pertinet ad plures vt ad collegiũ tunc requirit conſenſus maioris
partis collegij.de his que fi.a prela.c.noſcitur. ¶ Quarto queri-
tur ſi ep̃s non hʒ cõfirmationẽ vel collationẽ in eccleſia ſed capitu-
lum vel alius prelatus,an ep̃s poterit expedire permutationẽ ſine
34 illo.rñdeo non eo.ti.cle.vnica vbi per glo. ¶ † Quinto queritur ſi
permutatio ſit vtilis eccleſijs ⁊ illi ad quos pertinet cõferre,eligere
vel p̃ſentare noluit conſentire pmutationi,an ep̃s cũ conſenſu ſui
capituli poſſit permutationẽ facere illis inuitis.vr q̄ ſic. q: poteſt
maiora.ſ.vnire.de exceſ.pre.c.ſicut vnire.⁊ eccleſias diuidere.de ec-
cle.edi.c.ad audientiaʒ.Sed tamen dicas q: non poteſt ep̃s illis tollere
poteſtatẽ conferendi eligendi vel preſentandi, vt dicit gloſ.in.d.
clemen.vnica.

Sexto queritur

an pmutatio facta p epiſcopũ con tẽptis habẽtibus cõferre, eligere
vel p̃ſentare ſit nulla ipſo iure,an vero annullanda per ſententiam
videt̃ quod non ſit nulla,ſed annullanda.vt no.pau.cle.vnica. vbi
dicit qḋ ↄſenſus habentiũ conferre,eligere vel p̃ſentare poteſt in-
teruenire ante preſentationem ⁊ poſt.ergo preſentatio non erat
nulla:quia ſi fuiſſet nulla non ratificaret̃ ſequenti conſenſu de elec.
35 c.audit.pro hoc facit quia † geſta aliquo contempto nõ ſunt nulla
ſed ratione contẽptus caſſantur de elect.c.quod ſicut de preben.cũ
in eccleſijs lib.vj. Dicas quod pmutatio eſt ipſo iure nulla ex quo
non preceſſit legitima collatio,electio, vel preſentatio. vt dicto.c.
cum dilectus.de iure patro.falſa eſt ergo opinio dicentium quod
permutatio non erat nulla aſſignantium hanc rationem:quia iſte
actus autorandi principaliter dependet ab epiſcopo quãuis colla
tio ad eum non pertineat.non eſt ergo defectus ex parte facientis
licet male faciat contẽnere eos quorum intereſt ⁊ tunc agerent de
contẽptu vſq; ad tẽpus ſemeſtre.de his que fi.a prela.c.ij.Nec obſt.
iura que innuunt collationem nullam q: loquũtur in illo caſu quo
ep̃s non debet requiri,⁊ in quo epiſcopus non hʒ collationẽ ſed in
36 pmutatione ſecus.nec ob.de offi.deleg.c.cauſam.q: † actus iudicã
di ptinet ad plures equaliter ⁊ ſimpliciter ⁊ ſic vnus ſine altero ni-
hil facere põt. ¶ Sed in caſu noſtro principalr̃ pertinet ad ep̃m ⁊
illi quorũ intereſt non faciunt pmutationẽ ſed faciẽti cõſentiunt re
probata iſta opinione dicas pmutationẽ nullã factam cõtẽptis vel
ↄdicentib⁹ habentibus cõferre,eligere vel preſentare.xvj.q.vj.c.de
cernimus.de iure patro.c.cũ dilectus.de re iudi.c.cum Bertoldus
vbi autẽ illi conſentiunt tunc permutatio eſt valida.

Septimo queritur

an conſenſus cuʒ pmutare volentib⁹,requirat̃ ⁊ an ta-
les beneficiati poſſunt cogi inuiti ad pmutandũ videtur q̄ nõ.q:
nemo cogit̃ recipere bñficiũ vel dignitatẽ eccleſiaſticã,vt dicit Jn-
nocẽ.de his que fi.a ma.par.ca.c.j.⁊ de elec.c.quã ſit.⁊ de p̃bẽ.c.ſi tu-
bi abſenti.li.vj.ſed in pmutatione recipit bñficium de nouo ⁊ inuti-
37 quũ dimittit ergo non cogit̃ inuitus recipe.facit ratio q: † nemo
cõpellit̃ creſcere.lxxviij.di.c.geſta in cõtrariũ videt̃. nam inuitus
cogitur quis recipere ordines.de eta.⁊ qua.c.queris.vij.q.j.c. ſcias
pro hoc facit hec dec.niſi detur ep̃o poteſtas trãſferendi perſonas
de loco ad locum ſi id viderit expedire.vnde dicit hu.⁊ hoſt.qḋ illa
eſt permutatio cõmẽdabilis qñ ad eam inuiti cõpellũtur. facit qḋ
no.glo.viij.q.j.c.in ſcripturis.⁊ Jnno.de renuntiatio.c.niſi cuʒ pri
dem.§.ppter maliciam.vbi dicit q̄ ſi periculum deſtructionis ec-
cleſie iminet vel ſcandalum,põt prelatus inuitus cogi vt beneficio
redat.vnde debet ſibi prouideri de alio cõſimili beneficio. vij.q.j.c.
nuntiationes.⁊.c.ſcias.⁊ ſic dicebat intelligi hanc decretalem gloſ.
vij.q.j.c.ep̃s. de loco vero dicebat qḋ non põt cogi tranſire ad ma-
iorem locum,quia nemo cogitur creſcere.vt.d.c.geſta dicebat pau.
38 in dicta cle.vnica eo.ti.qḋ ad equale beneficium † ſuſcipiendũ po-
teſt inuitus cogi non ad maius. ¶ Archidia.in.d.c.ep̃s dicebat q̄
inuitus cogitur ppter neceſſitatẽ vel vtilitatem eccleſie,nec ibi di-
ſtinguit in qualitate beneficij.ſed in.c.ſi ppter.de reſcrip.lib.vj.di-
tit qḋ permutatio quedam eſt voluntaria,⁊ tunc inuitus non co-
gitur:que dã neceſſaria,⁊ inuit⁹ cogit̃. ¶ Jo.p̃ciſe tʒ hic inuitũ nõ
cogi dicũt quidã qḋ ex cã non põt cogi inuit⁹, ſed cauſatiue, vt.d.
c.queris de eta.⁊ quali.quidã diſtinguit inter pfeſſos ⁊ ſeculares,
vt profeſſi poſſint inuiti cogi,ſecus in ſecularibus.

Fuit quorũdam

opinio q̄ ſi nec p dationẽ coadiu toris nec alio modo põt conſuli
neceſſitati eccl̃ie,tũc inuitus põt trãſferri vt ſic publica vtilitas pre
ferat̃ priuate.facit ratio:q: bñficiatus nõ dñs ſed procurator vel di
ſpẽſator. de dona.c.ij.ep̃s vero eſt precordionator in cũctis.xxv.di.
c.j.⁊ cura totius dioc.ad eũ ptinet.x.q.j.per totũ.⁊ ſic nõ obſt. regu
la,id qḋ noſtrum eſt,ſine facto noſtro ad alium trãſferri nõ poteſt.
39 hinc eſt q̄ † ſit vnio ⁊ diminutio eccl̃ie rectore inuito.de reb⁹ eccle.
non alie.cle.ſi vna.de eccle.edi.c.ad audientiam.⁊ qḋ dixi inuitum
poſſe trãſferre.qḋ quidẽ p̃ciſe opʒ,vt de nolẽte ſiat volẽs p ſubtra-
ctionẽ prouẽtuum bñficij,⁊ finalr̃ per priuationẽ beneficij.de eta.⁊
quali.c.que.⁊ facit qḋ no.Jo.de poſtu.prela.c.ſi.⁊ in regula qḋ ob
gratiã. ¶ Dicebat abbas eo.ti.c.vnico.li.vj.religioſos inuitos poſ
ſe trãſferri.idẽ in ſecularib⁹ obtinentibus beneficia curata:q: ſunt
aſtricti iuri publico ppter curam,ſi aũt habẽt bñficiuʒ ſine cura nõ
poſſunt inuiti trãſferri. ¶ Dicas q̄ in permutatione que ſit pro-
pter neceſſitatẽ vel vtilitatẽ eccleſie inuiti coguntur.ſi vero permu
tatio ſiat ob fauorem perſonarum preſidentium beneficijs,tũc in-
uiti non cõpelluntur.

Octauo queritur

beneficiati tractantes de pmu tatiõe bñficiorũ quã dictis bñ-
ficijs ⁊ ſibi vtilẽ fore credebãt promiſerũt ad inuicẽ ſide data pcura
re pmutationẽ fieri p illos qui habẽt autorari ⁊ ↄſentire.Nũc vero
alter illorũ penitet huius pmiſſionis ⁊ nõ vult reſignare ex cã pre-
dicta an altero inſtante poſſit ad pmutanduʒ compelli,vr̃ q̄ non.
q: in talibus dʒ ceſſare omnis pactio vt hic in cõtrariũ q: iſti ſimpli
citer cõuenerũt ⁊ promiſerũt dare operã.vt pmutatio fieret p illos
ad quos pertinebat qḋ non videt̃ prohibitum de preben.c.ſignifi-
40 catum. ¶ † Jtem fidei datio ⁊ iuramentum equipollent de fide-
iuſ.c.ij.iſtud ergo iuramentum vt non prohibitum ſeruetur. quia
ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis.videtur dicendum quod iſte q
petit permutationem perfici non poſſit petere iure actionis alte-
rius penitentem compelli ad permutandum.Nam ⁊ ſi ambo inſta
rent pro permutatione faciẽda,nõ cogeret̃ ſuperior eaʒ pficere, ſʒ
totũ pẽdet ex ſuo arbitrio vt hic,licet male faciat ſuperior ſi nõ cõ-
ſentit pmutationi cuʒ eſt neceſſaria vel vtilis eccle.de iure patro.c.
nullus.j.q.vij.c.exigunt.ſuperior ergo põt illũ cõpellere vt de nolẽ
te ſiat volens nã ipſe ↄdicere nõ põt ex quo ſide data pmiſit pmu-
tationẽ iplere.de renũ.c.q̄ in dubijs q̄ me cã.c.penul.⁊ ſi omino nol
let poſſet inuituʒ illũ trãſferre.facit rõ dec.quidẽ.de renũ.⁊ de ſpõ.
c.requiſiſti.nec obſtãt iura q̄ prohibẽt pactionẽ,q: loquunt̃ de pa-
ctione illicita. ¶ Vltimo q̄rit̃ pone q̄ vnus ex permutantibus eſt
grauatus noĩe eccl̃ie ſue.⁊ eſt tale debitum ad qḋ ſoluendum eccle
ſia efficiat̃ obligata q vult paciſci cũ illo cũ quo pmutat vt ſi contin
gat permutationẽ pfici q̄ debita ſoluet an valeat pactuʒ,videt̃ q̄
41 ſic:q: † ex quo eccl̃ia eſt obligata dʒ ſucceſſor debitũ ſoluere, vt.c.j.
extra de ſolu.⁊ ſic in pacto deducit̃ qḋ inerat.de elec.c.ſignificaſti.
itẽ nulla cupiditas ex parte ſtipulatoris q: nil ſibi appropriat̃.itẽ
nil deperit promiſſori,cũ eccl̃ia ſit obligata. Sed in ↄtrã facit cum
iſte nõ non renuntiaret niſi pars altera ſic promitteret. ¶ Renũ-
tiatio aũt dʒ eſſe pura,nulla precedẽte pactione.de pac.c.ſi. primũ
eſt verius non ob.d.c.ſi.q: ibi loquit̃ de pactione illicita.ſ. vt ꝑpale
det̃ p ſpũali. ¶ Sed in caſu noſtro nil dat̃.itẽ eccleſia in actu pmu-
tationis poſſet dicere rector renuntio eccleſie ex cã pmutatiõis fa-
ciẽde cũ Titio ad eccleſiaʒ quã Titius hʒ cum oĩbus ſuis iuribus
et actionibus.

42 Nũc videamus

p̃ncipalr̃ de quinto.ſ.q̄ † debeant interuenire vt pmutatio valeat.re
ſpõdeo:plura req̄runt̃. ¶ Primo q̄ renũtiet̃ bñficio.eo.ti.cle. vni
ca.dũ dicit,reſignata ⁊c. ¶ Secũdo q̄ interueniat collatio bñficio
rũ vacãtiũ ex cã pmutatiõis.nec procedit dictũ Jo.mo.dicẽtis qḋ
nõ eſt ibi vacatio ſʒ quaſi cõtinuatio p̃cedẽtis tituli miniſterio ſu-
perioris,nec ẽt pcedit dictũ Jnnoc.dicẽtis de prebẽ.c.inter cetera
q̄ ſtatim q̄ interuenit autoritas ſuperioris habẽt pmutãtes ius
in bñficijs. ¶ Tertio requirit̃ q̄ dioceſanus autoret̃ vt hoc.e.tit.⁊
cle.vnica. ¶ Quarto req̄rit̃ ↄſenſus habẽtiuʒ conferre,eligere, vel
p̃ſentare.vt dicit glo.e.ti.cle.vnica. ¶ Vltimo req̄rit̃ ↄſenſus habẽ-
tiũ pmutare:de quo plene ſupra dictũ eſt. ¶ Sed iuxta p̃dicta inci
43 dẽter dubitat̃ de quibuſdã. ¶ † Primo querit̃ an pmutatio poſ-
ſit fieri cũ interuallo temporis.exẽplum.ego ⁊ tu habem⁹ beneficia
curata in diuerſis dioceſib⁹:volumus pmutare.ego renũtio in ma-
nibus mei dioceſani,⁊ illud tibi ↄfert.poſtmoduʒ ex interuallo tu
renũtias in manib⁹ tui dioceſani,an hoc fieri poſſit.videt̃ qḋ non.
Nã ſi tu habes curatũ ⁊ ex cã pmutatiõis,tibi ↄfert̃ aliud curatuʒ,
vacat primũ ipſo iure.de prebẽ.c.de multa.igit̃ nõ poteſt renũtiare
primo beneficio,quia iã deſit titulus extare.

Jn cõtrariũ

videt̃ q: tu recepiſti bñficiũ meũ ob cãʒ vt tuo bñficio cedas ex cã pmutatiõis:pro-
pterea receptio ſecũdi bñficij nõ inducit vacationẽ primi,niſi dioce
ſan⁹ ratificet collationẽ ſecũdi. vij.q.j.c.ſi q. ppterea dicta renũtia-
tio hʒ in ſe tacitã ↄditionẽ ſubintellectã.ſ.ſi pmutatio habebit effe
ctũ nec p hoc eſt renũtiatio ↄditionalis,vel ſaltẽ ↄditio eſt a iure re
probata.eo.tit.l.cum precibus.C.de pac.inter emptor.l.cum te. et
44 ſi † permutatio cõpleta non eſſet ⁊ in numero permutantium fue
rit culpa

rit culpa, quilibet ad ſuum redibit beneficium. de preben. c. ſi bene-
ficia lib. vj. melius tamen eſt quod omnia fiant in eodem inſtanti,
vt ambo epi ſint preſentes vel vnus cõmittat vices ſuas alteri. de
ſen. exco. c. cum illorum. facit quod no. Jo. e. ti. c. vnico. li. vj. ¶ Se-
cundo queritur cum in permutatione debeat interuenire renũtia-
tio et collatio an ſufficiat ſi epus preſentibus permutare volentib⁹ et
petentibus renuntiationem admitti et collationem hincinde fieri
dicat permutationẽ ſibi placere et permittit illis permutare. videt
quod ſic per illa verba videat renuntiationem acceptaſſe et deinum
45 contuliſſe. ff. de vulg. et pup. l. iam hoc iure. habens enim † permu-
tantes ius in beneficijs permutatis ſtatim q ſuperior autoritatem
ſuam interponit. vt dicit Inno. de preben. c. inter cetera. facit quod
no. Inno. c. eo. extra de his que fi. a ma. parte ca. vbi valet collatio
beneficij facta a ſuperiore preſente illo qui habet beneficiũ. et qđ no.
Jo. in regula, is qui tacet. li. vj. ¶ Tutius tamen eſt q primo pre-
cedat expreſſa renuntiatio beneficij, et eãdẽ ſequatur eius collatio.
¶ Tertio queritur ſi permutatio fiat in manibus pape de benefi-
cijs reſeruatis a papa, tacito de reſeruatione, an valeat pmutatio.
ad huius dubij ſolutionẽ videndum eſt an collatio facta per papã
de beneficio reſeruato valeat, non facta mẽtione de reſeruatione.
¶ Et vis ſic. nam papa ſine aliqua reſeruatione poteſt preuenire
omnes illos ad quos ſpectat beneficiorum collatio. de preben. c. ij.
Lib. vj. multo fortius poteſt conferre ex quo preceſſit reſeruatio. nã
46 † per reſeruationem hoc ſolum papa intendit q ipſe ſolus confe-
rat, et non ordinarius de prebẽ c. j. lib. vj. Si ergo papa cõtulit, nul-
la poteſt dici ſurreptio vel circũuentio.

In contrarium videtur

per capitulũ cum olim. de re iudic. vbi collatio eſt ſubreptitia: q contra ordinationẽ pape facta fuit.
item quando papa reſeruat collationi ſue credendũ eſt q certa cau-
ſa mouet. nam ſine cã non impediret iuriſditionẽ ordinarij. xij. q. j.
c. peruenit. et ſi de cauſa mouẽte ad reſeruationẽ pape papa fuiſſet
recordatus, forte non cõtuliſſet de facili. Item facit ſtilus curie vbi
in reſcripto fit mentio de reſeruatione generali vel ſpeciali reſpon-
deo, ſi reſeruatio erat generalis et nota in curia ita qđ veriſimile eſt
papam eum ſcire ſicut ius ſcriptum valet collatio, non facta men-
tione de reſeruatione: ſimile de conſti. c. j. lib. vj. ſi vero erat particu-
laris et ſecreta reſeruatio de certis et nolatis bñficijs tunc nõ vz col-
47 latio: quia non videt papa fuiſſe recordatus de reſeruatione † et
eius cã. et ſi dicatur non eſt veriſimile q papa ignoret proprium fa-
ctum. l. quiſquis de reſcin. vendi. reſpondetur q veritas in contra-
rium tollit illam veriſimilitudinem. de preſump. c. quia non eſt. de
reſcrip. c. ceterum. de preſcrip. c. veniens. ergo ſi poſſet cõſtare q pa-
pa reſeruauerit ſibi prouiſionẽ cõtẽplatione Titij poſtea eidez Ti-
tio conferat. valet collatio, etiam non facta mẽtione de reſeruatio-
ne. Item ſi papa reſeruauit ſibi prouiſionẽ beneficiorũ non facta
mentione de reſeruatione: quia in vtroq caſu non violatur reſer-
uatio, in dubio preſumitur q ad inſtantiam alicuius vel motu pro-
prio ex aliqua latenti cauſa lz non expreſſa reſeruauerit papa bene-
ficium ar. ff. de vſu. l. qui ſe miſſos. ff. de pigno. act. l. vel vniuerſorũ.
¶ Ad propoſitum redeũdo vbi valet collatio nõ obſtante reſerua-
tione nõ valebit permutatio tacito de ipſa reſeruatione. communi-
48 ter tenetur qđ † vbi reſeruatio eſt publica et notoria nõ dz de illa fi-
eri mentio, ſecus ſi ſit occulta. ¶ Quarto queritur an in pmutatio-
ne debeat fieri mẽtio de alijs beneficijs que obtinent permutates.
¶ Dicunt quidã q nõ, quando permutatio fit autoritate ordina-
rij, vt in cle. vlti. de offi. ordi. ¶ Et idẽ videt ſi fiat autoritate legati
quia in permutatione non additur beneficiũ beneficio, et ſic ceſſat
ambitio. item permutatio fit ob neceſſitatem vel vtilitatem eccle-
ſiarum et ſic fauorabilis vt hic. item hic non eſt impetratio nec colla-
tio ſimpliciter facta: ſed ob cãm permutationis. in contrarium vi-
detur: qr maior idoneitas requiritur in curato quam in ſimplici. de
prebẽ. c. cũ in illis lib. vj. pone ergo q qs hz duo bñficia ſimplicia,
permutat vnum ex illis cum beneficio curato, facilius quidẽ per-
mittitur vt quis habeat duo ſimplicia quã ſimplex cum curato.
¶ Quidam diſtinguũt inter permutationem que fit fauore perſo-
narum vt tunc debeat fieri mentio de alijs beneficijs. vbi vero per-
mutatio fit ob vtilitatem vel neceſſitatem eccleſiarum, tunc nõ de-
beat fieri mentio de alijs beneficijs.

Ex iſta ſolutione

infertur ſolutio alteri⁹ queſtionis videlz: ſunt duo quorũ vn⁹
eſt presbyter curatus et prebẽdatus in eccleſia collegiata, et alter cu-
ratus et beneficiatus clericus in parochiali eccleſia volentes iſti
canonicatum et clericatum permutare eos ſub nomine canoni-
catuum et prebendarum reſignant in manibus legati, an valeat
permutatio ex quo alter permutantium non erat canonicus ſed
clericus, et permutat ſub nomine canonicatus, tacito etiam de cu-
ra quam vterq illorum habebat. ¶ Non videtur q valeat permu-
tatio qui permutat vt canonic⁹ cũ nõ ſit canonicus ſz cleric⁹: noie
49 † autem canonici non venit clericus, de priuil. c. per exemptionez.
lib. vj. de cauſa poſ. c. cum eccle. de vita et ho. cle. c. quoniam. ſed q va-
leat permutatio probat: q nomen clericorũ generale eſt. xj. q. j. c. de
perſona. ergo cõprehendit canonicos. de verbo. ſignifi. c. cum tibi.
nec taciturnitas cure impedit permutationez quia permutatio q
fit preſumitur fieri ob vtilitatẽ eccleſie et ideo vt fauorabilis exten-
ditur. ¶ Ex hoc infertur ſolutio ad queſtionez an in pmutatione
beneficiorũ q fit autoritate pape legati oporteat fieri mentionẽ de
qualitate bñficiorũ pmutandorũ, vtrũ videlz ſint ſimplicia vel cura-
ta, vel dignitates et de alijs circũſtantijs q debent exprimi in inter-
pretatione: vt ptz in cle. j. de prebẽ. et ptz q nõ ſm predictã opinio-
nem qñ permutatio fit ppter vtilitatẽ vel neceſſitatẽ eccleſiarum.
et in hoc reſidet Federicus in conſi. dicebat abbas eo. ti. c. vnico lib.
50 vj. q † aut permutatio fit p papã et pprio motu et valet, ſecus ſi nõ
proprio motu. de prebẽ. c. ſi motu proprio. li. vj. vbi vero fit p legatũ
tunc ſiue fiat proprio motu ſiue nõ erit pmutatio nulla ppter dictã
taciturnitatẽ. facit. c. ſi Romanus de prebẽ. vbi vero fit autoritate
ordinarij permutatio erit valida non obſtante tali taciturnitate,
vt in cle. vlti. de offi. ordi. opi. Fede. eſt vera.

Nunc videamus

de quinto principali videlz an eo caſu quo nõ tz pmutatio teneat ſaltẽ renuntiatio facta in manibus ſuperioris vt cũ habẽtes
beneficia reſeruata renuntiant in manibus dioceſani, et videt qđ
renuntiatio nõ teneat q non intendebant renuntiare niſi vt poſt-
modũ fieret permutatio. ¶ Si ergo impediatur permutatio im-
peditur et renuntiatio. dicas renuntiationẽ tenere: quia fuit libe-
ra et pura et facta in manibus ſuperioris et papa per reſeruationem
ſuam ligat manus ordinarij, vt non poſſit conferre, non autẽ quin
poſſit renuntiationem recipere.

Nunc videamus

de ſexto principali qualiter cõſulat permutantibus, cuz per-
51 mutatio non tenet † ex quo tenet ipſa renuntiatio. ¶ Dicunt qui-
dam qđ ibi nulla culpa poteſt permutantibus aſcribi, q probabi-
liter ignorabãt cauſaz quare impediatur permutatio: tũc poſſunt
ad beneficia renuntiata redire. de preben. c. ſi bñficia. lib. vj. ſecus ſi
permutare volentibus poſſit aſcribi culpa, quia ſciebant beneficia
reſeruata vel ad aliorum collationem, electionem, vel preſentatio-
nem et illis contẽtis ſe permutant. ¶ Queritur igitur circa predi-
cta de duobus. primo an eo caſu quo dicta permutatio non tenet:
permutantibus tamen nulla poteſt aſcribi culpa poſſint permutã-
tes propria autoritate redire ad eorum beneficia, an vero indigeãt
noua collatione. dicebat Joan. eodem titulo, capitulo vnico. li. vj.
de equitate illius capituli ſi beneficia. de preben. lib. vj. quod poſ-
ſint propria autoritate redire. Sed illud. c. hoc nõ probat: quia ibi
non loquitur in renũtiatione expreſſa ſed in iuris priuatione que
effectũ non habuit ex quo non tenuit receptio ſecũdi beneficij, vel
fuit ibi dimiſſio facti ſine expreſſa renuntiatione, que facti dimiſ-
ſio non habuit vim tacite renuntiationis ex quo non fuit cuz effe-
ctu ſequuta adoptio ſecundi beneficij illa enim facit dimiſſio tunc
52 habet effectum quando tz receptio ſecundi. ¶ † Preterea cũ per-
mutans renuntiauerit libere et renuntiatio tenuit non põt renun-
tians ad beneficium renuntiatum redire niſi interueniat noua col-
latio. de renuntiatio. c. cum inter. facit. C. eo. l. cuz precibus, vbi di-
citur quod quãuis ex altera parte non ſit ſequuta traditio, ille ta-
men qui tradidit dominiũ perdit. ¶ Et ex hoc ſequitur q ſi renũ-
tio beneficio ex cauſa permutationis fiende cum Titio, et ille poſt-
modum renuntiare non vult ſuo beneficio vel morit, q non poſ-
ſum redire ad beneficium cui renũtiaui, ſet igit noua collatio oppor-
tuna. ¶ Prima opinio equior eſt ſaltem vt euitetur circuitus, fa-
cit in rõne iuri. de reſcrip. cle. auditor. ¶ Similiter ſi permutatio ſit
completa ex vna parte ſed cõpleri non poteſt ex altera, et quia alte-
rum ex bñficijs eſt pape reſeruatum poterit permutans qui proba-
biliter errauit ad beneficium redire autoritate propria: lz hec opi-
nio ſit equa. tñ nõ puto q autoritate propria poſſit redire ad pri-
mum beneficiũ ſine noua collatione fienda per illũ ad quẽ ſpectat.
53 ratio eſt, quia † nullus põt beneficiũ obtinere niſi inſtituat. de inſti-
tu. p totum. ſed nõ eſt dubium quando aliquis permutauit cũ non
habente titulum renuntiauit titulo quẽ habebat in bñficio illo, er-
go ſit opus nouo titulo ex quo primus mortuus. Nõ obſt. d. c. ſi be-
neficia. quia ille caſus eſt ſpãliter introductus ppter reſeruationes
papales, igitur non eſt ad conſequentiam trahẽdus. hoc probat p
verbum ſtatuimus ibi poſitum, ergo ante ſecus erat de iure cõmu-
ni. et ſic non extendebant ius nouum antiquũ corrigẽs niſi in caſib⁹
expreſſis et non ad alios etiã eiuſdem rationis vt notabiliter proba-
tur de regula. conſtitutione. et c. non ſolum. li. vj. et in cle j. de vita et
ho. cle. et per gloſ. in cle. j. de ſepul. ¶ Ultimo queritur ſi pmutantes
credentes permutationẽ tenere que fuit nulla miniſtret in benefi-
cijs permutatis. deinde et nũc apparet q collatio facta ex cã pmu-
tationis nõ valuit, an dicta bñficia cẽſeant vacare p mortẽ, an vero
per renũtiationẽ eſt hoc vtile ſcire ppter. c. ſuſceptũ. de reſcri. li. vj.
vĩ q vacẽt per renũtiationẽ. tenuit eñ renũtiatio, collatio vero ſe-
quẽs q fuit nulla, nõ fecit illos rectores eccliaz. et ſic remãſerũt bñ-
ficia in eo ſtatu quo erãt poſt renũtiationẽ: nõ ergo põt dici q vacẽt

per eorum mortē ex quo titulū non habebant in beneficijs ſed vide
tur ꝙ vacēt per mortē qꝛ illa renūtiatio fuit ſequuta vel impleta ⁊
ſic cū permutatio nō fuerit perfecta ante mortē, idē eſt ac ſi nihil fa
ctum fuerit. ⁊ hec opi. placet Jo. eo. ti. c. vnico lib. vj. dicūt quidā ꝙ
54 aut permutantibus nulla pōt ſcribi culpa ⁊ † tūc talia būficia mor
te dicunt vacare. ſi aūt eis pōt aſcribi qꝛ ſciebant cām pmutationis
prohibite, tunc nec morte nec renuntiatione vacāt, ſed iuris diſpo
ſitione per iuris priuationē. ſ. a iure inducta. de prebē. c. eum qui li.
vj. Iſta eſt opinio dñi mei, nec aliqs doctor ponit iſta que ipſe hic
dicit. ❡ Dicas ꝙ vbi permutātes ad eorum būficia redierūt eo ca
ſu quo poterāt, tūc qꝛ non titulus redit ad titulum ex diſpoſitione
iuris dicant beneficia per mortē vacare. ❡ Sed vbi permutantes
ad beneficia nō potuerūt redire, qꝛ eis potuiſſet culpa aſcribi in p
mutatiōe facta, tūc talia beneficia vacēt renūtiatione: qꝛ legitime
pceſſit renūtiatio nō autē morte, qꝛ non habent titulū in eis.

Nunc videamus

de vltimo principali. ſ. ex quib9 cauſis fit pmutatio ⁊ de permu
tationis forma ⁊ modo. ⁊ video ꝓpter vtilitatē vel neceſſitatē eccle
ſiarū vt hic, ⁊ qñqꝫ fauore perſonarū ⁊ per ipſarū expedientia, ⁊ ſu
perior predictis inſpectis arbitrabitur an ad permutationē proce
dendū ſit vel nō vt dicit Jo. eo. ti. c. vnico li. vj. eſſet tamē iuſta cau
ſa qñ clericus nō poſſet ſecure morari in beneficio vel in eo ꝓficere
propter inimicitias vel diuerſitatem linguarꝫ vt patet in caſu de
offi. ordi. c. inter cetera. vel qꝛ vni eſſet vtilior eccleſia alterius ꝙ al
teri qui ei preeſt, vt hic dicunt doctores. ❡ Nunc videam9 de mo
55 do ⁊ forma permutationis ⁊ ſciendū eſt ꝙ † pacto precedēte bene
ficia permutari non poſſunt vt hic. poſſet tamē clericus dicere ſu
periori ꝙ cū non poſſit ſecure morari vel perficere in tali eccleſia ꝓ
pter inimicitiam vel aliam iuſtam cauſam, ꝙ ſuperior dignetur ex
illa eccleſia prouidere alteri ⁊ ſibi prouideat de alio beneficio poſ
ſet etiā exprimere ſuperiori in iſta forma, tali clerico melius cōpete
ret mea eccleſia quam mihi, ⁊ mihi magis competeret ſua eccleſia
quā ſibi: ita tñ ꝙ inter ſe nō paciſcant nec fiat aliqd ex partium pa
cto vel tractatu ſed ex offō iuſſione iudicis. de pac. c. cū pridē. de pre
ben. c. niſi eſſent. pōt etiam inchoari tractatus permutationis hoc
modo. Talis epūs cōſiderans ꝙ Titius clericus ⁊ rector eccleſie ſan
cti angeli vtilius ſe poſſet habere in eccleſia ſancti Martini, ⁊ eodē
modo requiret dictū rectorē ſancti Martini, ⁊ ideo cū permutatio
56 beneficiorum facienda ſit volentibus rectoribus † eccleſiarū eo. ti.
c. vnico lib. vj. poſſunt tales rectores petere ab epō talē pmutatio
nem fieri, alias de voluntate ipſorū nō poſſet ſtare, ⁊ poſſunt expri
mere ꝙ renuntiēt ex cā permutationis. qđ enī mente gerunt lꝫ ex
primere vt hic. ❡ Sed queritur an procedat pmutatio ruꝫ beneficiū
meū tibi renuntio vt tibi cōferatur ⁊ vt tuum beneficium non mihi
ſed meo nepoti vel conſanguineo. dicit Jo. ꝙ non eo. ti. c. vnico li.
vj. nec tunc eſſet locus illi decreta. quia iſto caſu beneficium debere
tur expectantibus autoritate apoſtolica, ⁊ non renuntiantibus ex
cauſa permutationis, ita talis renuntiatio eſſet ſimonia. de offi. de
leg. c. ex parte el primo in glo. ſi. contrarium eſt tenendū per dictū
c. ex parte. ⁊ c. cū vniuerſorum eo. titu.

Ultimo queritur

an in prebendis vacātibus ex cauſa permutationis habeat
locum optio de qua in. c. vltimo de conſue. li. vj. videtur ꝙ ſic, quia
cum conſuetudo diſponat de poteſtate optandi prebendas cū va
cant, ergo includitur omnis modus vacationis. de reſcrip. c. ſuſce
ptum. lib. vj. ſed conſtat ex cā permutationis prebende vacare cum
precedat renuntiatio permutare volentiū. de prebē. c. inter cetera.
57 eo. titu. c. cum vniuerſorum. ⁊ infra eo. c. vnico. li. vj. item papa † p
collationē quam facit vel fieri mandat non vult illā vel aliam con
ſuetudinem tollere de conſue. c. vlti. lib. vj. de preben. c. cum in eccle
ſia. eo. titu. de cōſue. c. cū olim. de cōceſ. preben. c. ex parte. imo nec p
cōſtitutionem ſuam vult tollere vel preiudicare rōnibus, ſtatutis ⁊
cōſuetudinibus eccleſiarū. de cōſti. c. j. li. vj. ergo nec per collationē
que interuenit in ipſa permutatione dꝫ preiudicare dicte cōſuetu
dini, item ipſa cōſuetudo arctat permutare volentes, nec tolli pōt
ſolo facto permutantiū. ſed tolli dꝫ cōſenſu totius capl'i. de conſti.
c. cum oēs. nec ob. de rerū permu. c. vnico. li. vj. qꝛ ibi permutantes
ex toto priuabantur iure ſuo ſi locus fuiſſet expectantibus. Sꝫ in
caſu noſtro prebēda que remanet nō optata dabitur permutanti.
Nō ob. cle. vnica eo. ti. q̄ irritat collationē de beneficijs reſignatis p
volētes permutari factas alijs ꝙ pmutare volentibus: qꝛ lꝫ illa cle.
irritet collationē, pmutationē tñ nō ꝓhibet l eccleſia in qua id hꝫ
cōſuetudo qꝛ tunc nulla fit collatio qꝛ antiquor ꝓbēdā optat quā
ſibi conferre nō poſſet. de inſti. c. ſi. innitens ergo collationi ſibi de
antiqua prebenda conſuetudini ſine noua collatione vel titulo di
mittit antiquā ⁊ optatam recipit.

58 # Preterea

† nō cōpetit plus iuris in beneficio pmutare volētibus ꝙ competat ꝓuiſo autoritate apo
ſtolica preiudicare vigore cōſuetudinis vt. d. c. vlt. de cōſue. lib. vj. ⁊
preiudicabit volēti pmutare. ❡ Fuerunt qdā q diſtinxerūt tres ca
ſus, nā qñqꝫ cōſtat talē conſuetudinē extendi etiā ad vacationem p
permutationē: ⁊ tūc ſi illi quib9 cōpetit ius cōſenſerunt ſimplr pmu
tare volentibus ⁊ non eſt locus optioni, qꝛ per talē conſenſum iuri
optandi renuntiaſſe cēſentur. de tranſac. c. ex literis. de his q̄ fiunt
a maio. pte capi. c. ex ore. ❡ Si aūt conſenſerunt nō ſimpliciter ſed
ad reſeruationē iuris optandi ſed pmutare volentibus dicte reſer
uatio. cōſuetudinibus ⁊ eſt locus optioni, qꝛ illa reſeruatio veſtita
eſt aduerſarij ꝯſenſu. Secus ſi permutare volentes non cōſenſerūt
illi reſeruationi. vbi autē habentes ius optandi non conſenſerūt
volentibus permutare, tunc impeditur optio quādo in reſcripto
ad permutationē directa eſt clauſula ab eo qui pōt abiecta p quā
derogatur cōſuetudo. facit in ratione ſui de reſcri. c. duobus lib. vj.
59 Dicitur aūt † ſuperior papa vel legatus qui per clauſulā non obſtā
te poteſt derogare ꝑdicte conſuetudini: vbi vero non eſt illa in re
ſcripto tunc ſit locus optioni ſiue permutantes ſciuerint ſiue igno
rauerint conſuetudinem, quia conſuetudo non eſt in aliquo dero
gatum quādoqꝫ conſtat illam conſuetudinē non extēdi ad vacatio
nē per pmutationē, vt qꝛ ſic eſt obtentum, tunc nō eſt locus optio
ni. rō quia ſicut certus modus vacationis exprimitur ille, ⁊ nō eſt
alius modus includit, de reſcrip. c. ſuſceptū. li. vj. qñqꝫ eſt dubiū an
dicta conſuetudo extendat ad vacationem p permutationē: ⁊ tunc
aut permutatio ſit non proprio motu ſuperiorū ⁊ ſit fauore pſona
rum ⁊ nō eccleſiarū, tunc eſt locus optioni: qꝛ illa permutatio odio
60 ſa ⁊ conſuetudo fauorabilis, ⁊ ideo debet † fieri interpretatio pro
conſuetudine ⁊ extēdi. de offi. ordi. c. ſi. vbi vero permutatio ſit fa
uore eccleſiarū vel ſit proprio motu pape, tunc nō ſit locus optio
ni: facit in ratione ſui de prebē. c. ſi pluribus lib. vj. ⁊ c. cū in eccleſia
⁊ c. ſia ſede vt lit. pen. cle. i. de reſcrip. c. cum aliquibus. ⁊ c. ſi ꝓpter
tua debita. ❡ Sed aduertēdum. nam dicēdo quod predicta cōſue
tudo non extēdat ſe ad vacationem ex cauſa pmutationis probare
videtur per caſum eodem titu. c. vnico lib. vj. ❡ Sic dicēdo nō eſt
plenior nec fortior diſpoſitio conſuetudinis qua optari poteſt pre
benda vacans ꝙ ſit virtus apoſtolice gratie per quā impetranti cō
fertur prebēda vacans. Nam ſic per optionem querit ius in re quo
ad prebēdam optatam, ſic ⁊ per prouiſionem queritur ius in re pre
ben. de qua ſit prouiſio: de conceſ. prebē. c. vltimo li. vj. Sed p apo
61 ſtolicam gratiam non ꝑiudicatur permutare † volētibus: vt eodē
titulo. c. vnico lib. vj. ergo nec preiudicabitur per cōſuetudinem.
❡ Secundo probatur per caſum. eodē titulo cle. vnica. inducēdo
eam ex verbis ipſius ⁊ ex ratione ⁊ ex mente. ex verbis quidē. Naꝫ
beneficia vacantia ex cauſa permutationis non poſſunt transferri
alijs ꝙ pmutare volentibus. ⁊ ſi conferantur nulla eſt collatio. Sꝫ
ipſa optio de prebēda vacante loco collationis cedit. ſicut enīꝫ per
collationem queritur ius in re, ſic ⁊ per ipſam optionē, facit. ff. de
opt. legata apud filium. Si ergo impeditur collatio ergo impedie
tur ⁊ optio.

62 # Preterea beneficio

† iuris cēſent affecta beneficia que vacant ex cau
ſa permutationis qđ patꝫ: qꝛ irritatur collatio facta alijs ꝙ pmuta
re volētibus. ſed quādo būficiū eſt affectū, ꝯſtat ꝙ de illo nō pōt al
teri. de reſcri. c. tibi q. de prebē. c. ſi poſtꝙ. li. vj. ❡ Secundo probat
ex ratione illius cle. ne vꝫ illudant pmutare volentibus vꝫ iā illu
derētur ſi locus eēt optioni: nā permutare volētes non cōſequerē
tur būficia q̄ cōſequi ſꝑabant ſi locus foret optioni. Preterea ſi lo
cus eſſet optioni eſſet dare caſum quo permutans ex toto exclude
retur. pone enim ꝙ prebēda non optata eſt ſacerdotalis ⁊ permu
tans non ſit in ordine ſacerdotali: vel non ſit capax illius ordinis,
non debebitur illa ſibi: de prebē. c. ei cuius lib. vj. ❡ Tertio probat
ex mente illius cle. cuius intētio eſt qđ beneficia vacantia ex cā per
mutationis nedum non cōferantur alijs ſed cōferant ipſis qui ex
cauſa pmutationis. reſignationis ergo modus ⁊ via per quā pmu
tantes ſuo voto fruſtrarētur in ꝑpetuum: vel ad tēpus in toto vel
in parte prohibet, alīs illuderet eis ꝯ mentē ⁊ verba cle. non enī re
nuntiauit pmutans vt haberet ꝓbendā nō optatā: ſed vt hēret pre
bendam vacantē per renuntiationem clerici.

63 # Concludendum ergo

videt qđ † prebenda talis vacans ex cauſa
pmutationis nō poſſit optari vigore conſuetudinis, vt ſic potius
ſtemus iuri permittēti pmutationē fieri ⁊ volēti vt pmutantes be
neficia reſignata cōſequantur. Preterea ſi haberet locū optio poſ
ſet impediri vtilitas prebēdarum. pone enī qđ pmutatio fiat cum
potētiori vt defendat bona prebēde que iniuſte ab alijs occupata
ſunt: nam ſi tunc talis prebēda poſſet optari impediretur vtilitas
dicte ꝓbende quia non veniret ad manus dicti potētioris: facit ra
tio decretalis vnice eo. ti. li. vj. ibi dū dicit reſignaſſent. pono enim
qđ prebenda vacans ex cā permutationis ſit maioris redditus ꝙ il
la quā antiquior canonicus vult relinquere qꝛ optat pinguiorem.
64 non enim eſt veriſimile ꝙ qs † renuntiet prebēde, pinguius pro te
nuius. de renuntia. c. ſuper. hoc eo. titu. c. vlti. lib. vj. Ex hoc enim
fraudaretur talis renuntians cauſa permutationis, qđ eſſe nō dꝫ
j. eo. c. cū olim. ❡ Preterea non dicitur ſic vacare preben. per mo
teſt quem inuitum deſtituere. Sed vicarius non poteſt deſtitue
re,vt de officio vicarij.c.ij.libro ſexto.interpoſitio habiliter de offi
ciali.Nam vicarius poteſt deſtituere ſm Guil.in clemen.de offi.vi
carij.c.vno.quod non placet,quia talis actus requirit ſpeciale mã
datum deſtituendi.adhuc obſtat ratio ſequens ſcilicet quia con
ferre non poteſt:in permutatione vero habet interuenire renun
tiatio ꝛ collatio,vt de rerum permuta.c.vno.in cle.vt dixi ſupra in
j.c.ꝛ quia capitulum vacante ſede.poteſt vtrunq̄ꝫ niſi quando col
latio ad ſolum epiſcopum pertinet,poterit autorizare permuta
tionibus,vt no.eo.tit.c.vno in cle.per Joan.an.ꝛ Pau.de here.c.
j.in ver.capituli.in cle.
44 **Vigeſimoſeptimo** quero † dictum eſt ſupra
q̄ in permutatiõe debet
interuenire renuntiatio ꝛ collatio quero an ſufficiat ſi epiſcopus
permutare volentibus ꝛ petentibus renuntiationem admitti et
collationez hincinde fieri dicat placet nobis ꝛ permutamus vos.
Et videtur q̄ ſic,vt hac breui locutione verborum videantur iſti
renũtiaſſe ꝛ epiſcopus acceptaſſe ꝛ contuliſſe.ff.de vulga.ꝛ pupil.
ſubſtitu.l.iam hoc iure.ad idem quod no.Inno.de preben.inter.
vbi dicit quod permutantes habent ius in beneficijs permutatis
ſtatim quod ſuperior ſuam autoritatem interponit.optime facit
q̄ no.Jo.an.poſt Hoſtiẽ.de his que fiunt a prelato.ex ore.vbi di
tunt q̄ ſi epiſcopus confert beneficium de volũtate beneficiati va
let collatio:quia ille videtur renũtiaſſe ꝛ epiſcopus acceptaſſe.So
lutio.de ſubtilitate iuris poſſet ſuſtineri hec opinio.tamẽ tutius
ꝛ ſecurius eſt vt etiã conſulit Hoſti.in.c.ex ore.q̄ fiat expreſſa renũ
tiatio ꝛ collatio.ꝛ ſic ſeruat conſuetudo q̄ probatur in.c.vnico.de
rerum permu.in clemen.
Vigeſimooctauo quero an hoc in beneficijs ſeu
in preben.permutatis hꝫ lo
45 cum optio de qua loquitur de cõſue.c.vlti.lib.vj.ꝛ videt q̄ ſic:† q̄ꝛ
in permutatione interuenit renuntiatio tacita vel expreſſa,vt ſe
pe dictum eſt.ergo habet locum optio de conſuetudine ſm quaꝫ
prebẽde vacantes poſſunt optari.Item papa per collationẽ quã
facit vel fieri mandat non vult illam vel aliam conſuetudinem tol
lere,vt probatur in dicto.c.vltimo.ꝛ de preben.cum in eccleſia.li
bro ſexto.ꝛ de conſuetudine,olim.ꝛ de conceſ.preben.c.ex parte.
immo nec per conſtitutionem ſuam vult tollere vel preiudicare ra
tionabilibus ſtatutis ꝛ conſuetudinibus eccleſiarum.vt de conſti
tutio.c.primo.libro ſexto.ergo nec per collationez que interuenit
in ipſa permutatione debet preiudicare dicte conſuetudini.Iteꝫ
permutantes ſciunt ꝛ ſcire debuerunt conſuetudinem eccleſie ꝛ ſic
nõ poſſunt ignorantiã allegare,nec debẽt impinguare q̄ defende
re tenentur.de na.ex li.ven.c.vno. ¶ In contrarium videtur q̄ nõ
habeat locum per decreta.vnicam.de rerum permutatione.libro
vj.ꝛ eod.titu.c.vno.in clemen.vbi dicitur collationem alij factam
non valere.Dominus Guido nunc epiſcopus concordien.nepos
olim

olim Archi.boñ.hãc queſtionẽ diſputans tenuit qđ de rigore iu-
ris habeat locum optio, fundans ſe ſpecialiter ſuper eo qđ dictum
46 eſt qđ † in permutatione interuenit vacatio.⁊ de cre.vnica.iure ſuo
ſi locus fuiſſet expectantibus.in caſu vero noſtro ſaltẽ prebẽda que
remanebit non optata dabitur pmutanti. Pau. vero tenet cõtra-
rium per illa iura nouiſſima reſpondẽs ad capitulum vltimũ de cõ
ſuetu.li.vj.qđ ibi mãdabatur prouideri de beneficio nulli aliĩ de iu-
re debito.⁊ ſic ibi nõ fit iniuria expectãti. Sed in permutatione mã
datur certa beneficia cõferri:⁊ cũ decreto. Itẽ in expectatione no-
tatur ambitio nõ ſic in pmutantibus. do. Azo doctor Boñ. Idem
tenuit cum dño concordiẽ.ſed.d.Joã.an.in.c.vlti.de conſue.lib.vj.
In nouella,nõ eligit:ſed dicit qđ ſi quis vult tenere locũ eſſe optio
ni põt reſponderi ad capitulũ vnicũ.in cle.hoc modo vez.qđ ibi p-
47 hibetur collatio,ſed † in optione non interuenit collatio ſed anti-
quior canonicus ſue antique inſtitutiõi ⁊ cõſuetudini eccleſie inhe
rens prebẽ.vacantẽ ſine collatione optat. Sed ſalua reuerẽtia tãto
debita patri,intẽtio concilij Vieñ.eſt qđ beneficia vacãtia ex cauſa
permutationis nedũ nõ conferãtur alijs ſed cõferant ipſis qui ex
cauſa dicta reſignauerũt omnis ergo modus ⁊ via per quã permu-
tantes ſuo voto fruſtrant in perpetuũ vel ad tps in totum vel in
partẽ prohibẽtur, alias illuderetur eis cõtra mentẽ ⁊ verba cõcilij.⁊
facit qđ ipſe Jo.ibi no.in gl.pe.in fi.⁊ in hac opi.ſemp fui ⁊ in ipſa
perſeuero. Et ad illud qđ dicebatur qđ prebẽ.non optata poterit
conferri permutãti. Reſpondeo nõ renunciauit ob hanc cauſam
permutare volẽs vt haberet illã, ſed vt haberet illam quã ille cum
quo permutare volebat obtinebat, alias fit ſibi illuſio. Itẽ pone ꝙ
prebẽ.que remanet non optata habeat onus ſacerdotij vel aliud
onus cuius iſte permutãs nõ ſit capax, vt de prebẽ.ei cui.lib.vj. er-
go remanebit ſine prebẽda ſi dicatur ꝙ expectet ſequentẽ reſpon-
detur qđ nõ renũtiauit ſue vt expectaret vacaturã, ſed vt haberet
illam quã reſignauit ille cũ quo voluit ⁊ pmutare tractauit. Fede.
Addi. Lap. de albergotis. Circa iſtã materiã potes dicere ſic, aut
conſtat talem conſuetudinẽ extẽdi ad vacationẽ etiã per permuta-
tionẽ. aut conſtat non extẽdi, vt qꝛ ſic obtẽtũ: aut dubitaꝛ. Primo
48 caſu ſubdiſtingue ꝙ † aut illi quorũ intereſt cõſenſerunt permuta
tioni aut nõ cõſenſerunt. Et ſi conſenſerunt aut ſimpliciter aut nõ
ſimpliciter:ſed reſeruando ſibi poteſtatez optandi:⁊ ſi reſeruando
aut tali reſeruationi conſenſerunt:permutare volẽtes aut nõ con-
ſenſerunt ſi ſimpliciter cõſenſerunt nõ eſt locus optioni.ſed ſi non
conſenſerunt. ſecus quaſi primo caſu ſit reſeruatio veſtita coheren
tia cõſenſus ſed vltimo caſu nuda.⁊ facit qđ no. Jo.an.poſt Hoſti.
de ele.cumana.⁊ de reg.iur.in generali.li.vj. Si vero non conſenſe
runt permutationi habẽtes ius optãdi.tunc iterũ ſubdiſtinguiꝛ:
qꝛ aut ſuperior qui poſſit puta legatus tali cõſuetudini per clauſu
lam nõ obſtã. derogat aut non derogat.primo caſu non eſt locus
optioni. ſcđo caſu ſubdiſtingue: qꝛ aut permutãtes ſciebãt vel ſcire
debebãt talẽ conſuetudinẽ aut nõ.primo caſu eſt locus optioni ve
lint nolint nec poſſunt ad priora beneficia redire:ſcđo caſu eſt locꝰ
optioni, vel ſi nolũt ſtare optioni poſſunt ad beneficia redire, ſi cõ
ſtat non extẽdi nõ eſt locus optioni aliquo caſu. Si vero eſt dubiũ
quo caſu procedit queſtio. tũc eſt dicẽdũ ꝙ nõ ſit locus optioni vt
potius ſtemus iuri pmittẽti permutationẽ fieri ⁊ volẽti ve pmuta-
49 ta beneficia conſequantur vt in iuribus alle.in glo. Qꝛ † cõſuetudi-
ni que in dubio iure derogare nõ dꝫ. põt tamẽ etiã iſto caſu diſtin-
gui ꝙ aut pmutatio ſit per ſuperiorẽ ad inſtantiã permutare volẽ
tium. aut pprio motu ſuperioris. primo caſu ſubdiſtingue: qꝛ aut
ſit in fauorẽ iuris priuati.ſ.pmutare volẽtiũ, aut iuris publici.ſ.
eccleſiarũ. primo modo locus ſit optioni. ratio qꝛ hec eſt pmutatio
odioſa ⁊ cõſuetudo fauorabilis.⁊ ideo dꝫ interptatio pro cõſuetu-
dine fieri ⁊ extẽdi ad inſtar legis. ad hoc. de offi.archi.dilecto.⁊ qđ
ibi not. Si vero in fauorẽ iuris publici, tunc nõ ſit locus optioni,
⁊ idem quando ſit proprio motu. ad hoc. de prebẽ.ſi pluribus. lib.
vj.⁊ de recep.cũ aliquibus.⁊.c.ſi ppetua.debita.de prebẽ.ſi benefi-
cia.⁊.c.cũ in eccleſia.⁊.c.ſi a ſede.⁊.lib.in cle.vt lit.pen.ſi duobus. §.
neutro autem.⁊ qđ no. Jo.an.de rerum permu.c.j.in nouella. lib.
vj. hoc non omitto qꝛ in omni caſu prebendã dimiſſam per optio-
nem obtinere poterit is qui obtinere poterat optatam. ratio, qꝛ
illa dimiſſa habetur pro illa optata, vt de regu.iur.is qui.lib.vj.et
c.eccleſia.vt lite pen. Lapus Abbas.

50 **Vigeſimonono** quero.ſ. quantum † tempus ſu-
perior in cuius manibus ſunt
reſignata beneficia ex cauſa permutationis teneatur illa conferre
ſuper hoc dicit Pau. de rerum permuta.c.vno.in cle.qđ nõ eſt tps
prefixũ a iure ſed compellatur p ſuperiorẽ cõferre ſi negligẽs eſſet.
ad hoc de iure patro.nullus. Et ſimile no. Pau.de religi.domi.c.
ij.in cle.vbi dicit qđ nõ eſt tps prefixum a iure infra qđ hoſpitalia
cõmittantur.⁊ idem no.de executione.de prebẽ.c.penul.eodẽ lib.
⁊ idẽ in electoribus imperatoris, vt no.de regu.iuris.c.ij.lib.vj.et
idem in receptionibus canonicorum vbi numerus non eſt certus,
vt no. Joã.and.poſt Hoſti.de electio.cum eccleſia.⁊ de conceſ.pre-
ben.ex parte.ſed iſto caſu in.c.ex parte nõ eſt mirum: qꝛ ibi non di-
cuntur vacare canonicatus vel prebẽde, vt de prebẽ.c. dilecto. ſed
contra de conceſ.preben.c.ij. So. ibi vacant beneficia ſimpliciter,
hic.ſ.in caſu permutationis vacant ſm quid vel ex cauſa. itẽ ibi col
lator habebat libertatem in dando cui vellet. hic vero neceſſario
aſtringitur his que reſignauerunt ex cã predicta. iſta ratio poſſet
impugnari per id qđ no. Jo.an.de elec.publicato.in fi.in nouella.
poſt Vincen.compo. Pe.⁊ allegant ꝙ poſtꝙ nominarunt deuol
51 uitur poteſtas † eligendi ad ſuperiorẽ qui debet eligere illũ nomi-
natum in ſcrutinio.⁊ ibi Cõpoſt.clarius quaz Jo.an.exprimit.de
ſpatio trium menſium. melior ergo ratio ſit: qꝛ in hoc caſu non eſt
tẽpus expreſſum in iure. Compellatur ergo per ſuperiorẽ ⁊ ſi mo
nitus non expediat infra terminũ competentẽ ſibi aſſignatuz hoc
faciat ſuperior. ad hoc. de offi.ordina.irrefragabili. §.exceſſus. ⁊.c.
quanto.cum ſi. Ad qđ facit qđ no.de ſupplen.negli.prela.c.j.li. vj.
⁊ Jo.an.poſt Hoſti.contra Inno.de electio.cum eccleſia vulttera-
na. Federicus. ¶ Additio Lappi Abbatis. poſſet pbabiliter di-
ci qđ ſi ſuperior qui renuntiationem recepit ex cauſa permutatio-
nis fiende tertio requiſitus renũtiãtibus nõ contulerit, vel in pri-
ma vel in ſecũda requiſitione id facere nolle dixerit eſt in optione
renuntiantium an velint ſuperiorem alium adire vt conferat be-
neficia reſignata vel a permutatione fienda deſiſtere ⁊ ad ſuum be-
neficium quilibet ipſorum reuerti quod libere licet eis. ad hoc fa-
cit de preben.ſi beneficia.lib.vj.facit etiam de ſuplẽ.ne.c.j.⁊ de offi.
ordi.irrefragabili.⁊ quod vtrocꝫ no.per Hoſtien.⁊ Jo.an.de loca.
potuit.⁊ de appel.ab eo.⁊ cle.quamuis rigor.eo.titu.⁊ idem forte
erit elapſis ſex menſibus a tẽpore renuntiationis ⁊ ipſius receptio
nis. Lappus Abbas.

52 **Trigeſimo** quero † an permutatio facta per epiſcopũ
contemptis his quorum intereſt, puta col-
latoribus.electoribus vel patronis, ſit nulla ipſo iure vel annullã
da per ſniam. Pau.eo.titu.c.vno.dicit qđ conſenſus iſtorum po-
teſt interuenire ante ⁊ poſt.⁊ per hoc dat intelligere qđ nõ ſit nul
la ſed annullanda. nam ſi fuiſſet nulla nõ poſſet ratificari per ſubſe
quentem conſenſum. de elec.auditis.cum ſi. Et qđ ſit annullanda
per ſententiam videtur per.c.quod ſicut.de elec.de preben.cũ in ec
cleſijs.lib.vj. Optime facit de his que ſunt a prela.ea noſcitur. vbi
contemptus conſenſus totius capituli vel maioris partis reddit
actum annullandum.ſed expoſitionẽ Hoſti.⁊ Jo.an.in ver.conue
nit de ratione, dicit ratione contẽptus.alle.de elec.qđ ſicut. §.ſi au
tem. ergo innuit annullandũ eſſe. ad idẽ etiam videꝛ caſus de iure
pa.illud in ſi. Sed contra. de his que ſunt a pre.c.j.ibi, irritas. xij.
q.ij.ſine excep.xv.q.vij.decernimus.qđ enim in aliquorum preſen
tia neceſſe eſt fieri ſi id non fiat nõ valet qđ agitur, vt le.⁊ no.de of-
53 fici.dele.cauſam matrimonij. Item nõ † debet cõcedi vna via quod
alia denegaꝛ. de procu.tue.ſed ſi epiſcopus confert plebẽ vbi ad ca
pitulum pertinet electio, collatio nulla eſſet, etiã ſi legatus de la-
tere conferret, vt de offi.dele.c.xiij.lib.vj. Et ſufficere dꝫ illud vul-
gare qđ pro nõ dato habetur qđ ab illo datur qui de iure dare nõ
põt, vt de iure patro.qđ aũt cum ſi. ergo collatio quã faciet per viã
permutationis nõ valebit. Placet mihi qđ ſit annullanda nõ nul-
la per prima iura:⁊ ratio eſt quam dixi.ſ. §.ij. qꝛ iſte actus permu-
tandi ſeu autorizandi principaliter depẽdet ab epiſcopo, quãuis
collatio ad eum nõ pertineat. nõ eſt ergo defectus ex parte facien
tis licet male faciat contẽnere quorũ intereſt nõ obſtant iura que
innuunt collationem nullam: qꝛ loquuntur in eo caſu in quo epi-
ſcopus non debet requiri.⁊ in quo epiſcopus non habet collatio-
nem. ſed in permutatione ſecus vt ſepius dictuz eſt.⁊ ſic loquitur
cap.decernimus.nõ ob.c.ſine exceptio. qꝛ ibi poteſt dici qđ ſit ca-
ſus ſpecialis vt ⁊ bona eccleſie meliꝰ cõſeruent ſm Hoſt. de his que
ſunt a prela.c.j.non eſt nulla ſed annullanda. non obſt.c. cauſam.
qꝛ actus iudicandi ptinebat ad plures equaliter ⁊ ſimpliciter.⁊ ſic
vnus ſpreto altero nihil facere poteſt:ſed in caſu noſtro principa-
liter pertinet ad vnum. vnde illi quorum intereſt puta eligere con
ferre vel preſentare non faciũt pmutationẽ ſed pmutare volẽtibꝰ
⁊ ſuperiori pmutationẽ faciẽti habẽt conſentire que ſunt diuerſa.
54 ff.de ver.ſigni.aliud † eſt vẽdere aliud eſt vẽditioni conſentire. qđ
no.de preben.cum illis.in ſi.ij.col.ver.itẽ mutatis terminis. Fede.
¶ Addi. Lap. Abb.⁊ ſm hoc non poterunt illi qui debẽt permu
tationi cõſentire.antequam caſſetur collatio ex permutatione fa-
cta conferre eligere vel preſentare.⁊ ſi fiat non valet. de cõceſſi.pbẽ.
c.ij. ſecus videꝛ quãdo non ex cauſa permutationis hoc fieret. tũc
enim videꝛ qđ propterea non impediaꝛ collatio, electio ſeu pmu-
tatio fiẽda per illos ad quos ſpectat:ſed libere fieri poterit abſqꝫ
alia caſſatione prouiſionis per ſuperiorem facte ſm ea que notã.
de exceſſi.prela.inter dilectos. per Jo.an.poſt Inno.⁊ Hoſt. Poſ
ſet etiã forte dici qđ ſi legatus etiã de latere conferat ex cã permu-
tationis eccleſiã collegiatã non cõſentiẽtibus quorũ intereſt nõ va
leat collatio legati, nec impediet collationẽ vel electionem illoruz
ad quos ſpectat ſed libere fieri poterit abſqꝫ alia caſſatione proui-
ſionis per ſuperiorẽ facte ſm ea que no. de exceſſi.prelato.inter di-
lectos.⁊ per Jo.an.poſt Inno.⁊ Hoſti. Poſſet etiã forte dici ꝙ ſi

legatus etiam de latere confecat ex cauſa permutationis eccleſiaꝫ collegiatam non cōſentientibus his quorum intereſt, non valeat collatio legati, nec impedit collationē vel electionē illorū ad quos ſpectat. facit ad hoc.c.de liberatione.primo reſponſo.li.vj.ratio qꝛ legatus non pōt hoc abſqꝫ conſenſu illorū. immo eſt prohibitus, vt ibi, et forte nō eſſet contra ius dicere qꝺ talis legatus etiā de cōſenſu capitulorū eccleſias collegiatas permutare ſeu ex cā permutationis cōferre nō poſſet.et hoc per dictū capitulū de liberatione. ep̄s vero cū illorū cōſenſu pmutationē facere poterit, alias nō. et ſi eā faciet eis cōtradicētibus nō valebit nec impediet electionē preſentis collatiōis fierīꝫ nō, qꝛ epiſcopus nō pōt eā facere ſine illorꝫ conſenſu ratio: qꝛ non facit ſm ius ſed contra. vnde hꝫ locū ratio iuris nō preſtat.de reg.iur.li.vj.pēdet tamē nullitas ab eis vt ſi conſentiant valeat, ſi cōtradicant non valeat. et vide qꝺ habetur ꝫ ſcripſi.ſ.in.xxix.§.Lappus abbas.

55 **Trigeſimoprimo** quero † infra quantum tempus hi qui contempti ſunt in permutatione poſſint agere de cōtēptu. et idē pōt queri de eo qui fuit contēptus in collatione. dicēdum videt̄ qꝺ ſi primo tacite vel expreſſe conſenſerit nō audiatur, de his que ſi.a ma.par.ca.ex ore. et de appel.certationi.li.vj.vel audiatur infra ſex mēſes a tpe ſcientie computandos ſm Hoſti.alle.de cōceſſio.prebē.qꝛ.et vt lit. nō conte.§.ſi vero.de his que fiunt a prela.c.ij.ſecus in electio.vt ibi not. Jo.an.ex quo non comparuit infra tempus edicti, ſaluo qꝺ habetur qui matri.accu.poſ.c.vlti.de illis que veriſimiliter permutationem ignorare potuerunt.

Trigeſimoſecundo quero ſepius dictuꝫ eſt.ſ. qꝺ requirit̄ autoritas epiſcopi licet ad inferiorem pertineat collatio vel inſtitutio. Modo
56 queritur an † collatio et renuntiatio dꝫ fieri in manibus epiſcopi et per epiſcopum conſentiētibus quorum intereſt, an vero renuntiatio in manibus eorum ad quos alias pertinebat autorizante epiſcopo. Et videtur quod in manibus illorum ad quos pertinebat. nd ſimili.eius quod habet̄.xi.q.ij.placuit.et.c.abbatibus.et.xxvij.q.iiij.inuentionibus.ex quibus probatur quod quando alienatio facienda eſt per aliquem prelatum, quod ille prelatus alienat conſentiente et autorizante epiſcopo. Item ex contrario ſequeretur hoc abſurdum: quod ſi in manibus epiſcopi fieret hec renūtiatio. et per eum collatio, quod in proxima vacatione epiſcopus poſſet dicere ſe eſſe in quaſi poſſeſſione conferendi, qꝺ nefas eſt ſentire. ¶ Sed Joan.an.et Pau.in.c.vno.eo.titu.in clemen.dicunt quod epiſcopus totum expediet, cōſentientibus tamen his quorum intereſt. et hoc etiam videtur probari per.c.queſitum.eo.titu.in ſi.et ex hoc ſequitur hoc nouū et mirabile, qꝺ eccleſia conſueta reformari per viā electionis et cōfirmationis vel per viā preſentationis et inſtitutiōis reformabit̄ nunc per viā collationis per ep̄m vꝫ qui alias nō habebat cōfirmare vel inſtituere. Sed certe hic nullū inconueniens ex quo cōſentit cuius intereſt. et eſt ſi.qꝺ no. Hoſti.in ſum.de iure pa. in ſi.vbi dicit qꝺ patronus pōt recipere eccleſiā vacantē ab ep̄o licet ad ep̄m no pertineat collatio. ſed inſti. et idē no. Jo.an.poſt eū de iure pa.per veſtras.non ob.qꝺ alle.qꝺ fieret pīudiciū ꝛc.nā illud haberet locū vbi ſimpliciter ep̄s cōferret vt de cā poſ.et proprie.c.vlti. cum ſi.qꝺ non eſt in caſu noſtro.

57 **Trigeſimotertio** quero pone quod † due eccleſie ſunt vnite canonice mēſe cuiuſdam monaſterij volūt rectores ipſarū permutare. querit̄ nunquid poſſint, maxime nō conſentiēte mona. et eſt dicendū qꝺ non: qꝛ cuꝫ iſte eccleſie ſint facte de mēſa et ammodo vacare non poſſunt. vt de exceſſi.prelato.c.vno.ver.quidam.in clemē.non poteſt interuenire permutatio, cum in ea fiat beneficiorum vacantium collatio vt ſepius dictum eſt. Ad hoc facit octaua declaratio ſup conſtitutione. execrabilis. Joānis.xxij.vbi dicit̄ qꝺ ſi ecclīa erat canonice vnita. et poſtea eā vigore dicte confirmationis dimitti contingat, non cadit ſub illa reſeruatione quia non vacat: et ex contrario ſequeret̄ abſurdum qꝺ iſti poſſent permutare. ergo et aliī. et ſic deinceps. et ſic vnio non habebit deſideratum effectum et non ſubueniretur menſe monī. cuius tenuitas fuit cauſa vnionis. et idem de beneficio extincto. vt de hoc vltimo no. Joan.and.eodem titulo.c.vnio.in nouella.lib.vj.

58 **Trigeſimoquarto** quero pone quod numerus † vigenarius canonicorū eſt reſtrictus ad numerū duodenū, et hec reſtrictio facta eſt legitime et iurata et ſic ordinatum eſt in ea qꝺ cedētibus vel decedētibus canonicis nullus ſubſtituatur donec ſit deuentum ad numerum duodenum. modo duo de iſto numero exceſſo volunt permutare aliquid autoritate legati, nunqd poſſint, dic qꝺ non per ver. qui vero.ſ.§.proxi. et quia legatus nō poteſt tollere ſtatutum de eccleſia. vt no. Archi.de preben.ſi a ſede.lib.vi.Federi. ¶ Additio Lappi Abbatis.ſi ſtatutum non ſit autorizatum per papam et ſi ſit per ſtatuentes iuratum licet non obſiſtat impetranti de iurato ſtatuto mentione non facta, vt in.c.conſtitutis.de reſcriptis. et etiam ſtatuentibus, vt in.c.dilectus.de preben. et de iureiurā.debitores. nō tamen videtur obſtare legato de latere cum ſaltem ad mandatum ipſius facta mentione de iuramento poſſit et debeat ſine metu periurij veniri contra. Eſt enim in iuramento ſuperioris autoritas excepta, vt de iureiuran.venientes.in fine.prout etiam ibi not.vnde ſi quis iurauit non exire domum infra quindecim dies et interim citetur a iudice, tenetur parere, nec erit tranſgreſſor iuramenti, vt not. Archidia.xv.queſtio.vj.autoritatem. et Guillel.in Speculo.de citatione.§.j.ver.quid ſi quis. Joan.and.de appel.cum parati.in nouella.

59 **Trigeſimoquinto** quero † pone retento eodeꝫ themate qꝺ permutatio fiat per illos qui fecerūt ſtatutū an valeat permutatio. et videt̄ qꝺ non qꝛ dicitur per contrarium actum reſuſcitaſſe numeruꝫ, vt de cōſti. cum acceſſiſſent.in ſi. Sol. huius queſtionis dependet ab illa qua queritur an teneat receptio canonici contra ſtatutum iuratū. Archidia.dicit quod non, vt not.de preben.ſi a ſede.lib.vj. Joan.an. dicit qꝺ receptio tenet ſed ſunt periuri, vt no.de prebend.dilecto. Sed Pau.de regu.c.j.in clemen.dicit quod non ſunt periuri, et receptio tenet quod recipiendo capitulariter tacite reuocant ſtatutum: et ſtatuto ſublato iuramentum non ligat ſed cum iſtud ſtatutum non potuerit habere vires niſi epiſcopo autorizante, vt in.c. penulti.quomodo ſoli canonici poſſunt per contrarium actum reuocare ſtatutum: quia non poſſunt expreſſe. vnde equior videtur
60 opinio Archidiaco. vt † quicquid ſit contra licitum iuramentum ſit nullum. ad hoc de preſcrip.ſi diligenti. et ſecundum hoc non videtur permutationem valere. de hoc notat Joan.and. de rerū permutatione.c.vno.lib.vj.in nouella. ſi volumus tenere receptum canonici contra iuramentū valere. vt dicatur ordinario tacite fuiſſe ſublata quod permutationi conſenſerunt qui ordinationem fecerunt. tunc dicemus permutationem valere quaſi tacite numerus vigenarius ſit per contrarium actum reſtitutus, per capitulū cum acceſſiſſent. Fede. ¶ Addi. Lapi Abb. Vel dic qꝺ aut tollūt ſtatum iuratum directe.ſ.ipſum reuocando expreſſe. et tunc non eſt dubium qꝺ debet reuocari et permutari impune, aut reuocant tacite.ſ.cōtrauenienndo. et tunc ſi fiat ex cauſa legitima et neceſſaria. eo caſu permutatio. et non ſunt periuri, aut ſine tali cauſa. et tunc valet permutatio et ſublatū videt̄ ſtatutum: ipſi tamē qui cōtrafaciūt ſunt periuri ſm ea que notauit Jo.an.in.c.dilecto.de offi.vica.c.vlti.in nouella. Lapus Abbas.

61 **Trigeſimoſexto** quero an † capitulū ſe.vacan.poſſit recipere reſignationes beneficiorū ad collationē ſolius epi pertinētium ex cauſa permutationis faciēdas. et videtur quod nō: qꝛ.c.non pōt talia beneficia cōferre. et ſic permutationē perficere nō pōt, vt no. Jo.an.eo.ti.c.vlti.in glo. penul.in cle. ¶ Sed contrarium videt̄. nam capitulum tanquam gerēs vices epi pōt beneficiatos priuare et per cōſequēs beneficiorum renūtiationē recipere, vt no.de rerū permu.c.vno.in cle. poſt Inno. et dixi.ſ.§.xxvj. Epiſcopus ergo ſucceſſor perficiat permutationē quā ex licita cauſa vices gerēs inchoauit. ad quod facit qꝺ no. Inno. et Compo.de receptio.eaꝫ te. et ſi epiſcopus noluerit. tūc iſti aut redeant ad ſua beneficia aut recurrant ad ſuperiorē epiſcopi, vt fuit dictū.ſ.§.xxix. ſꝫ poſſet quis inſtare et dicere qꝺ licet capitulum poſſit corrigere et punire ea, etiā priuare: qꝛ hoc pertinet ad merā iuſtitiam et poſſunt correctoria ſtatuta facere vt Peruſij diſputaui. de qua queſtione facit mentionē Jo.an.de maio. et obe. c.vno.in nouella. non tamē talē renūtiationē recipere. cum potius ſit gratia ꝙ iuſtitia. et potius pertineat ad voluntariam ꝙ ad contētioſam iuriſditionē: ſed certe iſta ratio non viget: qꝛ plurima poteſt capitulū ſede vacante de pertinentibus ad epiſcopū que ſunt volūtarie iuriſditiōis, vt no.in gl.ad quas remittit Jo.an. de ma. et obe.c.vno.li.vj.in nouella. Nam etiam capitulum pōt cōmendare ipſi ſoli, vt no. Archidi. in.c.j.li.vj. et facit quod not.ſ.§.iij. vbi
62 dicitur qꝺ epiſcopus † pōt recipere renuntiationē beneficiorum que conferre non poteſt, puta reſeruatorum, nec interuallum temporis nocet, vt dixi.ſ.§.xj. caueant tū ſibi ne ante collationem ſibi factam adminiſtrēt ne penam incurrant, argumētum. de elec. qualiter. et eo.titu.auaritie.li.vj. et eo.li.de prebē.eum qui. et facit qꝺ dixi.ſ.§.vij. Fede. ¶ Additio dn̄i Lappi abbatis ibi. qꝛ ep̄s poteſt recipere licet ep̄s beneficia reſeruata cōferre nō poſſit reſeruatione obſtante, tū dꝫ poſſe reſignationem recipere beneficiorū ſpectātiū ipſis cum non ſit prohibitus reſignationē capere ſed conferre. ſecus in.c.qꝺ eſt prohibitum ab vtroqꝫ. dicēdum videt̄ qꝛ ſi gratioſe fiat reſignationis receptio, non pōt eam facere capitulum ſede vacante. ad hoc de renuntia.admonet. ſi vero fiat in reſignantis penam, tūc poſſit. facit. eo.ti, quidam extraua. Jo.pape.xxij. execrabilis.§.qui vero. et.§.ceterum.

63 **Trigeſimoſeptimo** quero † an duo permutare volētes poſſint vnū ſolū procuratorem inſtituere ad ſua beneficia permutanda. dubium mouet.ff.de procurat.l.licet.§.ſi plures. et id quod legitur et nota.

ff.de

ff.de auto.tuto.l.facientis.& de proba.ex literis. Credo ꝙ poſſint,
& ſic practicabitur, dicet procurator.ego vt procu. Petri renuntio
talem eccleſiam in manibus veſtris ex cauſa permuta.faciende cum
Joanne de tali ſua eccleſia,& ego vt procur. Joannis renuntio talē
ſuam eccleſiā ex cauſa pmutationis faciende cū Petro de tali ſua
eccleſia,qbus reſignationibus receptis epus conferret eidem pcu-
ratori vnā eccleſiā pro tali recipiēti & ſine pcuratore recipienti valet
collatio,vt de preben.ſi tibi abſenti.lib.vj.

Trigeſimooctauo quero pone qđ quidam tra-
ctantes de pmutatione ſuo
rum beneficiorum quā dictis beneficijs & ſibi vtilē fore credebant &
conuenerunt & pmiſerunt ſibi adinuicē fide data procurare dicto-
rum beneficiorum permutationem per illos quorū intereſt & ea fa-
cere ꝗ autorizare poſſunt, & nunc vero alter eorū huius promiſſionis
penitet & non vult reſignare ex dicta cauſa,querit an altero inſtan
64 te poſſit ad permutādum compelli,& videt ꝙ non:qꝛ † in talibus
debet ceſſare omnis pactio omniſqꝫ conuentio.de pac.c.vlti.j.q.ij.
quā pro.& de rerū permu.queſitum cū ſi. ¶ Sed contra quia iſti nō
ſimpliciter conuenerunt ſed promiſerunt dare operam vt permu-
tatio fieret per illos qui facere poterant qđ non videtur prohibi-
tum.arg.de reſti.ſpo.olim.j.& qđ no.de recep.ad audientiam.ij.in
glo.ſed nunquid.& de preben.ſignificatum. Jtem fidei datio & iura
mentum equipollent.ꝙ metus cauſa.ad aures.& qđ no.de fideiuſ.
c.ij.& iſta ſunt ſeruanda q̄ poſſunt ſine interitu ſalutis eterne ſer-
uari.de iureiuran.ſi vero. ¶ Videt dicendū qđ ille qui inſtat per-
mutationem perfici non poſſit petere iure actionis alterum peni-
tentem cōpelli ad permutandū. Nam & ſi ambo inſtarent in pmu-
tatione facienda non cogetur ſuperior eam facere,ſed totum depē
det ex arbitrio ſuo,vt eo.ti.c.queſitum.& c.antepenulti.& vlti.licet
male faciat ſuperior permutationi non cōſentire,ſi neceſſaria vel
expediens eſt eccleſijs.ad hoc de iure patro.nullus.et eſt ſimile qđ
65 no.prima.q.vj.exigitur.ſuperior ergo † pōt illum compellere vt de
nolente fiat volens.nā ipſe cōtradicere non poteſt ex quo promiſit
procurare fide data permutationem ad hoc qđ no.de renū.& in du
bijs & qđ not.can.c.penul.& ſi id nollet forte poterit transferri inui
tus:qꝛ nō videt inuitus qui hoc voluit.& facit mens & ratio decre.
quidam.de renuntiatio.& qđ no.de ſpon.requiſiuit.& adde qđ no.
ꝫ.xxv.non ob.iura que prohibēt pactionē.qꝛ loquuntur de pactio
ne illicita,& licet pro tanto Hoſ.ꝫ.c.queſitum.ſuper verbo que dā-
dum vel faciendum vel remittendum alia iura prohibent permu-
tationem prouenientem partium pactione ſine autoritate ſuperio-
ris,ſed non prohibent quin ſuperior poſſit compellere illum ad
permutandum vt ſuperius dictum eſt.

Trigeſimonono Queritur pone ꝙ vnus ex per-
mutantibus grauatus eſt debi-
tis nole eccleſie ſue,& eſt tale debitum ad qđ ſoluendū eſt eccleſia ef-
ficaciter obligata. Rector iſtius eccleſie vult qđ ille cū quo permu-
tat promittat ſibi ꝙ ſi cōtingat permutationem perfici ſoluet pre-
dicta debita:qꝛ forte creditores ſunt cōſanguinei ſui & non vult qđ
patiant contradictionem ſuper debitis illis,querit an talis pmiſ-
ſio poſſit de iure fieri,& videtur ꝙ ſic:qꝛ ſine promiſſione ad hoc te-
nentur.ſ.ſoluere debita eccleſie,et illud qđ ſubintelligitur videtur
poſſe deduci in pac.ad hoc facit qđ not.de preben.ſignificaſti.& de
elec.ſignificaſti.cum ſimi. Jtem hic nulla eſt cupiditas ex parte re-
cipientis promiſſum:quia nihil applicatur ſibi. Jtē nihil deperit
promittenti:quia eccleſia obligata eſt alias ſufficiens ad ſoluēdum
et ſic de ſuo nil ſoluet. ¶ Sed contra:quia iſte non renūtiaret niſi
66 pars altera ſic promitteret. Sed † renūtiatio debet eſſe pura nulla
precedente pactione.de pac.c.vlt. Sed poſſet reſponderi quod lo-
quitur de pactione illicita.ſ.vt tēporale detur pro ſpirituali ſed in
caſu noſtro nihil dat.& facit qđ dixi.ꝫ.§.proxi.poſt Hoſti. Jtē etiā
in actu permutationis forte poſſet dicere rector renūtio eccleſiam
meam ex cauſa permutationis faciende cum Petro ad eccleſiam
quā ipſe Petrus habet,quā eccleſiā paratus ſum recipere cū omni
bus iuribus & oneribus ſuis quicqđ ſit conſulendum eſt abſtineri
debere ne fraus cōmittat qꝛ abſtinendū eſt a re licita ſi habet ſpem
mali ad hoc.de ſimo.audiuimus.&.j.q.j.emendari.

67 **Quadrageſimo** Queritur † an ſola inequalitas
beneficiorū ſiue ratiōe redditū
ſiue onerū incumbentium vni beneficio & nō alteri reddat permuta
tionem nullam,quaſi fraude probata,credo ꝙ nō.& ſemper fui in
hac opi.& nō nego quin ſit aliqualis preſumptio fraudis qꝛ nō eſt
preſumendū ꝙ aliquis velit deſcendere vel res ſuas iactare.de re-
nunti.ſuper hoc. Sed non eſt ſufficiens probatio,& in hoc ſumme
placet qđ no. Joā.mo.& Jo.an.eo.ti.c.vno.li.vj.in nouel.in fi.vbi
etiam no.ꝙ non eſt permutatio ſi renuntio beneficiū meum,vt tu
habeas illud,& tuum detur nepoti meo.

Expliciūt queſtiones in materia permutationum edite a domino Federico de Senis,decretorum doctore argutiſſimo.

Incipit ſolennis ⁊ aureꝰ Tractatus de tranſlatione ſacri ↄcilij Baſilice ad inclytam ciuitatem Ferrarie, ⁊ de viribus ⁊ importãtia literarũ eiuſdẽ, ⁊ de poteſtate ſanctiſſimi dñi.d.nři pape p excel. U.J.doct.comitẽqꝫ D. Cataldinũ de Boncõpagnis, emendatꝰ fideliter a clariſſimo. U.J.interpte egregiqꝫ inſigni.d.Ludouico de bologninis i venuſtiſſimo Bonon.gimnaſio. Anno dñi M.cccc. lxxxviij.

¶ Innocatio.

DEi ſub expreſſiõe trinitatis noie inuocato qui in perſonis eſt trinus et in ſubſtantia vnus exiſtit.de conſe.diſtinc.v.c.fina.de ſum.trini.et fide catho.c.j.⁊.ij.qui ſolus curare poteſt mee imbecillitatis anime paſſiones.de conſec.diſtin.j.omnis Chriſtianus.⁊ ipſius augere potentias ⁊ virtutes.de peni.di.ij.c.dum ſanctam.qui linguas facit eſſe diſertas.iij.q.ö.iij.in fi.qui magis inſpicit cor ꝙ opus.xv.q.vj.c.j.⁊ in ſe ſperantes nõ fallit.xxij.q.ij.c.j.quare ad ipſum cũ Dauid Pſal.quinquageſimo humiliter porrigo preces dicẽs. Domine labia mea aperies ⁊ os meum annunciabit laudẽ tuam.ij.q.j.§.hinc etiam.

Summarium.

1 ¶ Unitas diuiſionem non recipit.
2 Eccleſia ſcindi non debet.
3 Fides noſtra non ſtat in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei.
4 Terra omnis corrupta eſt coram deo et repleta iniquitate.

¶ Preludium.

ET ſi vnam eſſe catholicam eccleſiam ſic diffinitũ in Cantico canticorũ.xxiiij.q.j.c.loquitur vna eſt eccleſia, vna ſpes, ⁊ vnica quãtũ eſt poſſibile eſſe de-
1 bet.in cle.j.§.j.de ien.excom.† vnitas enim diuiſionẽ non recipit.de preben.c.tue.⁊.c.maioribus.⁊.c.dilecto.de reſcrip.c.paſtoralis.§.j.vna eſt enim columba mea perfecta mea:vna eſt matris ſue electa genitricis ſue.de conſe.diſ.iiij.c.aliũ.⁊.d.c.loquit.vna eſt eccleſia, vnus populus, vna ſpes nationis noſtre, vnꝰ dñs, vna fides.d.c.loquit.c.adẽ cauſa ⁊.q.c.ſciſma. ¶ Cũqꝫ in preſentiarũ vt ita dixerim vigebãt proh dolor duo generalia cõcilia quorũ vtrũqꝫ ſe aſſerit in ſpiritu ſancto legitime cõgregatum, vniuerſalem repreſentare eccleſiã ⁊ quolibet eorũ eccleſiam ad ſe trahunt Chriſti eccleſiam diſrumpendo.viij.di.c.legimus.facit.c.qu.de offi.ord.⁊ qꝰ no.vij.q.j.c.in apibus.⁊ in.c.cũ nõ ignores.de pre-
2 ben. Eccleſia † eñi ſcindi non debet, ſed tota in vnitate cõſiſtit.xvj.q.viij.ſicut dñi veſtimentum.ſepeqꝫ mecũ aĩo diſceptaui qđ ipſorũ verum ⁊ legitimũ ⁊ catholicũ diceret ſepius eccleſiam iam orando. ¶ Deus qui diuerſitatem gẽtiũ in confeſſione tui nominis adunaſti:da vt vna ſit fides mentium ⁊ pietas actionum, pro hac enim Chriſtum ter legimus exoraſſe Jo.xvij.rogo ut vt vnũ ſint ⁊c. Me cũqꝫ creberrime dixerim verbũ illud. Tu dñe qui noſti corda oĩm oſtende qđ elegeris ex his duobus vnũ. Actuum.j. ¶ Ad calamũ tamen manũ porrigere nõ preſumpſi imitatus veſtigia Hieremie A, A, A, domine neſcio loqui:quia puer ego ſum.viij.q.j.c.in ſcripturis.⁊.c.ſciendum. ¶ Uerum qꝛ generoſos aĩos labor allicit et inuitat, nec eſt viri timere ſudorem. Nec eſt ſtrenuus nũcupandus qui labores fugit, niſi creſcat etiam mens ex ipſarũ rerum difficultate, teſtante in epiſtolis Seneca ad Lucillum, ⁊ refert Jo.an.de renun.c.niſi cum pridem.§.porro. Confiſus tamen de omnipotẽtis dei ſubſidio qui dat omnibus affluenter ⁊ non improperat. Jac.j.
3 Nam vt dicit apoſtolus ad Corin.ij fides † noſtra non ſit in ſapientia hominum ſed in virtute dei, vnde ſcriptum eſt, omnia quecũqꝫ facietis in verbo aut opere. Jn nomine patris noſtri Jeſu Chriſti facite gratias agẽtes deo. Act.xviij.⁊ ad Corinth.x.in fi.tranſumptiue.xxvi.q.iiij.c.non licet.⁊ eadẽ cauſa.q.vij.c.non obſeruetis.in fi. Js enim eſt qđ dixit ad Moyſen.ero in ore tuo ⁊ docebo quid loqueris. Exo.iiij. propoſitum mihi eſt non auiditate conſequende laudis ſed ſeminande veritatis.xxxij.q.iiij.obijciũtur ſcribere que occurrunt circa ambiguitates ⁊ alterationes varias que nuperrime in dubiũ reuocantur. Nam dominus per Eſai.lviij.nos admonet dicens. Clama ne ceſſes, ⁊ quaſi tuba exalta vocem tuam.xliij.di.c.ſit rector.ne ↄtingat mihi dicere cũ propheta.ve mihi q̃ tacui ⁊ qđ dico in tenebris dicite in lumine:⁊ qđ in aure auditis, predicate ſup tecta. Mat.x. ¶ Profecto qlibet catholicꝰ xpianus vt tãtis abuſibus occurrat pro ſalute ſua inſomnes ducere noctes dꝫ.in auth.vt oĩmne iuſſio.ſubſcri.habeãt.in prin.col.ij.de reſti.ſpo.c.frequens.lib.vj.de ele.c.eccleſia.§.in aut.vt iudi.ſine quo quo ſuffa.in princ.col.ij. Durus eſt attamẽ hic ſermo.⁊ qs põt eũ audire.xxiiij.
4 q.j.§.ſed notandũ.de peni.di.iij.c.ſi ex bono.corrupta † eſt pfecto omnis terra corã deo ⁊ repleta eſt iniqtate:non eſt veritas:non eſt miſericordia:nõ eſt ſciẽtia dei in terra, ⁊ ppter hoc infirmat oĩs qui habitat in ea. Oſee.x.c.vt ego paruulus quidẽ homũtio deuotus eccleſie dicere poſſim qđ ille princeps clariſſimus magnus ornatus filijs ac fratribus mathatias cõpatiens romane eccleſie atteſtat.ve inquit mihi vt quid natus ſim videre corruptionem populi mei ⁊ cõtritionẽ ciuitatis ſancte, tẽplũ eius factũ ſicut homo ignobilis, oĩs cõpoſitio eiꝰ ablata eſt:que erat libera facta eſt ancilla, ⁊ pulchritudo noſtra, ⁊ claritas noſtra deſolata eſt ſm gloriã ⁊ multiplicata eſt ignominia eius.quid ergo iuuat viuere? Macha.ij. quaſi dicat melius eſt mori quã viuere. ¶ Auferte obſecro patres conciliares a vobiſipſis malum:qꝛ ſi inuicem mordetis, videte ne inuicem conſumamini.ad Gala.v.c.iam quidem delictum eſt in vobis qđ iudicia habetis adinuicem.ad Corinthi.vj.iam equidem illud verum eſſe ↄſcientiam legiſperiti conſilium dei ſpreuerũt ⁊ in ſemetipſos Luce.vij.c. Et ibi dicit gl. Auguſtini. Chriſtus in ſcientia legiſperitis ingerit vt deprimat eorũ vanũ ſupercilium, dicentes ſe ſapientes profecto ſtulti facti ſunt.ad Romã.j.c.xliij.di.c.hinc enim propter peccata noſtra, vt cum ſcriptura conueniam ⁊ iniquitates patrum noſtrorũ Hieruſalem ⁊ populus tuus dñe in opprobrio ſunt oĩbus per circuitũ noſtrũ.exaudi igit deus oratiõẽ populi tui et preces eius ⁊ oſtẽde faciẽ tuã propter temetipſum deus meꝰ, exaudi ⁊ placare dñe, attẽde ⁊ fac:qꝛ nomen tuũ innocatum eſt ſuper ciuitatem ⁊ ſuper populum tuũ.ſcribitur Danielis.ix.

Summarium.

1 ¶ Lucerne ardentes ſuper candelabrum que ſint.
Chriſtianũ non ſe putet qui mori pro Chriſto non habet animum preparatum.
2 Doctores nullo modo propter perſecutionem futuram debẽt tacere quin annuncient veritatem.
Proditor veritatis quis dicatur.
Suppliciũ pro veritate melius eſt pati, ꝙ p adulatione beneficiũ.
Diligere nemo tenetur plus aliũ, ꝙ ſeipſum.
3 Eccleſie reformatio tam in capite ꝙ in membris fieri debet.
4 Synodus Baſilieñ.ad quid introducta.
5 Concilium per quod tempus durare debeat.
6 Conciliũ Baſilieñ.quo pacto voluerit papa Ferrariam transferre.
7 Faciendum illud impedit qđ reſoluit iam factum.
8 Papa nõ poteſt cõtra generale ſtatutum eccleſie diſpenſare.
9 Papa qđ ſemel approbauit amplius reprobare non poteſt.
Orbis maior eſt vrbe.
10 Ueritas conſpicitur ex ſola eccleſia catholica.
11 Eccleſia dicitur congregatio fidelium.
12 Retractioni nulli ſubijcitur qđ ſancta ſynodus ordinauit.
Autoritatẽ rei qui accõmodat, ipſam rem facere videtur.
13 Papa an poſſit ſe ſubmittere iudicio aliorum.
14 Papa non puri hominis, ſed dei viui vices gerit in terris. 21.
15 Papalis maieſtas ſumma eſt.
16 Juſtitia cultum ſuum perdit quando ſilentia iudicij ob ſtrepitum turba confundit.
17 Epi exempla ⁊ precepta qui nõ ſequitur, magis diaboli ꝙ Chriſti membrum eſſe conuincitur.
18 Deum qui non mediocriter offendant.
19 Nauicula Petri ⁊ ſi fluctuet, ſubmergi tamen non poteſt.
20 Eccleſia impugnari poteſt, expugnari non poteſt.
22 Synodus Baſilieñ.habuit oculum colliſum.
23 Errori alterius qui conſentit, ſciat ſe cum illo ſimili modo culpabilem iudicandum.
Beſtialiter viuens, beſtialiter condemnatur.
24 Errorem aliorum qui defendit, multo damnabilior eſt illis qui errant.
25 Faciens qđ vult abſqꝫ moderamine rationis audiet qđ non vult.
Dignitas aggrauat delictum delinquentis.
26 Ueritas ſepius excogitata magis ſplendeſcit.
27 Jmperator Romanorũ ⁊ Greci quã ob cauſam recuſarunt ciuitatem Auinioñ.in conuocanda ſynodo.
28 Diffinire non pertinet niſi ad papam quando de fide agitur.
29 Delictum ſceleratius eſt grauius vindicandum.
30 Mala futura precauenda.
Facilitas venie incentiuũ tribuit delinquendi.
31 Corrupta ſunt que ex corrupta radice procedunt.

Concilium

32 Concilium Baſilieñ. quid contulerit
33 Sublimioribus poteſtatibus oīs anima ſubdita eſſe debet.
34 Suſpitio potius eſt repellenda ꝗ̄ approbanda.
35 Detrahentes quid faciant.
36 Equitas ſimulata duplex eſt iniquitas.
37 Statuta vniuerſalium cōciliorū interpretari ad papā ſpectat.
38 Papa nō ſemper alteri poteſt committere vices ſuas.
39 Peccator dū venit in profundum malorum, contemnit.
40 Prelati quādo diſcordant in electione recurritur ad ſuperiorem.
Contradicere poteſt vnus maiori parti ſi iuſtā rationem habeat.
Sententia vnius poteſt plures trahere ad ſuam partem.
41 Maior pars dicit͛ illa que maiori ditatur ratione, etiā ſi ſit minor.
42 Concilium vnde dictum.
43 Turba ad faciendū mala non ſequenda.
44 Probatio vbi requiritur non ſufficit informatio.
Papa de nullo crimine poteſt impetiri preter ꝗ̄ de hereſi.
45 Papa eo ipſo ꝙ eſt hereticus, minor eſt omni chriſtiano.
47 Infamatus ꝓpter ſcandalū populi debet ſe purgare.
48 Periculoſum eſt corā ſuſpecto iudice litigare.
49 Locus tutus ad comparendum quis dicatur.
50 Papa preſidens nil poteſt ſine coniudicibus ſuis.
51 Diſcipulus nō eſt ſupra magiſtrum.
Sedes inferior potiorē diſſoluere non poteſt.
52 Ferrarieñ. concilium an fuerit legitimum.
53 Acephali qui dicantur.
54 Marchionis Ferrarie laudes depromuntur. 55. 56.
57 Omnia ad id referunt͛ vnde vim, formā ꝛ originem habent.
58 Perſona loquentis ſemper intelligitur excepta in quocunqꝫ generali ꝛ ſpeciali mandato.
59 Tenor decreti Baſilieñ. conciliꝫ.
60 Capitulum frequens. ꝛ c. quoniam frequēs. quo caſu habeant papam ligare.
61 Imperatores antiquitus ad quid concilia congregabant.
62 Conſtantinopolitana eccleſia primā ſedē obtinet poſt romanam.
63 Poteſtas vnius per negligentiā gradatim deuoluitur ad alium.
64 Epiſcopi ſuperiores ſolum, an vero abbates vel alij ſint ad concilium vocandi.
65 Pape congregantis concilium eſt in poteſtate congregare abbates ꝛ alios ſi vult.
66 Epi omnes prouincie vocandi ſunt in concilio prouinciali.
67 Arbitrio ſummi pontificis poteſt relinqui numerus epōrum vbi non agitur de fide vel de facto pape.
68 Homines ab eccleſia quis diuidat.
Concilia quo tempore inceperunt.
69 Epiſcopi vocati ad concilium penam excommunicationis incurrunt non venientes.
70 Cauſa cōmunis eſt omnibus Chriſti deuotis ꝛ omnes tāgit, cum de fide agitur.
71 Edoceri ab anniculo cupiunt humiles.
72 Tranſgreſſor promiſſionis iurate qualiter puniatur.
73 Autoritatem rei qui accōmodat, ipſam rem feciſſe videtur.
Conciliū approbans nō poteſt omodo geſta in ꝯcilio approbare.
74 Cōfirmatio ꝯciliꝫ ꝛ inheſio illi facta per papā, quid operetur.
Dare videtur qui confirmat.
75 Conciliū autoritate apoſtolica confirmatū hꝫ ſtatim autoritatē et poteſtatem adminiſtrandi ſpiritualis pleno iure.
76 Iudiciū integrū eſt, quod plurimorū ſententijs comprobatur.
77 Uniuerſalis eccleſia ſemper cum maturitate agit.
78 Imperator nō intendit nō rebus ſpiritualibus aliquid diſſerere.
79 Papa dicitur eſſe maior concilio.
80 Diſputare de papa vel ab eo appellare alicui non licet.
81 Pape facta excuſantur etiam ſi videantur iniuſta.
82 Papa ſtatim ꝙ in hereſim incidit, eſt omni dignitate exutus.
Accuſari an poſſit quis perpetuo de hereſi poſt mortem.
83 Pape veritas ſicut eſt ſalus hominū, ſic ꝛ prauitas ipſius cedit in damnationem innumerabilium perſonarum.
84 Iura penā tranſgreſſoribus canonū imponētia, de qbus loquāt͛.
85 Concilium legem pape imponere non poteſt.
86 Papa dicitur caput ꝛ epiſcopus orbis.
87 Imperium non habet par in parem.
88 Apoſtolicus nullis cōciliorū decretis ſeu legibus eſt ſubiectus.
Superior quis dicatur.
89 Sedes apoſtolica cūctis in orbe terrarū prefertur eccleſijs.
Leges pape obſeruande ſicut leges dei.
90 Papa non poteſt ſe ſubijcere inferiori niſi in foro penitentie.
91 Sanctus ꝛ peccator non poteſt quis ſimul eſſe.
92 Perſona loquētis non continetur in generali ſermone.
93 Uerba nō ſunt amare interpretanda, ſed ciuili modo intelligēda.
94 Sedes apoſtolica in ſignū ſpecialis onū aliqua ſibi reſeruauit que in quacunqꝫ legatione per apoſtolicum alteri cōmiſſa non veniunt vt ea infringere poſſit.
95 Papa an poſſit ligare ſemetipſum.
96 Priuilegiū meret͛ amittere, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate.
Princeps poteſt contractum cum eo initium ꝛ conceſſionem per eum factam reuocare.
97 Papa non ligatur legibus poſitiuis.
98 Reprehenſibile non debet iudicari ſi ſm̄ varietatem temporū ſtatuta quandoqꝫ mutentur humana.
99 Senectus eſt proxima cauſa mortis.
100 Extraneū ſenſum querere nō debemus ex ſcripturis, ſed ſenſum capere veritatis.
101 Iudicare non licet cuiqꝫ de iudicio ſedis beati Petri.
102 Statuta conciliorū ſedes apoſtolica ſm̄ euentū temporum in totum vel in partem corrigit ꝛ emendat.
103 Deus quandoqꝫ ſuam mutat ſententiam.
104 Legem pape nō poteſt concilium imponere.
105 Humanis in adinuentionibus nil tam perfectū reperitur, qn ex aliqua ſui parte defectum aliquem patiatur.
106 Diſceptationes ardue ꝛ nodoſe nequeunt oportune verbis breuibus explicari.
Superflua remouere q intēdit, ve plurimū neceſſaria ꝛ vtilia reſecat.

His pro p̄ludijs iam
premiſſis incipiā. ¶ Et vt in hoc tā eminē-
tiſſimo ꝛ formidabili dubio qōnis ꝓbabili-
ter poſſe dici Baſilieñ. ꝯciliū debere catho-
licū legitimū, ꝛ Ferrariē. ꝯciliabulū reputa
ri, ꝛ pſecutio tāte qōnis ꝛ cauſe reddat ipſi
tus timebūdos, qui geſta ꝛ gerenda in ꝯcilio
iuſtificate ipugnat: ꝛ in hac tā grauiſſima di
ſceptatione mallē alios audire ꝗ̄ audiri. vj. q. j. c. qꝛo in ſi. cū cogno
ſcam nimiū pſumptuoſum ꝛ ſupſtitioſum exiſtere lingua trāſcunte
ſup terrā ponere os in celū. xxxj. di. c. in tantū. Nec cuiuſpiā huiuſ-
modi ꝯcilior ꝫ patrib⁹ ſit qūolibet detrahēdū. de reſti. ſpo. c. literas.
1 de pe. di. j. c. homicidiorū. Sunt † eñi lucerne ardentes ꝗ lucene ſup
candelabrū in mōte dñi. de reli. ꝛ ven. ſanctor. c. vnico. li. vj. et tanꝗ̄
ſplēdor firmamēti p vniuerſum refulgēt, ꝛ ad iuſtitiā erudiūt pluri
mos tanꝗ̄ ſtelle i ppetuas eternitates. c. ſup ſpecula. de magiſtris.
In his eñi p̄clariſ patrib⁹ doctorib⁹ ꝛ p̄latis refulget pmaxime ſol
ſapiētie ꝛ ſciētie plenitudo, ꝛ mōtes reſplēduerunt ab eis. in. c. ſcri-
ptur. de elec. loquar tū intrepide ꝟba mea. Nā vt ait Hieronymus
Nō ſe putet chriſtianū q mori p Chriſto non hꝫ animū preparatū.
¶ Qui eñi metu alicui⁹ ptātis veritatē occultat, Dei irā ꝯ ſe pro-
uocat: qꝛ magis holem ꝗ̄ deū formidat. canonis verbū eſt. xj. q. iij.
c. qſqs. nullo eñi modo ꝓpter pſecutionē futurā debēt doctores fa
2 cere qn annūtiēt veritatē. xliij. di. c. ſi rector. ꝛ c. ſcim⁹. in gl. qꝛ † ꝓdi
tor eſſe dicit͛ veritatis nō ſolū q mēdaciū p veritate aſſueſcat, ſed qui
nō libere veritatē pronūtiat quā pronūtiare opꝫ. xj. q. iij. c. nolite.
nā melius eſt p veritate pati ſuppliciū ꝗ̄ pro adulatione beneficiū.
ea. cauſa ꝛ. q. c. nemo peritorū. Nā nemo tenet͛ plus aliū diligere ꝗ̄
ſeipſum, dicit glo. in. c. petitio. de iureiu. ꝛ in. c. j. §. hoc vegueto. de
ſa. vnct. eſt eñi ſaluti vniuerſe ꝛ ꝓprie ſuſpi⁹ potius ꝗ̄ preſidētib⁹
deferendū. de ſen. excō. c. relatū. Cum ꝛ deus plus punire ꝛ plus be
nefacere poſſit, vt no. in. c. tua. de decimis. in glo. ij.

Porro non videt͛ Baſiliē. ꝯciliū cāta maturitate ꝛ ſo-
lennitate digeſtū ꝛ vndiqꝫ ex mundi par-
tibus cōgregatū. In oēm enim terrā exiuit ſonus eorum. Io. x. de
elec. c. fundamēta. lib. vj. p erroribus ꝛ ſciſmatibus extirpādis ꝛ ge-
3 nerali reformatione eccleſie tam in capite † ꝗ̄ in membris per ſan-
ctiſſimum dñm. d. noſtrū papā diſſolui, ꝛ ad aliū locum ꝛ ciuitatem
tranſferri qūolibet, potiſſime. tum qꝛ id Baſilieñ. conciliū deliberatum
ꝛ firmatū ꝛ cōcluſum ibidē celebrandū in illa ſanctiſſima ſyno-
do Conſtanciē. per Martinū quintum cū totius cleri, cardinaliū,
prelator, in eodem cōcilio exiſtentiū in numero copioſo delibera-
tione, ꝯſilio, ꝛ aſſenſu. Tū etiā qꝛ id concilij diſſoluendi impendiē
di vel mutandi apoſtolico eſt poteſtas omodo interdicta. Tū etiā
quia quicūqꝫ cuiuſcūqꝫ ſtatus vel dignitatis etiā ſi papalis exiſtat
qui mādatis ſtatutis ſeu ordinationibus aut preceptis illius ſacre
ſynodi Baſilieñ. ſuper premiſſis ſeu pertinētibus in ea ſynodo fa
ctis vel faciendis obedire contumaciter contēpſerit, niſi reſipuerit
condigne penitentie ſubijciatur et debite puniatur, etiam ad alia
iura, ſubſidia ſi opus fuerit reuertendo. tū etiam qꝛ de certo eiuſdē
4 ſacre Baſiliē. ſynodi eſt ſpecifice diffinitū ꝙ † ipſa ſynodus pro he-
reſis extirpatione ac morum generali reformatione eccleſie in capi
te et in membris. Nec non pro pace inter chriſtianos procuranda
per nullum, quamuis autoritate et ſi papali dignitate prefulgeat
diſſolui, aut ad alium locum transferri, ſeu ad aliud tempus pro-
rogari non poſſit, ſeu debeat in futurum abſqꝫ eiuſdem ſynodi
Baſilienſis deliberatione et conſenſu. tum etiam quia ſi ipſe Ro-
manus pontifex ipſum conſiliū quoquo modo de facto impedire,
mutare, diſſoluere, voluerit ꝛ infra quatuor menſes cū reali ſatiſfa-

ctione nõ reſpuerit ex tũc romanus pontifex a papali adminiſtra-
tione ſit ipſo iure ſuſpẽſus: que quidẽ papalis adminiſtratio ad il-
lud ſacrũ cõciliũ ipſo iure deuolutur, et ſi penas predictas poſt duos
mẽſes poſt dictos .iiij. mẽſes aio ſuſtinuerit indurato, cõ ipſum ro-
manũ pontificẽ vſq3 ad priuationẽ incluſiue p generale ↄciliũ pro-
cedatur, tũ etiã q2 in eadẽ ſynodo Baſilieñ. aſs aſſentientibus pluri-
mis ſancte Romane eccleſie cardinalib9 fuit ſolẽniter decretum vt
illud ſacrũ conciliũ p papã ſine expꝛſſo ↄſenſu duarũ partium eiuſdẽ
ↄcilij votis ſingulorũ p deputationes et in generali congregatione
ſcrutatis poſtea ſolẽni ſeſſiõe ſcuti diſſolui nõ poſſe, aut de loco ad
locũ tranſmutari, tũ etiã q2 fuit per aliud decretũ eiuſdẽ cõcilij de-
claratũ. Omne ↄciliũ qḋ illo durante alibi ↄtigerit erigi nõ fore cõ-
ciliũ, ſed ſciſmaticorũ cõuenticulum. ¶ Intelligitur aũt durare illud
5 ↄcilium † iuxta premiſſi decreti ſeriẽ donec ex ↄſenſu duarũ partiũ
eius fuerit diſſolutum, tũ etiã q2 in decreto ↄcilij Cõſtantiẽ. qḋ in-
cipit. Frequẽs. p ontea fuerat ordinatũ vt locus futuri ↄcilij cum cõ-
ſenſu ipſius ↄcilij cõgregati eligi deberet. et ſi concilio diſſoluto lo-
cum illuz mutari oporteret ex cauſis legitimis, tunc alius loc9 eiuſ-
dem nationis eligi deberet, tum etiã q2 decreto eiuſdẽ ſynodi Ba-
ſilieñ. ſuper cõuentione grecorũ ſpecialiter declaratur cõcilium in
Baſilea firmiter eſſe pmanſurũ donec greci ad portũ p illã ſanctam
ſynodum eis nolande puenerint, put hec late patent in .c. frequẽs
edito in Conſtantiẽ. cõcilio. et in .c. qm̃ frequẽs. edito in Baſili. con-
cilio. et in decretis ſynodi Baſilieñ. prefate que incipiunt, ambitio-
ſorum et vt ſacri. et cũ Chriſti eccleſia que oia per ſanctiſſimum dñm
dñm noſtrũ Eugeniũ papã in eius adheſione fuerunt corroborata
et ſpecifice, cõfirmata, et per ſuos oratores preſidentes ſaltem no mi-
nibus propꝛijs iurata dicuntur.

Amplius idẽ ſanctiſſimus dñs noſter in adheſione ſua
facta Baſilieñ. cõcilio. Cũ de reuocatione li-
terarũ incipiẽtiũ, de9 nouit. mẽtio haberetur ipſe qcqd p eum aut ſuo
noie in p̃iudiciũ aut derogationẽ illius Baſilieñ. ↄcilij ſacri cõ eius
autoritatẽ factũ attentatũ erit. caſſauit, irritauit, et annullauit: nul-
laq3 irrita fuiſſe et eſſe declarauit, et ſe deinceps a nouitatib9 grauã-
minib9 ſeu p̃iudicijs inferendis illis ſacro ↄcilio aut ſuppoſitis ei9
et adherentibus eidem realiter et cum effectu deſiſtere pollicitus eſt.
6 ¶ Quo † ergo pacto et quo iure illud ↄcilium Baſilieñ. diſſoluere
et Ferrariã trãſferre idẽ ſanctiſſimus dñs noſter potuerit nõ vr, cuz
nedum diſſoluere eidẽ apoſtolico ↄciliũ ſit penitus decretis huiuſ-
modi interdictũ. ſed in his q̃ ptinẽt ad fidẽ et extirpationẽ ſciſma-
tis et ad gñalez reformationẽ eccleſie dei in capite et in mẽbris papã
debere ↄcilio obedire magne ſynodi Cõſtantiẽ. autoritas apte de-
clarat in .c. frequẽs. et poſtea in vndecima ſeſſiõe Baſileñ. ſynodi qḋ
incipit, qm̃ frequẽs. fuit iterũ decretatũ. Satis eñ eſſet bonis mo-
ribus interdictũ et ab oi vetuſtate remotũ, vt papa poſſit p ſua vo-
luntate diſſoluere ↄcilia cõgregata: q2 per hanc viã poſſet faciliter
euadere declarationẽ et deciſionẽ concilij celebrati, etiã ſi de crimine
hereſis impartiretur. ¶ Ex his vr Baſilieñ. cõcilium diſſolui et ad ci-
uitatẽ Ferrarienſem trãſferri minime potuiſſe, et cõſequenter Fer-
rarieñ. ↄcilium nõ poſſe verum et legitimũ nuncupari, cũ diſſolutio
prioris cõcilij fuerit et ſic dictis decretis dictantibus decretantibus
7 apoſtolico protinus interdicto. illud † eñ qḋ impedit faciendũ re-
ſoluit iam factũ. ff. de furtis. l. inter oẽs. §. recte. ↄiuncta. l. vrann9.
§. i. ff. de fideiuſ. Nõ eñ pape nec ſibi licuerit edictales ↄſtitutiões
et ſanctiones illas ſaluberrimas editas tam in cõcilio Conſtancieñ.
quã Baſilieñ. euertere vel mutare. xxv. q. i. c. oĩe. et bonus tex. xxv.
q. i. c. ſunt quidam. dicẽtes ibi dum dicit, vbi vero ſancti patres ali-
quid diffinierunt ibi non nouã legẽ romanus põtifex dare ſed po-
tius qḋ predictum eſt vſq3 ad animã et ſanguinem cõfirmare dz. dei
eñ ea deſtruere q abſit niteretur non ſcientiã dare, ſed magis erra-
re cõuinceretur. ¶ Et alibi q̃ ad perpetuã generaliter ordinata ſunt
vtilitatẽ nulla cõmutatione varientur, nec ad priuatũ trahuntur cõmo-
dum q̃ ad bonũ ſunt cõe prefixa, ſed manentib9 terminis quos cõ-
te niſi forte dictũ teſtis obſcurũ vel aliud perſenſerit iudex de no
uo perueniſſe ad teſtis notitiã ex meliori forte recordatione, qbus
caſibus poteſt teſtem petere ex eius officio, vt eius dictum decla
ret vel addat eius dicto, vt extra de teſti.c.cum clamor. ⁊ diximus
ſ.nũc.iij.c.⁊.viij.prope ſi. ❡ Ludouicus. ❡ Barto. Bal.iſte ſub
debat predicta locuʒ habere in teſte iurato alias ſi nõ eſſet iuratus
non puniretur de falſo quãuis veritatem taceat. caſus eſt not.pro
hoc ſm eum.⁊.col.ſi de inueſti.inter do.⁊ vaſal.lis ora. ❡ Barto.
❡ Tu nec ſic dicebas Bal. ❡ Bal. Si ciuq̃ ſi recte ſum memor
quid tibi videtur. ❡ Bar.

Credo equidem non verum. nã licet dictũ teſtis ca
reat iuramento tñ non propterea
debita forma dicitur carere ure dicit̃ iuramentũ de ſubſtantiali for
ma teſtimonij, qõ apparet: q̃ põt per partes teſti remitti, vt extra
de teſti.c.tuis.⁊ no.glo.C.de teſti.l.iuriſiurandi.⁊.ff.de ferijs.l.j. qõ
7 iuramentum †per partes remitti nõ poſſet ſi eſſet de forma ſubſtã
tiali, vt.ff.de poſtulan.l.quos prohibet.C.de iura.calum.l.ij.§.ſed
quia veremur.ff.de pac.l.ſi vnus.§.illud nulla.cum concor. extinde
eſt q̃ ſi teſtis in iudicio ſine iuramẽto falſum dicit.l.cornelia puni
ri debet, vt eleganter concludebat Richar.malũ.in quadã ſua di
ſputatione quã ego ipſe referens approbabam. ff.ad.l.cor. de fal.
l.ſiquis legatum.in prin.firmauit quoq̃ idem Joan.an.in rubrica
non eſt ſine culpa.de reg.iur.lib.vj.in mercurialibus per plures ra
tiones ſatis ſubtiles. ❡ Ludouicus. ❡ Nico.de Sicilia, ⁊ Joã.de
Jmol.⁊ oẽs Moderni idẽ hodie tenẽt.extra de teſti.c.cũ cauſam.
que inter archiepiſcopum. quãuis tu Bal.aliud ſenſeris. C.de te
ſti.l.iuriſiurãdi.in ſi.tex. quẽ allegas in.c.j.§.j.ſi de inueſti.inter do.
⁊ vaſallum lis oriatur. ❡ Bar.

8 **Reſpõdeo clariſſime** q̃ †tex.ille loquit̃ in eo
qui veritatẽ tacebat dũ
interrogabat̃ a iudice nõ in forma iudicij, qõ apparet: q̃ ſi ibi fuiſ
ſet prima diſpoſitio ſolẽnis in forma iudicij nõ cogeret̃ teſtis iterũ
iurare ⁊ iterũ deponere, vt nũc dicebamus neq̃ ibi apparet nullo
modo q̃ primũ dictũ fuit obſcurũ vel qõ teſtis fuit melius reme
moratus ſi bene inſpiciatur ſitq̃ ſbi: ideo non punitur teſtis de fal
ſo: q̃ non ſolum iuramentũ ſed oĩs iudiciaria forma defuit illi pri
mo dicto ideoq̃ tex.ille ad propoſitum non facit. Preterea de ta
citurnitate vel alias de falſitate primi dicti ibi nullatenus apparet
neq̃ de teſtis variatione, et miror q̃ tu Bal.dixeris oppoſitũ, naʒ
tex.ille hoc non aperit ⁊ potius contrariũ eſt preſumendũ ar.ff.de
leg.ij.l.cum pater.§.rogo.⁊ extra de ſerui.c.j. Jtẽ quia hoc eſt clar
q̃ ſecunda depoſitio de qua ille tex.loquitur non eſt contraria pri
me ſed venit ad eius corroborationem. teſtis enim ibi extra iudiciũ
dicebat ſe neſcire vel non interfuiſſe vnde quia tali dicto non credi
tur: quia extra iudiciũ emanat, vult Jmperator ibi qõ idẽ iuratus
deponat in iudicio, vt ei credatur q̃ verum dicat qõ neſciat vel nõ
interfuit. Quid autem eſſet ſi ꝯtrarium deponeret tex.ille nõ ape
rit ſic q̃ nõ loquitur in terminis noſtris, ⁊ hac via etiã reſpondebo
ad tex.in.c.j.§.j.qd ſit inueſti.⁊ de notis feu.c.j.§.notandũ.in prin,
vbi eſt tex.conſimilis quãuis tu Bald.non alleges. ⁊ ſi dicas qõ in
dicto.§.notandum.tex.dicit qõ cogitur teſtis iurare et veritatem
deponere, reſpondeo q̃ intelligitur de ea veritate quã prius extra
iudicium inualide dixerat, nec enim ibi conſtat q̃ dixerit falſitatẽ.
Jtem põt aliis modis ad illum tex.reſpõderi, vt plenius diſcutie
mus infra in alio tractatatu de teſte variante.et extra.x.l.c.

Summarium.

1 ❡ Prima depoſitio teſtis facta per iocum vel iracundiã ſi ſit, ſe
cunde cõtrarianti mente temperata facte, ſtandum erit.
Dicta ioco non valent neq̃ obligant.
Calore iracundie factum, pro infecto debet haberi.
Contractus ioco factus neminem obligat.
2 Juramentũ calore iracũdie preſtitum an validum.
3 Teſtis quo caſu puniatur de falſo.
4 Animus ⁊ cor non verba vel facta ſpectantur in delictis.
Verba penſantur ex factis hominum.
Lubricus lingue facile ad penam non trahitur.

❡ Capitulum decimum de teſte qui variat in eadem inſtãtia vna
vice per iocum, alia mente temperata.

Deo ſequẽti diximus qõ
1 †vbi prima depoſitio facta fuit p iocũ vel iracũdiã
ſtandũ eſt ſecũde ꝯtrarianti facte mẽte tẽperata, pbat̃
ſnia hrẽ ar. optimo. nã dicta ioco nõ valẽt neq̃ obli
gant.l.iij.in ſi.ff.de ac.⁊ obli.⁊ qõ calore iracũdie fa
ctuʒ eſt p infecto dʒ haberi.ff.de reg.iur.l.qõ calore.⁊.ff.de diuor.l.
diuortiũ.⁊ no.extra de diuor.c.ex literis. Jtẽ in iudiciis quaſi ꝯtrahit̃
vt.ff.de pe.l.iij.§.idẽ ſcribit. Cõtractus aũt ioco fact⁹ neminẽ obli
gat, vt.d.l.iij.in ſi. nec etiã calore iracũdie vt p̃dictis iurib⁹. Jtẽ pro
hoc q̃ iuramentũ in prima depoſitiõe hoc caſu emanatũ nõ diſcre
pat a temerario iuramẽto, vnde non ꝓhibet eũdẽ teſtẽ altera vice
dicere veritatẽ q̃uis piuriũ detegat in primo dicto, vt eſt caſus ex
tra de teſti.c.intimauit.⁊ ibi no.p gl.eo.ti.c.ꝯſtitutus.⁊ de iureiur.
2 c.ſicut. vbi inqt Jo.an.iuramẽtũ †calore iracũdie p̃ſtitũ non valere
qm̃ tres comites debet habere veritatẽ.ſ.iuſtitiã ac iudiciũ ſeu de
ſcriptionẽ, vt.xxij.qõ.j.c.⁊ iurabunt.⁊ no.C.de nup.auſ.quod eis.
quãquã nõnulli canoniſte deuiauerint ab hmõi dicto dicentes ſer
uandũ eſſe iuramentũ tale ſi fieri põt ſine interitu ſalutis eterne: q̃
negari non põt iurantẽ in culpa fuiſſe, vt extra de iureiuran.c.⁊ ſi
Chriſtus. ❡ Ludo. ❡ Sic ꝯ Jo.an.ſentire vr̃ do. Ant.de bu.in ſi
lo.c.ſic dñs hanc eſſe cõem canoniſtarũ opinionem. ❡ Barto.

Debis tamen non curo: quoniam illud in iuramen
to noue obligationis introductorio
qõ ſolum iurantem ligare habet, nos in iuramento veritatis qõ li
tis deciſiuum dicit̃ eſſe: ⁊ nõ ſolũ iurantẽ ſed tertium afficit in eius
p̃iudicio, ideoq̃ ſtandũ illi nõ videt̃ vllatenus noſtro caſu, ſequen
doq̃ in hoc propoſito indubitanter noſtra ratio illa defectus iudi
cij ac deſcriptionis, vt no.in prealle.auſ.qõ eis.⁊.c.⁊ iurabũt.cum
3 ſimi. Sed dubitandũ eſt an hoc caſu teſtis †puniatur de falſo queʒ
articulum ab aliis tactũ neſcio, ⁊ quidẽ ſi inſpicimus prealleg. Joã.
and.no.in.c.ſicut.de iureiuran.non puniet̃ tanq̃ non fuerit teſtis
obligatus ex primo iuramẽto qõ deficiente deſcriptiõe emanauit.
ſi vero cõtrariã conſideremus canoniſtaꝝ opinionem quam tu Lu
doui.dicis do. Anto attentari eſſe magis cõmunẽ, oppoſitum ſir
mandum eſſet ⁊ ipſius iraſcentis hac ira inſtãcie iurancis culpe in
eum retorquenda arbitror: tamen mediam quandam atq̃ equiorẽ
viam eligẽdam vt ſcʒ non omnino abſoluat̃ nec etiã omnino atro
citer puniat̃, ergo nõ vt falſarius verus ſed mitius tanquã falſum
dicens per iracũdiam vel iocuʒ, vt in ſimili dicitur de temerario iu
rante cui non imponitur pena omnino pro piurio, ſed pro temeri
tate ⁊ leuitate, vt.d.c.intimauit.⁊.d.c.conſtitutus.de teſti. Jtem p
batur hoc aperte q̃ hec mitior pena imponenda eſt. preterea quia
4 †in delictis animus ⁊ cor nõ verba vel facta ſpectantur, vt.ff.ad.l.
corne.de ſic.l.diuus.⁊.l.is qui cũ telo.eo.titu.extra de ſen.excõmu.
c.cũ volũtate.in prin.⁊ ibi no.⁊ ex perſonis hominũ verba penſan
tur. ita dicit tex.C.ſi qs impera.maledi.l.j.in ſi.facit.xj.qõ.iij.c.illa
prepoſitorũ.xv.q.j.c.inebriauerunt. Jtem q̃ lubricus lingue ad pe
nam non facile trahitur.ff.ad.l.iul.maieſt.l.famoſi.§.hoc tamẽ ca
pite. Nec dixeritis q̃ dicta iura loquantur ſolũ in delinquẽte per
iracundiam, non autẽ in delinquente p iocum: quoniã quãuis hoc
ſit verum: tamen a pari procedunt hi caſus delictum p iracundiam
⁊ delictum.ſ.per iocum. porro in contrariantibus idẽ eſt iudicium
ac diſciplina, vt.C.de prediis mi.l.emptionis.de reg.iur.l.nil tam
naturale. Jtem tamen hec omnia vera intellige niſi contrarium di
xerit ad finem correctionis, niſi in caſu permiſſo, tũc nullatenus pu
niretur vt diximus.ſ.v.c.

Summarium.

1 ❡ Secũde depoſitioni emanate cum iuramento q̃uis precedat
prior depoſitio ſine iuramento ſtandum eſt.
2 Deponẽs prima vice ſine iuramẽto, ſcdã cũ eo, an puniat̃ de falſo.

Capitulum

¶ Capitulum vndecimum de teſte variãte in eadẽ inſtãtia prima
vice ſine iuramento, ſecunda cum iuramento.

1 Poſt hec recẽſuimus eſſe ſtãdũ † ſecũde depoſitioni emanate cũ iuramẽto
quãuis p̃cedat prior depoſitio ſine iuramẽto q̃ dicti ab aliis nõ inuenietis. probat aũt hec ſnia tali
rõne. nã ideo teſtes iurare cõpellunt̃ vt timore iuramẽti vera dicere p̃ſumant̃, vt extra de teſti. c. de
teſti. C. de teſti. l. iuriſiurãdi. in prin. iii. q. iii. §. itẽ iuriſiurãdi. cũ ſi.
Itẽ p̃bat̃ p̃ ſimile: nã vbi teſtis deponit verũ ſine tormẽtis, poſtea
tormẽtatus dicit contrarium ſtatur ſcdo dicto, ⁊ illud preſumitur
verũ, vt no. ĩ. iii. iii. c. vñ idẽ dicẽdũ eſt i iuramẽto: q̃m eſt q̃dã ſpũa-
lis tortura, vt in p̃alle. iuribus. Et attende quare nõ euro iſto caſu
ſiue eodẽ t̃pe ſiue diuerſis t̃pibus ſiue etiã mẽtionẽ faciat de primo
dicto ſiue nõ, q̃ hec in tortura nõ requirunt̃. ¶ Ludoui. ¶ Hoc ſi-
mile addu̾it do. Nic. de ſicilia de tortura ad iuramẽtũ. in c. p̃ tuas.
extra de proba. quãuis loqueret̃ in diuerſis terminis. ſ. vbi prior
depoſitio fuit facta extra iudiciũ. ¶ Bar. ¶ Probe. ſꝫ querimus
2 an hic teſtis puniat̃ de falſo vbi prima † vice depoſuit ſine iuramẽ-
to, ſcda aũt cũ eo, ⁊ plane articulus iſte ab aliis etiã directo nõ tan-
gitur. dicẽdũ tñ eſt teſtẽ puniri: nã ex his cõtrariis conuincitur fal-
ſarius, quãquã p̃ſumat̃ verũ dixiſſe in iuramẽto. punit̃ ergo teſtis
in caſu iſto ex primo dicto vbi credit̃ falſum dixiſſe, ⁊ attende. nam
nihil repugnat q̃ iuramẽtũ nõ interuenit, q̃ nõ eſt de forma ſub-
ſtantiali teſtimonii, vt nũc dicebã. ix. c. prope finem. deniq̃ ſufficit
q̃ teſtis in iudicio valido falſum deponat etiã ſine iuramento vt
conuincatur falſarius ſm̃ veram ſniam, vt ibi fuit relatũ. ſemp̃ tñ
intelligatis hoc verum, niſi forte teſtis ad finẽ correctionis ſibi con-
tradiceret, vt ſepius dictum eſt.

Summarium.

1 Teſtis qui prima vice deponit vnũ ⁊ ſufficiẽter cauſam ſui di-
cti reddit vel non reddit, ſecũda vice deponit directo contrariũ et
reddit cauſam ſufficientem, an ſtandum ſecundo.
2 Teſtes duo non interrogati de cauſa ſimpliciter deponunt vnuꝫ
⁊ duo etiam de cauſa non interrogati deponunt contrarium cãm
legitimam aſſignando, quorum dicto ſtabitur.
3 Depoſitioni ſine cauſa ſi teſtis de ea non interrogatur nunquid
ſtabitur.
Validius eſt dictum teſtis ſine cauſa, q̃ cum cauſa inualida.
4 Teſtis falſus de falſo non notatus an a teſtimonio repellendus.
5 Temerarium iuramentum quod dicatur.
6 Periurus an repellatur a teſtimonio ſine illatione infamie.
7 Teſtis ſi prima vice ſine cauſa depoſuit ſiue de ea fuerit interroga-
tus ſiue non an puniatur.
Contraria duo non poſſunt eſſe vera in eodem ſubiecto.
8 Falſitas requirit dolum vt ſit punibilis.
Teſtis dictum debet de neceſſitate concludere.
Occultator punitur de falſo.
9 Puniendus an veniat teſtis ex contrarietate.

¶ Capitulum. xii. Bar.

Subſequenter In premiſſo ordine dicebamus teſtẽ qui
1 prima † vice deponit vnũ ⁊ cãm ſui dicti nõ reddit
vel reddit ſꝫ nõ ſufficiẽter vel nõ verã, ſcda vero vi-
ce deponit directo cõtrariũ ⁊ reddit cãm ſufficien-
tẽ ⁊ verã credulitatẽ dignũ eſſe ſtandũ ſcdo dicto
quã regulã ab alio traditã nõ credo. ⁊ probat̃ hoc de eo q̃ in prima
depoſitione cãm nõ reddit. aut enim fuit de ea interrogatus, ⁊ nul-
lã cãm reddit, aut nullo modo cã ab eo exq̃ſita fuit. priore caſu nul-
li dubiũ eſt q̃ dictũ eius fuit nullũ. C. de teſti. l. ſolã. ſm̃ vnũ intelle-
ctũ. ff. de proba. l. cũ de indebito. §. ſi. no. extra de teſti. c. cũ cãm. Al-
tero caſu eſt cõſiderãdũ q̃ q̃ validũ ſit teſtimoniũ ſine cauſe red-
ditiõe, ſi teſtis de cã nõ interrogat̃, vt. ff. de trãſac. l. cũ hi. §. mcã. ⁊
in aut. de teſti. §. ⁊ lꝫ. ⁊ no. in p̃alle. l. ſolã. ⁊. ff. de no. ope. nũ. l. i. ⁊ ego
notabã in lib. meo de teſti. c. i. exceptis q̃buſdã caſib'. ⁊ no. p̃ Inn.
in. c. cũ tãm. q̃ inter archiep̃m. ⁊ ego ſcripſi in libro meo de teſti. c. te-
2 ſtis dicit aliquẽ eſſe dñm. tñ ſi duo † teſtes nõ interrogati de cã ſim-
pliciter deponũt vnũ ⁊ duo alii etiã de cã nõ interrogati deponũt
contrariũ legitimam cãm aſſignãdo, certe maior fides dabitur de-
ponẽtibus cũ cã, vt elegãter dicit Ja. bu. in quadam ſua diſputa-
tione que incipit. q̃ talis eſt quidã petiit a Titio. ¶ Ludouicus.
¶ Tu Bal. retuliſti illã diſputationẽ ⁊ eã valde cõmendabas in. l.
preſbyteri. C. de epiſ. ⁊ cleri. ¶ Bar.

Nec refert q̃ illa diſputatio loquitur q̃ñ ſunt plures te-
ſtes, nos aũt loquimur q̃ñ eſt vnus ⁊ idẽ: naꝫ
ratio eſt eadẽ vtroq̃ caſu, ergo idem ius. ff. ad. l. aquil. l. illud. cum
concor. Itẽ probat̃ aliud de eo qui in primo dicto cãm reddidit ſꝫ
inſufficiẽtẽ vel non veram: q̃oniam de quo minus videtur ineſſe
⁊ ineſt, ergo ⁊ de quo magis. vt. C. de procur. l. militem. ⁊. ff. de ne-
go. geſt. l. ii. C. de ſacroſan. eccle. aut. multomagis. ſed vbi teſtis de-
ponit prima vice ſine cauſa minus videtur poſſibile quod ſtetur ſe-
cundo dicto cum cauſa quam quando primum dictum fuit cũ cau-
ſa ſufficienti vel non vera vt nunc demonſtrabo, et tunc ſtatur vt
3 dictum eſt, ergo ⁊c. Minor probatur aperte: nam † depoſitioni ſi-
ne cauſa ſtatur ſi teſtis de ea nõ interrogat̃ vt nuper etiam dixi, di-
cto autem valido cum cauſa inualida non creditur vt probant ſu-
pra. v. c. ſicq̃ validius eſt dictum teſtis ſine cauſa quam cum cauſa
inualida, vt ex premiſſis apparet. Attende quoq̃, q̃ hec omnia
vera ſunt vbi teſtis ſit varius eſt diuerſis temporibus in eadem in-
ſtantia: ſi autem eodem tempore tunc neutri dicto eius quicquaꝫ
creditur, quia varius deprehenderetur ac vacillans in queſtione
ix. c. pura. ⁊. c. hortamur. ⁊ facit q̃ no. per gl. ix. diſ. ſi ad ſcripturas.
¶ Bal. ¶ Vehemẽter Bartole admiror de eo q̃ aſſeris. dic enĩ
mihi nõne hoc articulo detegit̃ teſtis periurus ſaltem in primo di-
cto, ſicq̃ nõne repelli debet a teſtimonio, vt extra de teſti. c. teſtimo-
nium. ⁊. c. ſicut. in ſi. vi. q. i. quicũq̃. xxii. q. v. paruuli. ⁊ not. ff. de his
qui no. infa. l. lucius in ſi. ¶ Bart. ¶ Diligẽs inquiſitor es. dici-
mus itaq̃ duas opiniones inter iuris ciuilis ⁊ canonici interpre-
tes eſſe in queſtiõe hac, an periurus a teſtimonio repellat̃. Quidã
dicũt nõ ſufficere teſtẽ fuiſſe ſemel periuriũ ad repellendũ eũ altera
vice a teſtimonio, niſi fuerit per iudicẽ de falſo notatus. ⁊ hãc opi-
nionem tenẽt gl. expſſe in. l. ſi vterius. C. de fide inſtru. Expreſſe etiã
ibi confirmat dñs Cy. ⁊ ego ibidẽ cum eodẽ tranſibã in meo cõmẽ-
4 to. Alii aſſerunt teſtẽ falſum † etiã de falſo non notatũ indiſtincte
a teſtimonio repelli. ⁊ hãc tenet glo. in. l. lucius. in ſi. ff. de his qui
no. infa. ⁊ videt̃ eſſe de cõi intẽtione oium canoniſtarũ in locis pre-
allegatis. ⁊ videt̃ eſſe caſus pro ea in p̃alle. c. nobis. in ſi. ⁊ in pre-
alle. c. teſtimoniũ. vbi dicit̃ q̃ repellitur teſtis periurus etiã ſi non
ſit infamis, q̃ ſpãle eſt in periurio, q̃ uis ſecus in aliis criminibus
in quibus requirit̃ ſnia infamiã irrogans vt ibi habet̃. ¶ Ludo.
¶ Tu Balde hãc opinionẽ ſcdam ſequebaris in p̃allegata. l. ſi
vterius. per tex. d. c. teſtimonium. ¶ Bar.

Si ergo tenes opinionẽ. Prima res no-
ſtra clare proce-
dit q̃ñ nondũ notatus eſt teſtis de periurio per ſniam p̃ dicta. ĩ.
Si aũt teneas tertiam quã credimus veriorẽ hic attende ſubtili-
ter, q̃ cum tertiũ iuramentũ verũ preſumat̃. vt dictũ eſt, certe pri-
mum dictũ q̃ eſt directo cõtrariũ temerariũ apparet ⁊ nullũ, ideo
q̃ huius dicti periuriũ nõ tollit vires ſcdi iuramẽti, vt eſt caſus ex-
tra de teſti. c. intimauit. ⁊ ibi no. facit q̃ habet̃ eo. ti. c. cõſtitutus. ⁊
de iureiur. c. ſicut. Tu aũt forte dices hoc falſum: q̃ per hanc viaꝫ
nullum periuriũ repellet a teſtimonio: q̃ ſemper dicere poſſumus
5 eum temerariũ eſſe: ſed ego reſpõdeo clare q̃ † illud dicit̃ temera-
rium iuramentũ q̃ temere ⁊ illicite emanat, vt ſi quens factũ vel
dictũ cõtrariũ, verũ ⁊ neceſſariũ tollat, nõ aũt id q̃ ſolũ dolum vel
malignitatẽ in ſeipſo habet, vt probat̃ in p̃allegatis iuribus. In
propoſito itaq̃ vbi teſtis fuit ſemel periurus in diuerſo dicto vel
facto hic nõ recte dicimus iuramentũ temerarium quantũ ad hoc
vt valeat ſecundũ: q̃ ad id nõ ordinat̃ nullatenus, vel nil valebit
ſecundũ propter dubium ne teſtis falſum aſſerat in ſecundo dicto
prout aſſeruit in primo. d. c. teſtimoniũ. ⁊. d. c. ſicut. ⁊ in regula iuris
ſemel malus. lib. vi. vbi autẽ periurus fuit ſuper eodem facto: q̃
prius periurando aſſeruit directo cõtrarium eius q̃ nũc dixi, p̃ut
eſt caſus noſter hic, proprie dicere poſſumus primũ iuramentum
temerariuꝫ fuiſſe: q̃ directo tendit ad tollendũ ſecundũ hoc eſt ve-
ritatem contrariã, meritoq̃ nõ repellit̃ aſſerendo vero teſtimonio
ſuper eodẽ vt probat̃ ex ratione p̃allegatorũ iurium. Concludi-
mus itaq̃ q̃ etiam retenta opinione illa pro vera q̃ periurus re-
6 pellatur a teſtimonio etiã ſine illatione † infamie per ſniam, tñ il-
lud verũ ſuper diuerſis factis. Aliud eſt. ĩ. eo. ne veritas in occulto
remaneat, vt apparet ex predictis, maxime q̃ hoc mihi ſuadeo q̃
omnia iura repellẽtia periurũ ſolũ hoc conſiderant ne iterũ falſuꝫ
dicat, vt dicta regula, ſemel malus. que preſumptio ceſſat iſto caſu,
vbi falſitatem in ſecũdo dicto deponere nõ põt ſed veritatẽ: tñ vbi
dictũ eſt cõtrariũ directo, adeo q̃ poſita vnius falſitate ſequat̃ al-
terius veritas, vt habet̃. ff. de reb. du. l. ſi is qui ducẽta. §. vtrũ. quã-
uis non ſit vbi eſſet aliter incompatibile cum primo non autem di-
recto contrarium, vt dicam nunc in ſequenti. c. nec dicas q̃ contra
hoc faciant tex. p̃allegati. c. ſicut nobis. in ſi. verſi. neq̃ enim vbi
dicere videtur q̃ teſtimoniũ periuri non eſt aliquatenus permit-
tendum etiam ſuper eodeꝫ facto: q̃ illud q̃ teſtimonium illorum
non debet admitti: dꝫ intelligi. ſ. ſolum ſed cum aliis teſtibus pro-
bantibus falſitatẽ primi dicti ſic. ⁊ ita loquitur tex. ille ſi bene inſpi-
ciatur. Preterea dicere poſſumus q̃ dictum. c. ſicut. in fin. verſicu.
neq̃ enim. non loquitur de ſecunda depoſitione nouiter fienda,
ſed loquitur de prima depoſitione iam facta iudicio cui non de-
bet ſtari, cum teſtes in ea fuerint periuri. ⁊ ſcdm̃ hũc ſenſum nihil

facit tex. iſte ad ppoſitū. de illius vero tex. intellectu dicemus. ſ. li. ij. c. vij. ℭ Bald. ℭ Nouum ⁊ pulchrū tuū iſt ud dictū eſt. ℭ Bar.

Sed ⁊ tractādū eſt an hic teſtis iſto caſu puniē-dus ſit de falſo. ⁊ q̄dē nec q̄-
7 ſtionē hāc ab alio tactā ſcio, puto tñ dicendū q† vbi teſtis p̄ma vi-ce ſine cā depoſuit ſiue de ea fuerit interrogatus ſiue nō indiſticte puniat: qm̄ cū p̄ſumat veri⁹ dixiſſe i ſcdo dicto, ⁊ ideo illi ſtet: certū eſt in altero falſum dixiſſe: q2 duo 2ria nō poſſunt eſſe vera in eodē ſubiecto ſm dialecticos, vt not. ff. de re. du. l. ſi is q ducēta. §. vtrū. ⁊ ff. de cōdi. ⁊ demō. l. titie. cū ſimi. validū quoq3 erat illud primū di-ctū q̄uis ſine cā, vt. ſ. relatū eſt. vbi aūt teſtis p̄ma vice depoſuit cū cā hic eſt attēdendū: q2 aut cā erat inſufficiēs rōne falſitatis aut alia inſufficiētia, p̄mo caſu aut falſitas illa ab alienis dictis cām ha-buerit vt in teſtimonio auditus vel fame ex hoc caſu probato tali
8 ex dicto vel fama teſtis vr̄ excuſandus q2† falſitas reqrit doluz vt ſit punibilis. l. cor. C. ad. l. cor. de fal. l. nec exēplū. ff. eo. l. q d ſit falſuz ⁊ ibi habet, aut ab alijs dictis nō habuit originē. ⁊ tunc proculdu-bio eſt puniendus. ff. de teſti. l. qui falſa. ff. de fal. l. eos. cū ſi. Altero caſu qn̄ cauſa erat ſufficiēs alia inſufficiētia, vt q2 nō cōcludēs recte qm̄ dictū teſtis dz de neceſſitate concludere. l. non hoc. C. vnde co-gna. extra de pba. c. in p̄ſentia. Hic attēde q1 ſi teſtis ſtudioſe cām reddidit nō concludentē punit de falſo nedū ex cōtrarietate, verū etiā q2 veritatis occultator eſt in primo dicto: q2 occultator de fal-ſo punitur, vt. C. de epiſ. ⁊ cleri. l. p̄ſbyteri. ⁊ diximus plene. ſ. ix. c. Si aūt illud cōtingeret ex teſtis ſimplicitate vt ſepiſſime cōtingit in ruſticis q cām cōcludētē dictis ſuis neſciūt adaptare: tunc de fal-ſo nō punit ex hac occultatiōe q2 falſitas dolū reqrit vt iam eſt di-ctum. ⁊ pro hoc qd̄ no. gl. ff. de his qui no. infa. l. lucius. ℭ Ludo-nicus. ℭ Tu Bal de hoc vltimū mēbrū tangebas idē ſentiendo, in preallegata. l. preſbyteri. ℭ Bacto.

9 **Ex cōtrarietate** tamē puniēd⁹ eſſet q2 † verū dolū cōmittit in eius atteſtatiōe, vt. d. l. qui falſa. ff. de teſtib. ⁊. l. eos. de fal. cum ſi. Si aūt eſſemus in caſu dubio an p̄ſumat ex dolo vel ex ſimplicitate tñ inſufficiētē p teſtē adiectā ⁊ tūc quāuis credā potius ex ſimplicitate preſumēdū q2 cō-muniter teſtes idiote pſone ſunt, nec dolus p̄ſumit niſi probet. C. de dolo. l. doluz. niſi forte peritia vel alia teſtis qualitas aliud ſua-deret, vt extra de priui. c. cū olim eſſemus. ff. de excu. tu. l. athletas. §. de ruſticis. in glo. notabili ibi poſita. de ruſtico malicioſo tamen omnino ex cōtrarietate arbitror eum puniēdū p p̄dicta. ⁊ iterū in-telligit hec oia, niſi teſtis in caſu p̄miſſo ad finē correctionis ſibi cō-tradicat: qd̄ qn̄ ſit declaratum eſt ſupra quarto ca.

Summarium

1 Depoſitio prima vbi conuincitur aperte falſa ſecundo dicto contrario ſtandum eſt.
2 Falſarius ⁊ periurus ad teſtimoniū nō eſt vlterius admittendus.
3 Incompaſſibilia non ſemper directo contraria.
4 Separatorum ſeparata eſt ratio.

ℭ Capitulum. xiij. de teſte qui variat in eadem inſtātia, cuius pri-mum dictum aperte probat falſum.

1 **Verſum** altero loco repetebamus qd̄ † vbi probat aperte primā depoſitionē fuiſſe falſam ſtandū eſt ſecundo dicto cōtrario. p-bat hec ſnia p regulā generalē ſepius allegataz: q2 duo cōtraria nō poſſunt eſſe in eodē ſubiecto vera: ⁊ q2 poſita falſitate vnius directo contrarij ſeqt̄ur veritas alterius ecōtra. Si eſt̄ aperte pbat primū dictū eſſe falſuz, neceſſario ſeqt ſcdm directo eſſe verū ⁊ ei ſtādū, teſtē quoq3 ex pri-mo dicto de falſo eſſe puniēdū per iura p̄allegata. ℭ Bal. ℭ Mi-rum eſt qd̄ dicis Bar. aut tu vis qd̄ cōſtet aperte de falſitate primi dicti p ipſi⁹ teſtis cōfeſſionē, ⁊ hoc nō dz obeſſe parti, vt pp̄ter hoc ſtetur magis dicto ſcdo q̄ ante hanc confeſſionē ſtari debuerit, vt eſt caſus. extra de teſti. c. ſicut nobis. ⁊ facit. ff. ad ſil. l. ſi quis in gra-ui. §. ſi qs minores. vbi tu ipſe notabas. aut vis qd̄ de hoc cōſtet p teſtes probātes dictā falſitatē, ⁊ tūc etiā non recte dici vr̄ ſtari ſcdo dicto eiuſdē teſtis: qm̄ tunc nō ſtat dicto ei⁹ reprobati ſ3 reproban-tiū, vt ex ſe pz. maximeq3 hoc locū hz, q2 ex primo dicto teſtis con-uincit falſarius ⁊ periurus: ex quo ſequit qd̄ ſecūdo dicto eius ſtari
2 nō debet: † q1 ad teſtimonium non eſt vlterius admittēdus, vt no. ff. de his q no. infa. l. lucius. ⁊ facit. C. de trāſ. l. ſi qs maior. ſm verā ſoiam. Itē q1 nō dz admiſcere falſitatē in ei⁹ dicto, ⁊ ſi admiſcet ei nō credit i alicq, vt. iij. q. ix. c. teſtes. ⁊. c. hortamur. ⁊. c. pura. ℭ Bar.

Verum eſt Bal. qd̄ dixi ⁊ attēde queſo pro intelligētia huius, interdū conſtat de falſitate primi di-cti per ipſius teſtis cōfeſſionē, ⁊ tunc hoc nō obeſt parti neq3 locuz hz qd̄ predixi vt tu inquis ⁊ recte: interdum illud cōſtat aliter, vt-puta per teſtes, ⁊ tūc ratio tua nō eſt bona. aut enim tu vis dicta te-ſtis eſſe inuicem contraria ob incōpaſſibilitatē. aut ea vis directo eſſe contraria adeo qd̄ poſita vnius falſitate ſequat alterius veri-tas. caſu p̄mo res hec apparet aperte: qm̄ poſſibile eſt teſtes repro-batorios primū dictū teſtis legitime reprobare, ⁊ de ſecūdo dicto nil affirmare. Et pone exempli vnius gratia. Titius teſtis depo-nit prima vice qd̄ Sempronius tota die prima Martij ſtetit in ar-ce Spoletina: q2 ibi eum vidit. deinde alia vice interrogatus dicit qd̄ idē Sempronius ſtetit eadē die in ciuitate Romana: q2 eū vi-dit ibi nec diſceſſit nec diſcedere potuiſſet quin ipſe teſtis vidiſſet: q2 nunq̄ per totā diē ab eius latere receſſit: certe eſt̄ hoc caſu quā-uis per teſtes reprobatorios probet Sempronius dicta die tota nō ſtetiſſe in arce Spoletina, q2 nō potuiſſet ſtare qn ipſi vidiſſent tamē non ſequit ex hoc qd̄ per hos teſtes reprobatorios ſit proba-tum eū ſtetiſſet in ciuitate Romana, hec q̄uis ſint incōpaſſibilia,
3 tamē † non directo contraria, adeo qd̄ dicta falſitate vnius ſequa-tur veritas alterius, vt p3 ad ſenſum. ⁊ facit ad hoc qd̄ in ſimili no. glo. magna poſt mediū. inſti. de inuti. ſtipu. §. itē verborū. ⁊ qd̄ ple-nius de his habetur in. d. l. ſi is qui ducēta. §. vtrum. Altero enim caſu etiā non eſt bona valde ratio tua: quid enim repugnat quo-minus cū teſtibus reprobantibus primum dictū directo cōtrariuz etiā teſti reprobato ſtari poſſit in dicto ſecūdo, certe nihil, argu. l. ſancimus. C. de teſta. cum concor.

Tu tamen obijcis de periurio teſtis in primo dicto ⁊ de falſitatis mixtura, ſed ego reſpondeo qd̄ vt diximus precedēti. c. periuriū nullū dūtaxat repellit a teſtimonio: q2 eſt ob periuriū de falſo notatus ſm opinionem aliam que vult qd̄ periuriū etiam ſine ſnia repellit a teſtimonio. verum credimus hoc in diuerſis factis vel dictis repugnantibus ob incompaſſibili-tatem aliud in directo contrarijs quorum poſita falſitate ponitur ⁊ veritas ⁊ econtra ne veritas ſtet in occulto vt iam dictum eſt. Itē ⁊ falſitas tunc demum admixta vitiat vbi in vno ⁊ eodem dicto ⁊ eodē tp̄e emanato teſtis interſerit falſitatem, ⁊ ſic loquuntur iura que hoc dicūt. Aliud eſt vbi teſtis ſup eodē diuerſis temporibus interrogatus, tunc enim ſunt ſeparata dicta ſicut ſeparatis ema-nauerunt tēporibus meritoq3 falſitas in primo dicto expreſſa non
4 inualidat ſecūdum dictum omnino ſeparatum. ſepatorū † quippe ratio ſeparata eſt. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. de verbo. obli. ſed hec diſſimilia ſunt. ff. de calum. l. ſi. ff. de mino. l. papinianus exuli. ⁊ tractabimus de his infra in. iij. principali tractatu. c. vij. ℭ Con-cludendum ergo q2 aut ſcdm dictum contrariū, emanat eodem tē-pore cū primo, ⁊ tunc neutri ſtatur: aut diuerſis tēporibus in eadē inſtātia, ⁊ tunc attēdēdum: q2 aut habet ſe vt directo cōtrarium, ⁊ tūc reprobato primo p teſtes ſtatur ſcdo dicto tam ex atteſtatione primi teſtis q̄ etiā teſtiū reprobātiuz. aut nō hz ſe vt directo cōtra-rium ſed vt diuerſum: q2 nō pōt primo dicto cōpati, ⁊ tunc nō ſta-tur ſecūdo dicto, neq3 ex atteſtatione primi teſtis cuius dictū eſt re-probatū in primo eius dicto: neq3 ex reprobantiū atteſtatione qd̄ ad ſcdm dictū trahi nō pōt vt apparet ex p̄miſſis. hoc valde eſt vti-le. Quid enim ſi ex municipali cōſtitutione actus requirat nume-rum teſtiū taxatū preter ſolitū, in caſu tñ quo hoc fieri pōt per ſta-tutū de quo dixi plene. ff. de iuſti. ⁊ iure. l. omnes populi. certe etiā reprobatus teſtis in primo dicto directo contrario numerum au-gebit, quod nouum eſt ⁊ ſingulare.

Summarium.

1 Standum eſt dicto pro quo coniecture concurrunt.
2 Secūdo dicto aliquid fidei detrahitur ex primo, redditurq3 ſcdm debilius per primum.

ℭ Capitulum. xiiij. de teſte qui in eadē inſtātia deponit cōtraria, ⁊ pro eius dicto altero concurrunt veriſimilia.

1 **Nouiſſime** diximus qd̄ vbicunq3 pro al-tero ex dictis contrarijs veri-ſimilia vel coniecture concurrunt ſtandum † eſt illi dicto pro quo cōiecture cōcurrūt. probat ſnia hec ar. eorum qui de tortura ⁊ iuramēto ⁊ cauſe reddi-tione diximus nōc. ſ. iij. ⁊. xj. c. ⁊. xij. probatur. Itē optime, ar. c. litere. extra de preſump. ⁊. c. per tuas. de proba. ⁊. ff. de fal. l. eos. §. ruſo. quāuis loquantur in prima diſpoſitione extra iu-diciū, vt infra alio tractatu demōſtrabimus. ℭ Bal. ℭ Induces queſo illos tex. ℭ Bar. ℭ Idipſum ⁊ ego nunc ne queras, ⁊ enim loco cōgruentiori quem paulopoſt aſſumemus reſeruandum du-ximus. ℭ Baldus. ℭ Expectabo quātum voles. ℭ Ludouicus. Bartole, dñs Nico. de ſicilia ad idē allegabat predictū. c. literas. de preſump. quāuis in diuerſis terminis loquatur. ℭ Bar. ℭ Pro-be, ſed reſtat videndum hic an teſtis iſte ſit puniendus de falſo. ad qd̄ Reſpōdeo indubitanter qd̄ ſic: q2 quamuis ſtetur hoc caſu vni ex dictis cōtrarijs vel repugnātib⁹ pp̄ter cōcurrētes cōiecturas, tñ in altero cōuincit de neceſſitate falſarius, ar. C. de fur. l. j. ff. de reb. dub. l. ſi

du.l.ſi is q ducēta.§.vtrū.cū ſi.niſi forte ad finē correctiōis iſte ſibi
cōtradiceret in caſibus premiſſis,vt.s.demōſtratū eſt.his etiā exce
ptis q in.c.de torture de cauſe inſufficiētia diſſerimus.vnū quoq
generaliſſimū omittendū nō eſt q vbicūq dicimus ſtari alteri ex di
ctis cōtrarijs p totū hūc librū ſemp ei aliqualis minor fides adhi-
2 beat:qm̄ ꝑ ex primo dicto aliqd fidei detrahit ſecūdo redditurq ſe
cūdū debilius p primū,vt elegāter no.Inno.in c.j.de teſti.cogē.ꝛ
ſequit idē ibi Jo.an.¶ Lud.Jo.de imo.ꝛ Nico.de ſicilia ibidē
cōfirmat.¶ Bar.¶ Jāq ſatis iamq ſatis expeditus eſt ōis tra-
ctatus variantiū teſtiū in eadē inſtātia.¶ Bal.¶ Tuo ſolito di-
uino intellectu pfeciſti mi pceptor.¶ Bar.¶ Nūc aſſumamus ſe-
cundum tractatum in quo vis eſt maxima noſtre diſputationis.

¶ Finito libro primo. Incipit ſecundus.

Summarium.

1 Partitio teſtiū variātiū i iudicio ꝛ extra iudiciū eſt bimēbris.
2 Teſtis affirmans in iudicio contrarium eius qđ prius aſſeuerauerat extra iudicium an puniendus.
Iudici facienda eſt fides,non aduerſario.
3 Iudex debet ſtare teſtibus,non teſtimonijs.
Teſtimonium a quocunq non iurato prolatum non valet.
Omne quod a teſtibus ſtipulatur verius eſſe comprobatur iuramento interueniente.
4 Depoſitio teſtis extra iudiciū ꝛ in iudicio inualido equiparatur.
Factum non dicitur legitime,qđ legitime non eſt factum.
5 Mutationē vel variationem non eſt dare de actu nullo ad actum validum.
6 Confeſſio extra iudicium facta abſente parte ꝛ ſine cauſa,nihil preiudicat confitenti.
7 Teſtis dicens falſum in iudicio non tamen in forma iudicij an puniatur de falſo.

¶ Capitulū primū de generali diuiſione teſtiū variantium. Bar.

1 Variantium teſtiū in iudicio ꝛ extra iudiciū,bimēbris ꝑ eſt ptitio
Etenī qñq teſtis prima vice deponit extra iudi-
ciū,ſcđa in iudicio.Interdū ecōtrario pma vice in
iudicio,ſcđa extra iudiciū.de vtraq igit diſtinctio
ne eſt videndū.pars pma cōplectit noſtre diſputa-
tiōis exordiū ſubtilēq exqrit inueſtigationē.ps altera leuiorē hz
tractatū ab ipſa vero priore initiū ſumamus velimq hoc loco ſi vo
bis placitū ſenſero pertractādi ordinē cōuertamus.Tu enī Bal.ſup
qōne quā hodie pposuiſti tāquā oīm mearū ſniarū improbabilio-
rē narrabis oē qđ ſenties poſt.Ludouic ꝛ munus ſuū hodiernū
ſequēdo modernorū ſniam proferēs riſum quoq tui Balde p re-
rū clariſſimā diſtinctionē noſtris quoq interrogationibus reſpō-
debis ſciſcitabiſq cū dubitabis.Omnibꝰ deniq his peractis nos
ipſi ſolitū ordinē aſſumemꝰ.¶ Bal.¶ Placet mihi ſumme poſt-
quam tibi mi preceptor.¶ Lud.¶ Mihi quoq.¶ Bar.
2 Incipe igitur Bal.ſermonē tuū.¶ Bal.¶ Teſtē affirmātē ꝑ in iudicio ꝯtrariū qđ prius
aſſeuerauerat extra iudiciū putaſti Bar.de falſo eſſe puniēdū nul-
laq fide ac credulitate dignū.Ego ſenſi oppoſitū,aduerſandi fū-
damēta plurima ſunt q me mouerūt ac monēt ꝯ ſniā tuā.Primū
eſt qr in qōne noſtra altera depoſitio facta fuit p teſtē extra iudiciū
ac depoſitiones teſtiū facte nō in forma iudicij pindiciū nō gene-
rant,vt dicit tex.in.c.j.de excep.iuxta prin.ꝛ facit.C.de fide inſtru.
aut.apud eloquētiſſimū.ꝛ l aut.vt de fun.ſeu fu.accre.§.illud.ꝛ ha
bet expſſe.C.de teſti.l.ſolā.ſm vnū intellectū quē gl.ibi approbat
ꝛ tamen Bar.in tuo cōmēto.Itē facit pro hoc qr iudici faciēda eſt
fides nō aūt aduerſario.C.de re.alie.l.j.C.de cōdi.ob tur.cau.l.iij.
ff.de proba.l.quinquaginta.in ſi.C.de eden.l.procurator.cū cōcor.
3 ꝛ qr ꝑ teſtibꝰ iudex ſtare dz nō teſtimonijs,vt.l.iij.§.itē diuus.ꝛ l.§.
ſabino.ff.de teſti.¶ Scđm eſt qr ſi teſtis depoſuit extra iudiciū re-
perit depoſuiſſe ſine iuramēti ſolēnitate,nec valet teſtimonium a
quocūq nō iurato prolatū,vt.C.de teſti.l.iuriſiurādi.iij.q.ix.hor-
tamur.ꝛ no.C.de teſti.l.ſolā.etiā ſi teſtis ſit religioſus,vt extra de
teſti.c.nup.ꝛ.c.tuis.qr oē qđ a teſtibꝰ ſtipulat verius eſſe cōſtat cū
id adiectio iurationis affirmat,vt dicit tex.xxij.q.j.omne.ꝛ qđ no.
Spe.in ti.de teſte.§.ſequit.ver.ꝛ no.Si enī nō valet dictū extra iu
diciū,ergo nihil opat qm̄ id qđ nullū eſt nō ſortit aliquē effectū:vt
ptz in citatiōe nulla,vt in.l.ſi pſ.C.ne de ſtatu defūc.Itē in cōte-
ſtatione litis,vt.C.vt lit.cōte.aut.offerat.Itē in relatione teſtiū
nulla ppter nō cōteſtatā litē,vt extra de lit.conte.p to.Itē in ſnia
nulla,vt in.l.ij.in ſi.ff.de penis.ꝛ.ff.de re iudi.l.iiij.§.cōdēnatū.ff.
4 qđ quiſq iu.l.j.in ſi.¶ Tertiū eſt qm̄ ꝑ depoſitio teſtis extra iudi-
ciū ꝛ in iudicio inualido equiparant,vt no.glo.ff.de libe.cā.l.iube
mus.ꝛ tu Bart.in tuo cōmēto in.l.cū ſcimus.C.de agri.ꝛ cenſi.li.
gl.in verbo,cōfeſſionibus.facit extra de iudi.c.at ſi clerici.ꝛ tñ con
ſtat qđ teſtis deponens in iudicio valido contrariū eius qđ primo
depoſuerat in iudicio inualido probat ꝛ non punitur,vt no.Ber-
nar.in ſua glo.extra de teſti.c.cum cauſa que inter archiepiſcopum
in gl.ſi.in ſi.ꝛ Spe.in ti.de teſti.§.j.verſ.qd ſi idem teſtis.ꝛ verſ.ſe.
¶ Quartum eſt quoniā vt nunc dicebam depoſitio extra iudiciū
formā non dicitur facta legitime:vnde non dicitur factū qđ legiti
me nō eſt factū,vt.ff.de ſide inſtru.l.ij.ff.qui ſatiſda.cogan.l.quo-
ties.extra de re.iuris.c.qui ex timore.in decre.ꝛ.c.non pſtat.ꝛ.c.q
contra ius.eo.ti.li.vj.Ex quo ſequuntur duo ad rē propoſitā.vnū
eſt qđ tertiū dictum iudiciale validū ꝛ vtile hoc caſu non dz vitiari
per dictū primum extra iudicium inualidū ꝛ inutile.C.de dona.l.
ſcimus.ff.de vſuris.l.vſuran.ꝛ.l.placuit.ꝛ no.extra de teſta.c.ray-
nutius.ꝛ.c.raynaldus.ꝛ in reg.iur.vtile per inutile.li.vj.Alterum
5 eſt qđ hic teſtis de quo querimus non pōt dici varius qr ꝑ de actu
nullo ad actū validū nō eſt dare mutationē vel variationē,ſed po-
tius creationē,ſicut de non ente ad ens,vt dixit Accur.not.in ſua
glo.ff.qui ſatiſda.cogan.l.iuj.ꝛ notat idē glo.Bernar.in.c.cū no-
ſtris.extra de conceſ.preben.
Quintum eſt qr hic teſtis dum extra iudicium depo
nit ſe ingerit ad teſtificandū ſpōte an-
tequam ſit ab vllo iudice petitus.vnde facit ſe ſuſpectū nec ſtari dz
eius dicto,vt tu Bar.no.dixiſti nos ipſos docendo.ff.de his qui.
vt indig.l.poſt legatū.§.his vero.ꝛ in.l.vxori.§.j.ff ad.l.cor.de fal.
per illum tex.facit.ff.de procur.l.que omnia.ff.de iudi.l.ij.§.lega-
tis.ibi,teſtimonij cauſa vocati.facit optime tex.C.de epiſco.ꝛ cle.
l.preſbyte.¶ Sextum eſt qr regulā habemus qr lz qs dicat vnum
extra iudiciū tñ nō impeditur quominus poſſit poſtea dicere ꝛ p-
bare cōtrarium in iudicio,vt eſt caſus.ff.de proba.l.quidā.ꝛ.C.de
6 proba.l.non nudis.ꝛ.l.non epiſtolis.¶ Septimū qr ꝑ cōfeſſio ex-
tra iudicium facta abſente parte ꝛ ſine cā nihil pindicat confitenti.
ff.de proba.l.cū de indebito.§.ſi.C.de nō nu.pecu.l.generaliter.in
ſi.extra de fide inſtru.c.ſi cautio.ff.de cōfeſ.l.ſi quis abſente.ff.de in
terro.ac.l.ſi.cū concor.Conſtat enī qđ tu Bar.nō proponis in que
ſtiōe noſtra requiri partis pñſentiā neq cām in dicto teſtis extra iu-
diciū.¶ Octauū eſt qm̄ cōtra tuā ſniam habeo caſum legis expſ-
ſum cui reſpōderi nō pōt in.c.j.§.j.que ſit inueſti.colla.x.in vſi.feu.
in verbo,nō interfuiſſe.vbi exprimit qđ quãuis teſtis extra iudi-
ciū vel corā iudice extra figurā iudicij dicat ſe nō interfuiſſe,tñ in
iudicio dz cogi ad dicendū veritatē ꝛ ſtatur ſue depoſitioni nec pu
nitur.ꝛ iſtū tex.ſemp putaui ad hoc ſingulariter notandū.¶ No-
num eſt qr huic dicto extra iudiciū profecto nō dz ſtari etiā cōtra
teſtē deponētē.vt eſt caſus in.l.athletas.ff.de fal.§.ſi.iuncta gl.Ac
7 cur.ibi poſita dr enī ibi qr ꝑ teſtis dicēs falſū in iudicio nō tñ in for
ma iudicij nō punit de falſo.¶ Decimū ꝛ vltimū eſt,qr hanc par-
tē tz cōis oīm doc.ſnia te excepto.etenī ſi autoritas tua q̄ maxima
ſit ꝛ alioꝝ precellētior,cōi tñ ego opi.ꝛ doctorū vt aiunt Bononi.
correctioni adherere intēdo,iuxta no.Accur.ff.de reg.iu.l.oīs dif
finitio.nec aliqd facit pro opinione tua tex.per quē te fundaſti in
l.eos.ff.de fal.§.reſpōſo.loquit enī.l.illa in tribus caſibꝰ.primo qñ
vna ꝛ eadē productione ſolenni teſtis eſt ſibiipſi ꝯtrarius.ſcđo qñ eſt
cōtrarius ſuo ſigillo.tertio qñ diuerſis productionibꝰ ſolēniter fa-
ctis eſt ſibi cōtrarius in iudicio.depoſitionibus aūt extraiudicialibus
bus de quibus querimus nihil dr ibi.vt pace tua dixerim,mira-
tus ſemp ſui qr tu tam pclarus doc.vehemēter errauerīs,maxime
in caſus poſitione illius.l.ꝛ his motus rōnibus pro hac opinione
cōtraria ad tuā ſepius ſcripſi in litteris meis,ſic etiā in facto reſpō-
di,vt notum eſt ex meis conſilijs ꝛc.¶ Bar.
Perpulchre quidem copioſe ac elegāter mi Bald.ar-
gumentatus es,ſicut in ceteris per te ſie-
ri ſolitū eſt.¶ Ludouicus.Vis plura loq.¶ Bal.¶ Satis eſt tu
quoq Ludouice hodiernū exerceas.dic quid alij ſcriptores ſen-
ſere,a ſummo vſq ad infimum omnes recenſeas.

Summarium.

1 Depoſitio extraiudicialis an obeſſe poſſit.
2 Falſitas non concluditur falſitas.
3 Metu torture preſumitur quis veritatē dixiſſe.
4 Suſpectus de variatione teſtium faciat primo eos cōfiteri corā teſtibus extra iudicium cum iuramento.
5 Dictum extra iudicium an fidem faciat.

¶ Capitulum ſecundum in quo recenſentur opiniones omnium doctorum in queſtione premiſſa.

Antiqui gloſſatores pōtificij iuris Joā.ac Vin
centius primam depoſitionem extra-
1 iudicialē ꝑ nihil obeſſe ſenſere,ſed ſoli ſecunde ſtandū
eſſe Ber.idem referens Jo.in ſua glo.in.c.cum cauſa
que inter archiepm.de teſti.quãuis per verbum forſitā loquatur

Guil. de caſtro durāti idem in Spe. de teſte. §. j. ver. quid ſi idem
teſtis. ⁊ ver. ſe. referens Vincen. quāquā ⁊ hic per verbū forſitā lo-
quatur motus per quartā rationē ſupra relatam per Bal. quāuis
nō ſic copioſe expreſſerit. Jo. an. ſeqtur idē ⁊ quaſi oēs canoniſte in
preallē. c. cū in tua. de teſti. Retulit etiā tuam ſniam Bar. Ant. de Bu-
tri. ⁊ viſus eſt eam ſequi quantū ad hoc vt ſcōm dictū cōtra primū
non ſit validū, maxime ſi primū tranſiuit in cōtractū. alle. c. p tuas.
de proba. ⁊ q ex primo cōuicto ſecundo ſaltē teſtis cōuincitur mē-
dax ⁊ ſic in peccato. Quantū ad illud aūt an teſtis puniatur de fal-
2 ſo putauit cōtrariū: q2 p † mēdaciū non cōcluditur falſitas: q2 poſ-
ſibile eſt ꝙ prius dixerit mēdaciū vt partibus cōplaceret ⁊ poſtea
dixerit verū, nec oīs mendax de falſo pūnitur. l. i. de fal. ſm eū. g tū
ſubdebat ſe putare teſtē hunc de falſo ſuſpectum. Jo. de imo. in. d.
c. cū cām. loquens etiā per verbum forte tenuit ſimpliciter cōtra te
Bar. per glo. ibi poſitam ⁊ hanc dixit cōem canoniſtarum opinio-
nem veriorē. maxime hoc ſuaſit: q2 non ſic libere loquitur teſtis co-
ram parte ſicut coram iudice abſente parte. iuxta no. de teſti. c. pre-
ſentium. lib. vi. in glo. Itē q2 eligēda eſt in dubio per quam mitior
fiat interpretatio, vt in. c. in penis. de regu. iur. lib. vj. ff. de publi. l.
ſi preſen. ⁊ l. ſi de interpretatione.

Nouiſſimus ſcribentiū canoniſtarū do. Nico. ſiculus
in. c. per tuas. extra de proba. dixit ſim-
pliciter ſtandū ſecūdo quāuis aliqualiter ei detrahaſ ex primo cō-
trario, ar. c. preterea. de teſti. cogē. ⁊ no. ibi p Inno. moueſ trib⁹ rōni-
bus primo: q ſicut qū qs aſſerit vnū ante torturā poſtea aliud in
3 tortura ſtaſ ſcdo dicto: q2 † metu torture pſumiſ veritatē dixiſſe, vt
in. l. ſi poſtulauerit. §. ratio. ver. ſꝫ ſi negauerit. ff. de adul. ⁊ tu Bar.
notabas ibi ⁊ in. l. eos. ff. de fal. in ſcdo cōtrario. ⁊ dixi. ſ. li. j. c. iij. ſic
qū qs aſſerit vnū ſine iuramēto deinde aliud cū iuramēto: q2 iura-
mentū eſt qdā tortura ſpūalis ſm eū, nec dꝫ pſumi qū ſit immemor
ſalutis eterne hoc caſu vbi non tractaſ de ſuo dāno vel cōmodo, vt
j. q. vij. c. ſancimus ſecūdo. p tex. in. c. inqſitionis. vbi ait extra de ac
cu. vbi ſi qs dixerit ſe inimicū alicuius extra iudiciū crediſ nihilo-
minus ſibi poſtmodū cōtra illū teſtificando in iudicio, ⁊ primū pre-
ſumiſ dixiſſe in fraudē vt non teſtificareſ cōtra illum ⁊ ſic patet qū
mendaciū ſimplex nō repellit indiſtincte a teſtimonio per illū tex.
tertio per preallegatā gl in. d. c. cū cām. ⁊ in. d. c. per tuas. ſubdit ta-
men ſe putare ꝙ ſi primū dictū fuiſſet iuratū nō valeret ſcōm: q cō-
uinciſ neceſſario teſtis de periurio ponēdo ſe inter duo cōtraria iu-
ra, vt extra de iureiu. c. tua. ⁊ ibi nota. facit extra de preſump. c. lite-
ras. ⁊ ſic dicebam ſeruari poſſe theoricam tuā Bart. ſ. qū qū timeſ
4 de † variatione teſtium faciās primo eos cōfiteri corā teſtibus. ex-
tra iudiciū cū iuramento. ⁊ ſequebatur eandē ſententiā ipſe Nicol.
in. d. c. literas. extra de preſump. pbans per illū tex. ſic claruꝫ enim
eſt ꝙ ſi cōcurrunt duo dicta cōtraria ab eodem vnum cū iuramēto
aliud ſine qū ſtandū eſt dicto non iurato qū coniecture ſunt magis
pro eo quā pro dicto iurato, vt eſt tex. ibi ſingularis ad hoc not. ce-
teris ergo paribus ⁊ ſic ceſſantib⁹ dictis coniecturis ſtabitur po-
tius dicto iurato per dictū tex. a ſenſu cōtrario. ⁊ he ſunt omnes ca-
noniſtarū ſnie inter legiſtas. tu Bal. ſequeris poſt Bart. in tribus
locis tetigiſti hunc articulum primo in. l. nullum. C. de teſti. vbi
retuliſti ſniam Bar. ⁊ contra eā allegando prefatam glo. in. c. cum
cauſam. illā ſimpliciter dixiſti veriorē, ſecūdo in. c. j. §. quid ſit inue-
ſtitura. x. col. vbi no. tex. in verbo, non interfuiſſe. ſicuti nūc loquē-
do tuipſe narrabas. Tertio in quodam tuo conſilio quod incipie-
bat. lꝫ ceci acceſſores ⁊c. in quo minus honeſtis verbis ſniam Bar.
improbabas per. d. glo. in. c. cum cām. ⁊ text. in. d. c. j. quid ſit inue-
ſti. x. col. quē dicebas vnicū in iure. Itē per rationē: q2 aut dicimus
qū dixerit falſum extra iudiciū ⁊ per hoc nō punitur de falſo, aut
5 qū dixit in iudicio falſum ⁊ de hoc non conſtat. cum id qū † extra
iudicium dixit fidem nō faciat. C. de teſti. l. iuriſiurandi. Itē q2 ſm
Bar. met vbi teſtis vnum aſſerit in iudicio ⁊ contrarium extra, ſta-
tur primo dicto. nec per hoc punitur, vt extra de teſti. c. ſicut. ⁊ l. ge-
neraliter. C. de non nu. pecu.

Eadem enim ratione idem dicit eſſe econtra nec vlla
maior ratio eſt vno caſu quā altero: nec
dicas qū ſic, q2 immo debemus ſtare primo dicto teſtis ⁊ ſic ei qū di-
xerat extra iudiciū, vt no. glo. ordinaria extra de teſti. c. venienn. in
glo. que incipit. ſed q2 hꝫ in ſi. Item q2 prioritas ⁊ poſterioritas ca-
dit inter actus validos nō inter actum inualidū: q2 non tam prior
quam ſolummmenitur vt. C. qui po. in pig. ha. l. ij. pro hoc qū not.
Jo. an. in regula nō eſt in mercurialibus. ⁊ he fuerunt rōnes con-
ſilij tui Bal. Ang. in. l. ſolā. C. de teſti. tꝫ ſimpliciter cōtra te Bar. per
illuꝫ tex. ſm vnā lec. idē etiā quidā alij legiſte in. l. qui falſa vel varia.
ff. de teſti. per dictam. l. ſolam. ¶ Ego aūt legiſtarum olim ſcriben-
tium vltimus ac minor ſi fas eſt coram teipſo referre, idem ſequu-
tus ſum in. l. ij. §. creditum. ff. ſi cert. pe. in diſtinctione mea magna
de teſtibus variantibus. he ſnquā ſunt doctorum oium ſnie quan-
tum in premiſſa qōne. ¶ Bar. Per deum diligens olim ſcrutator
optime perfeciſti munus tibi impoſitum. ¶ Baldus. ¶ Bart. ſi
recte percipio nullū adheret ſnie tue. vis vlterius rē hanc diſcu-
tere, non credo, ruminata iam res eſt. ¶ Bart. ¶ At vero Balde
antequam hodie a me diſcedas imperfidus omnino aut pertinax
contra veritatē inceperis tuum hunc cōſtitutum in aliam partem
conuertes. ¶ Bal. ¶ Prius profecto ad ſeculā reuertar quā hoc
faciā ſi tu putas rē hāc medulitus diſcuſſam, ego nō video vix eam
ad corticeꝫ tactā. ¶ Bar. ¶ Mira narrās queſo tū declares poſt-
quā ſic pertinaciter adhs fortaſſis enim oēs vni legū ac canonū in-
terpretes deliraſſe oſtēdes. ¶ Bal. ¶ Faciā vt tu teipſum verbis
proprijs hodie cōuictū dicas. ¶ Bar. ¶ Nos ergo iam more tuo
interrogare incipias. ¶ Bal. ¶ Sic faciemus ac pro rerū olim cla-
riſſima diſcuſſione prius videamus quid operetur. depoſitio te-
ſtis extra iudicium vera vel falſa.

Summarium.

1 Teſtis dicto deponentis aliquid extra iudicium an ſtādum.
2 Teſtis an poſſit falſi pena puniri ex falſo dicto extra iudicium.
3 Teſtimonium ex defectu forme an ſit nullum.
4 Aperiens teſtamentum viuentis punitur de falſo.

¶ Capitulum tertiū: an ſtetur ſimplici dicto teſtis extra iudiciū,
⁊ an teſtis ex eo de falſo puniatur. Bar.

Interrogo Itaqꝫ te Bald. primum an
1 putas † ſtādum dicto teſtis
deponētis aliquid extra iudicium. ¶ Bal. ¶ Nō
certe triplici rōne. primo q2 tali dicto deficit forma
iudicij ⁊ ſic non meretur nomē teſtimonij ſicuti tu
Bar. decidiſti. ff. ad. l. cor. de fal. l. ſi quis legatū. in
prin. facit. ff. ad exhibē. l. iul. §. ſi qs deteriorē. ff. de au. ⁊ ar. leg. l. ſeia.
ff. ad. l. fal. l. ſi is qui quadringēta. §. quedā. ⁊ eſt caſus pro hoc ſm
vnā lec. gl. quā tu etiā ſequebaris. C. de teſti. l. ſolā. ⁊ notabas idem
in lt. tuo de teſti. c. teſtis. dixi aliqua mea eſſe q2 addidit ⁊c. Secūdo
q tali dicto deficit iuramēti delatio vnde eſt inualiduꝫ, niſi appa-
reat a partib⁹ remiſſum, vt. l. iuriſiurādi. ⁊ ibi no. C. de teſti. th. q. iij.
ver. itē iuriſiurādi. extra de teſti. c. nup. ⁊. c. tuis. cū concor. Itē defi-
cit aduerſarij citatio: qū vocādus eſt aduerſarius in teſtium rece-
ptione tpe iuramēti, vt. C. de teſti. l. ſi qū. ⁊ extra eo. tit. c. in nomine
2 dñi. ¶ Bart. ¶ Recte ingis ſed † an putas ex falſo dicto extra iu-
dicium teſtē falſi pena puniri. ¶ Bal. ¶ Nec hoc quidē. nā Bart.
hoc ipſum qū non puniatur firmaſti. ad. l. cor. de fal. l. ſi quis lega-
tum. in prin. per illū tex. bene probantē in. §. reſponſo. facit qū no.
in. l. damus. C. e. ti. in gl. in verbo, priuatus. p quā habemus regulā
ꝙ nō puniſ quis de falſo lꝫ falſum cōmittat in re q̄ nemini preiu-
diciū vllū afferre pōt, vel nullā probationē inducit, vel ſalteꝫ indi-
cium. Cōſtat enim ꝙ depoſitio extra iudiciū nemini preiudicat vt
ſ. probatū eſt. ⁊ facit pro hoc qū tuipſe dixiſti. ff. de fal. l. j. §. qui in
rationibus. ⁊. §. ex illa. in ſi. j. q. ⁊ in. l. ij. in ſecundo cōtrario. eo. ti. et
bene facit tex. in. l. impuberē. §. i. ⁊ ſe. eo. titu. ⁊. ff. de penis. l. ſi quis
aliquid. §. teſtamētū. ⁊ qū cōcludit Jo. an. in ſimili queſtione in ru-
brica non eſt. in mercurialibus. ¶ Bar.

Etiam hoc probe reſpōdiſti. vt eſt dicebā in. d. l.
ſi qs legatū. referēdo antiquaꝫ
diſputationē Richar. malū. hoc eſt teſtimoniū eſt nullū ex defe-
3 ctu † forme, adeo qū proprie hoc dici nō pōt teſtimoniū, ideoqꝫ ta-
lis falſitas nō puniſ q̄uis aliud eſſet ſi dictū teſtis haberet debitā
formā, ſed alias eſſet inualidū: tūc enim puniretſ p eandē. l. ⁊ bene
faciūt ad hoc iura pallegata ⁊ dicemus. j. eo. li. c. xv. ¶ Bal. ¶ Dic
tū tu queſo Bartole nōne in infinitis caſibus qui habenſ in tit. ff.
⁊. C. de fal. punitur quis falſi pena ex falſo cōmiſſo extra iudicium
vt apparet fere per totum illum ti. cur ergo non idem in caſu iſto.
¶ Bar. ¶ Attende pro intellectu. interdum facta requirunt ad
ſui eſſentiā formam iudicialem prout ſunt teſtimonia prout. ſ. eſt
relatum. in his ceſſante forma iudicij, ceſſat ipſius actus ſubſtan-
tia, ideo falſum ibi interueniens eſt impunibile, vt. d. l. ſi quis lega-
tum. nōnunqꝫ facta ad ſui eſſentiā nō exigūt figurā iudicij: quoniā
ſunt valida ſui natura etiam celebrētur extra iudicium an his pu-
niuntur falſum committentes quamquam extra iudicium ſinci-
dunt in aliquē caſum ſub illo tit. de falſis cōprehenſum. Exemplū
4 aperiens † teſtamētū viuētis puniſ de falſo nec requiritur qū hec
apertio fiat in iudicio, vt. ff. de fal. l. j. §. is qui. Itē recipiēs pecuniā
ob ferendū teſtimoniū punitur de falſo nec eſt opus qū illa rece-
ptio fiat in iudicio ſed ſufficit quocunqꝫ loco vt eadem. l. §. ſed ⁊ ſi
quis ob renunciandū. ⁊ idem in ſimilibus caſibus qui ibi habētur
qū ipſum vt arbitror eſt ſatis planum,

Summarium.

1 Dicto teſtis extra iudicium ſi iuramētū interuenit an ſtādū.
2 Falſum aſſerens cū iuramento extra iudicium an de falſo puniſ.
3 Periurus quis repellatur a teſtimonio.

Capitulum

¶ Capitulum quartum an ſtetur dicto teſtis extra iudicium cũ iuramento ⁊ ex eo poſſit teſtis de falſo puniri.

1 **VRſum** tamẽ interrogo te Bal. an credis ſtãdũ † dicto teſtis extra iudiciũ ſi in eo proponat interueniſſe iuramentũ. ¶ Bal. ¶ Nõ qdẽ:nã ea que dici ſolẽt ꝙ iuramẽtũ vim iudicij hꝫ adeo ꝙ equiparant̃ iudiciũ ⁊ iuramẽtũ, vt l. q iuraſſe. in fi. ⁊ in. l. nã ⁊ poſtea. §. ſi is q tẽporali. ff. de iureiu. ⁊. ff. de iudi. l. ſꝫ ſi reſtituat̃. §. ex qbus locis habẽt in iuramẽto conuẽtionali ex conuẽtione litigantiũ delato. ff. de iureiu. l. j. ⁊. l. iuſiurandũ qð ex cõuẽtione. eo. ti. ⁊ in iuramẽto iudiciali qð defert a parte ꝑti iudice approbãte, vt. d. l. ȝ. in fi. diuerſuꝫ eſt ſi qs nemine deferẽte iuret vt in caſu noſtro:tũc eñ ſibiipſi iurãs iurare vr:nec hꝫ effectũ quo ad alios tale iuramẽtũ, vt eſt caſus. ff. de iureiur. l. ij. §. j. ideoqꝫ iurare nõ vr̃ q2 ex iudicialis forme defectu:tale teſtimoniũ eſt nulliũ ſicut diximus nunc circa precedẽtem articulum.

2 ¶ Bar. ¶ Satis eſt bona tua ſolutio:ſed qd dices † an puniat̃ de falſo hic teſtis ſi falſum aſſeruit cũ iuramẽto extra iudiciũ. ¶ Bal. ¶ Minime. nam iuramẽtũ illud nequaquã eſt ad hoc efficax vt faciat teſtẽ iurantẽ falſum extra iudiciũ de falſo puniri: qm̃ hoc ſub illo ti. de fal. nõ reperit̃ prouiſum ⁊ pena falſi locũ nõ hꝫ niſi in caſibus expreſſis in aliquo ex capitulis tituli illius, vt eſt regulariter ſm̃ theoricã tuã. ff. ad. l. cor. de fal. l. qd ſit falſuꝫ. ⁊. C. eo. ti. l. nec exẽplũ. ¶ Ludouicus. ¶ Tu idẽ Bal. vindẽs ſequeberis. C. qui accu. nõ poſ. l. datã opera. ¶ Bar. ¶ Idipſum etiã probe eſt dictũ. Notandũ tñ ꝙ huiuſmodi periurus quãquã. l. cor. nõ puniat̃ tñ crimẽ incurrit ſtellionatus, vt. ff. de cri. ſtel. l. de periurio. vnde pena ſua extraordinaria eſt, vt eo. ti. l. ij. §. pena. incurrit etiã infamiaꝫ poſt ſniam:q2 eſt ſuper facto de ꝑterito, vt no. gl. in. l. lucius. ff. de his q no. infa. vbi de hoc facit. C. de trãſac. l. ſi qs maior. ⁊ qð habet̃. ff. de cri. ſtellio. l. ij.

3 Itẽ repellit̃ a † teſtimonio talis periurus indiſtincte vt no. gl. in ea. l. lucius. in fi. ⁊ dici. ȝ. li. j. c. xij. de iure canonico etiaꝫ incurrit peccatũ mortale ⁊ puniſ varijs penis de quibus. xxij. q. j. c. ſi. ⁊ eadẽ cã. q. v. c. qui iurat. ⁊. c. ſi quis periurauit. cum ſi.

Summarium.

1 Teſtis dictũ extra iudicium an fidem faciat ſi fuit emanatum aduerſario preſente ⁊ audiente.
Iudicij figura ad firmandum teſtimonium requiritur.
2 Decipiens ⁊ ledere volens extra iudicium q̃uis non puniat̃. l. cor. tamen tenetur ciuiliter de dolo.
3 Dolus qui non nocet nec nocere poteſt puniri non debet.

¶ Capitulum quintũ an ſtet̃ dicto teſtis extra iudicium parte preſente ⁊ an teſtis poſſit ex eo de falſo puniri.

§. ſane. ⁊ ita dicit ibi ꝙ fuit conſultum. nam facere dicitur iſte con-
tra ſacramentum matrimonij quod habet de ſubſtantia vt quis re-
tineat vitam indiuiduam cum illa cum qua contraxit, vt in. c. ſi. de
condi. app. quare contrahendo cum duobus viuentibus commit-
tit contra illud ſacramentum ſm eundem Dominicum ibi. Unde
Bald. in. l. nemo clericus. C. de ſacroſanc. eccle. dicit ꝙ ſi profeſſus
egreditur de monaſterio ⁊ accipit vxorem de facto palam ꝙ hereti-
cus eſt, cum faciat contra ſacramētum matrimonij ⁊ poteſt inquiſi-
torem punire de hereſi ſi velit errorem ſuum pertinaciter defen-
dere allegando quod ſit licitum illud quod fecit, vt ibi, vel protero-
ue agit, vt. ſ. et per conſequens licet non dicat verbo hoc non eſſe
contra ſacramentum vel non eſſe peccatum: tamen facto hoc aſſe-
rit. facit quod ſcribit Tho. in. iiij. di. xiij. arti. xv. poſt medium, di-
3 cens ꝙ ſimoniaci expreſſe non errant in fide: tamē quandoqꝫ per
ſimilitudinem dicuntur heretici: quia ſicut hereticus dicitur q con-
tra fidem ſentit, ita ſimoniacus operatur ac ſi cōtra fidem ſentiret
dum pretio ſacramēta vult adipiſci vel dare, ac ſi exiſtimaret poſſe
donum ſpiritusſancti pecunia poſſideri ſm eundem. nam plus vel
tantum valet renuntiatio que ſit ipſo facto ſicut verbo. de his que
ſiunt a maio. parte capi. ex ore. et de vita ⁊ hone. cleri. c. fina. ff. de le-
gi. l. de quibus. circa finē. plus eſt factis demonſtrare q̄ verbis dice-
re, vt no. de appellatio. dilecti fili. lo. j. Unde non licet verbo quis
dicat ſimoniam non eſſe peccatum, tamē ex quo dicit facto ſeu ope-
re idem eſt, licet ſimoniaci non ſint proprie ⁊ per ſe loquendo here-
tici cum non habeant aliquam falſam opinionem tñ dicunt per ſi-
militudinem actus: qꝛ ita operātur ac ſi exiſtimarent donum ſpiri-
tusſancti pecunia poſſe poſſideri, que exiſtimatio eſſe heretica, vt
4 Grego. in regiſtro dicit, cum omnis auaritia ſit idolorum ſerui-
tus, quiſquis hanc in eccleſiaſticis dignitatibus dandis non preca-
uet, infidelitatis perditioni ſubijcitur, etiam ſi fidem quā negligit
tenere videatur ſm Tho. in. iiij. diſtin. xxv. arti. x. cum hereticus ſit
infidelis, vt ibi, in arg. et. ij. q. fidem. q̄ſtio. lxxxv. arti. j. in princ. poſt
medium. et hereticus dicitur qui fidem Chriſti cōfitetur, ſed eius
dogma corrumpit, vt. j. dicitur. ⁊. xxiiij. qđ. iij. qui in eccleſia. Unde
dicitur. xxv. q. j. violatores. ꝙ ſi aliquid proterue agit aut loqui ꝓſu-
mitur contra canones aut facere volentibus ſponte conſentit dici-
tur blaſphemari ſpiritusſanctus.

Summarium.

1 Blaſphemus an dicatur hereticus.
2 Antiquitus blaſphemi opprimebantur lapidibus.
3 Deus negari dicitur verbis ⁊ factis.

Capitulum. xvj.

1 Ex hoc patet qđ blaſphe-
mus in deum dicitur hereticus qꝛ blaſphemus dici-
tur infidelis. nam ſm Tho. ij. ij. q. xiij. arti. j. ante me-
dium blaſphemia ꝑtinet ad infidelitatē, ⁊ opponitur
confeſſioni fidei ⁊ derogat diuine bonitati ⁊ honori. et ideo dicit
Tho. ibi. in arti. ij. circa ſi. blaſphemia prohibetur per illud, non aſ-
ſumes nomē dei tui in vanū. nam magis aſſumit nomē dei in vanū
qui aliqđ falſum de deo aſſerit q̄ qui ꝑ nomen dei aliquod falſum
affirmat ſm eū: quia ſm eundem in ar. iij. ibidē, q periurat nō ſen-
tit aut dicit aliqđ falſum de deo, ſed deuꝫ adhibet teſtem falſitati.
Unde cum piuriū ſit maximū peccatū ſm genus ſuū ꝯ conueniēs eſt
ꝙ blaſphemia ſit peccatū maximū ad idē genus ꝑtinēs ⁊ ipſum ag-
grauans ſm euꝫ, ⁊ ibi. Preterea ſm leges ciuiles aīa ⁊ corpus blaſ-
phemi ꝑditur, ⁊ ꝑ blaſphemiā deus ꝓuocatur ad iracundiā vt mit-
tat terremotus, peſtilētias ⁊ famem, vt in authē. vt non luxuri. cō-
2 tra naturaꝫ. colla. vj. preterea ſm legem antiquam blaſphemi op-
primebantur lapidibus vt patet Numeri. c. iiij. hinc eſt ꝙ tunc ho-
mines audientes blaſphemiam in deum, obturabant aures ſuas
⁊ veſtimenta ſcindebant in ſignū doloris, vt patet Actuum. c. vj. ⁊
Matth. c. xxvj. Preterea iudei dicūtur blaſphemi, vt in. c. j. ⁊. ij. c. ꝯ
ſicut. ⁊ iudei ⁊ heretici ſunt blaſphemi, vt dicit Tho. in. iiij. diſtin.
xiij. arti. xvij. Unde quia blaſphemus dicitur proprie infidelis ſe-
quitur qđ non ſtricte ſed large blaſphemus dicatur hereticus, ſi-
cut qlibet infidelis dicit large hereticꝰ, vt. xxiiij. q. iij. §. qꝛ vo. Unde
blaſphemus nō vr in deū credere ⁊ ſi eū hoc non ſapiat hereſim ma-
nifeſte

niſeſte non pōt inquiſitor ſe intromittere, ⁊ ſic manifeſte non dicitur peccare ꝯtra primum articulum fidei niſi expreſſe vel per ſimilitudinẽ actus ita opatur ac ſi exiſtimaret deū non eſſe deum omnipotentem honorandum ⁊ laudandum: ⁊ hoc maxime ſi non ſolum blaſphemaret deum, ſed etiã alia verba turpia contra deum pro-
3 ferret vel appropriaret. nam †verbis ⁊ factis deum negari dicitur, vt in alleg. c. exiſtimant. cum ſe. xj. q. iij. vbi additur qđ quotieſcūq; vincimur vicijs atq; peccatis, toties deum negamus. nam blaſphemia directe ptinet ad ꝯtemptū dei ſm Tho. ij. ij. q. vij. ar. ij. Si eñ violator canonum ⁊ dogmatum dicitur blaſphemus ⁊ hereticus, vt predicitur, multomagis q falſum aſſerit de deo, cuius dono canones editi ſunt dicit̃ hereticus manifeſtus. ſimiliter idem eſt blaſphemare ſanctos ſm eundem Tho. vbi. ſ. arti. j. dicentem ꝙ ſicut deus in ſanctis ſuis laudatur inquãtum laudant̃ opa que deus in ſanctis ſuis efficit, ita etiam blaſphemia q̃ fit in ſanctos ex ꝯſequẽti in deum redundat ſm eū: ſicut qui cõmittit in conſiliarios principis, in ipſum principẽ cõmittere videtur: qꝛ pars corporis ipſius ſunt. C. ad. l. iul. maieſt. quiſquis.

Summarium.

1 ☞ Scripturam ſanctam qui intelligit aliter ꝙ̃ ſpiritusſanctus flagitat hereticus cenſetur.
2 Fidẽ Chriſti qui cõfitet̃ ⁊ eius dogma corrumpit, hereticus eſt.

Capitulum. xvij.

1 Item quicunq; aliter ſcripturam †ſanctã intelligit ꝙ̃ ſpiritusſanct⁹ flagitat a quo ſcripta eſt, hereticus poteſt appellari, licet de eccleſia nõ receſſerit. ſ. corporaliter, vt in alleg. c. quidã. in fi. xxiiij. q. iij. ⁊ c. hereſis grece ⁊ dicit̃ qui aliter exponere ſacrã ſcripturã quã ſpiritusſanctus flagitat q expoſitionem ſacre ſcripture retorquet ad illud quod cõtrariat̃ ei qđ eſt per ſpiritūſanctū. ſ. reuelatū. Unde dicit̃ Ezech. xiij. de falſis pphetis qui perſeuerauerunt confirmare ſermonẽ. ſ. per falſam expoſitiones ſcripture. Similiter etiã per verba que quis loquitur ſuã fidẽ profitetur. eſt enim confeſſio actus fidei ⁊ ita ſi ſit inordinata locutio circa ea que ſunt fidei ſequi poteſt corruptio fidei ⁊ ita declarat
2 beatus Tho. ij. ij. q. xj. ar. j. circa mediū. hinc eſt qđ hereticus †eſt q fidem Chriſti confitetur. ſed eius dogma corrumpit, vt idẽ ibi ponit articu. j. circa medium, nam hereticus dicitur qui aliter exponit ſcripturam quam exponunt canones a ſanctis patribus editi: qꝛ inſtinctu ⁊ dono ſpiritusſancti ſunt dictati ⁊ reuelati, vt. xxv. q. j. violatores. ſic q nõ aſſentit determinationi eccleſie, vel illius determinationi non ſe ſubmittit, eſt hereticus. xxiiij. qđ. j. hec eſt fides ſm Tho. ibidẽ in fi. ⁊ in prima parte. q. j. ar. v. in fi. ⁊ hoc eſt qđ dicitur. de ſum. tri. ⁊ fide cath. c. damnamus. circa fi. ibi, firmiter confitetur illam fidem tenere quã firmiter tenet romana eccleſia.

Summarium.

1 ☞ Aſſerens pertinaciter ꝙ vſus diuinãdi nõ ſit improbatus ab eccleſia an dicatur hereticus.
2 Dubius in fide ſi determinate in tali dubitatiõe pſiſtit infidelis eſt.

Capitulum. xviij.

1 Uado fit vt ſi quis dicat qđ †vſus diuinandi nõ ſit improbatus ab eccleſia, vel ſi contra hoc pertinaciter facit eſt hereticus, cum dicat vel faciat ꝯtra illud quod romana eccleſia tenet. nam tenet ꝙ ſolius dei eſt pronuntiare futura, ⁊ ꝙ qui exercet eo modo quo ſupra vſum diuinandi cenſetur hereticus ⁊ preuaricans fidem Chriſtianam, vt pdicitur. Similiter ſi quis diceret verbum hereticū, puta ꝙ fornicatio non ſit peccatum mortale, vel ꝙ prelati eccleſiarū nõ habẽt poteſtatẽ ligandi vel ſoluendi vel ſimile verbū, ſiquidẽ correptus ptinaciter defendit errorem quem aſſerit ſiue id gignit ſiue ſequat̃, hereticus eſt cenſendus
2 xxiiij. q. iij. qui in eccleſia. ⁊ c. hereticus. Item dubius †in fide infidelis eſt ſi determinate in tali dubitatione perſiſtit, vt in. c. j. de here. ⁊ ideo oportet credere qđ ſancta romana eccleſia et ſancti doctores eccleſie determinant, alĩs hereticus eſſet magiſter erroris qui non vult eſſe diſcipulus veritatis: ⁊ huic nõ eſt communicãdum, ſed vitandus eſt poſt primam ⁊ ſecundã correptionem. xxiiij. q. iij. c. quid autem niſi eſſet damnatus de hereſi, tunc poſt vnam monitionem vitabit̃, vt ibi in glo. vbi vero dixit aliquis verbū hereticū ſed ptinaciter poſt correptionem illud non defendit nec reſiſtit vel dicit ſe nõ dixiſſe, ⁊ paratus eſt ſtatim corrigi ꝙ audiuit veritatẽ ſi eſt hereticus nec hereticus cõputãdus: qꝛ vt in. c. dicit apoſtolus. xxiiij. qđ. iij. ſm Hoſtien. in ſum. de here. §. qualiter cõprehenditur. ⁊ per Andr. de iſer. in alleg. aut. gazaros. hinc eſt ꝙ beatus Tho. ij. ij. q. v. ar. iij. dicit ꝙ hereticus qui pertinaciter diſcredit vnū articulum non eſt paratus ſequi in oībus doctrinã eccl'ie: ſi eñ non ꝑtinaciter iam non eſt hereticus ſed ſolum eſt errans ſm eum.

Summarium.

1 ☞ Uſuras nõ eſſe peccatū hereticus dicit̃ pertinaciter aſſerens.
2 Pena relapſi qui poſſint puniri.
3 Relapſus quis dicatur.

Capitulum. xix.

1 Unde aſſerens† pertinaciter exercere vſuras nõ eſſe peccatū dicit̃ hereticus, vt pꝫ in cle. j. de vſuris. cū hoc ſit cõtra doctrinã eccleſie, vt. e. ti. c. ij. ⁊. c. cū tu, vt no. p glo. ⁊ per doc. in alleg. cle. ⁊ idẽ dicit̃ de fornicatiõe in cle. iij. de here. ⁊ ibi glo. hoc probat. ⁊ dicunt Zenze. Mont. ⁊ Jo. de imo. ꝙ proſequens errores de quibus ibi punit̃ pena hereticorū, et hoc ideo qꝛ iſti errores de quibus ibi ſunt per eccleſiam damnati niſi ſe corrigãt audita veritate: quia tunc non debent haberi pro hereticis. fatent̃ tamen ꝙ aliqualis penitẽtia eſt eis imponenda. Addẽtes quod ſi poſt correptionem ⁊ reuerſionem ⁊ hereſim abiuratã non implent
2 penitentiam eis iniunctam, habentur pro relapſis, et ſic †pena relapſi poſſunt puniri, et idem tenet Federi. de ſenis in conſilio. clvi. quod incipit, Alexander epiſcopus, ⁊ circa hoc Joan. cal. in alleg. c. literas. de preſump. recitat queſtionem de facto cuiuſdam Senẽſis qui fuit deprehenſus in hereſi ⁊ correptus ⁊ poſtmodū fuit ſibi in penitentia iniunctum ita vt non intraret ciuitatem p ſex menſes. iſte ante tempus intrauit ciuitatem ⁊ ſic non obſeruauit penitentiã, querebatur vtrum eſſet relapſus ⁊ condemnandus vt hereticus: ⁊ multa conſilia ſuper hoc emanauerint. ⁊ per fi. illius. c. literas. aliqui dicebant quod ſic, ſed durum eſt. vnde dicit ipſe ꝙ quãdoq; imponitur penitẽtia que directe eſt cõtra hereſim vt ſcꝫ deteſtetur hereſim ⁊ predicet contra ipſam. Item ꝙ non conuerſetur cum hereticis, ⁊ ſimilia, ⁊ hoc caſu ſi non obſeruat tale mandatum. iudicabitur tanꝙ̃ hereticus, quandoq; imponitur penitẽtia que non eſt contraria directe hereſi vt ieiunare, peregrinari ⁊ ſimilia, ſi modo non obſeruat non pro tanto dicitur relapſus ⁊ ſic fuit conſultum ſm eum qui ad hoc alleg. xxx. diſtin. c. ſi. ⁊ de purga. cano. c.
3 inter ſollicitudines. breuiter dico qđ †tunc dicitur relapſus quando facit contra penitentiam illud qđ non ſit dubium feciſſe ex conſcientia ⁊ loquela approbatia ſe erroris, vt probat in alleg. c. accuſatus. §. ille quoq;, ⁊ hoc videntur dicere doctores in alleg. c. vt commiſſi. dicentes: quia carcer datur in penitẽtiam ne noceat alijs vel eos inficiat vt appareat an ambulet in tenebras vel in lucem. Et poſſunt propterea damnari pena pecuniaria ſi bona habent, vt qꝛ fuerũt reſeruata, inſuper in clemẽ. de vſuris, etiam querit ipſe Jo. poſt lapum Abbatem qđ ſi aliquis nõ pertinaciter ſed forte aliter ex lubrico lingue aſſerit non eſſe peccatum exercere vſuras, qđ non punietur niſi ſaltẽ vt in his verbis hereticis ex ordinario arbitrio epiſcopi vel inquiſitoris ⁊ imponitur ei ſaltem aliqualis leuis penitentia ſalutaris vel etiam in nullo punietur. idem tenet ibi Anto. de but. poſt paulum.

Summarium.

1 ☞ Hereticum verbum ſemel dicens et ſtatim ſe corrigẽs an cenſeatur hereticus.
2 Delinquens plus, plus punitur.
3 Diſpẽſari ſup pena nõ pōt cū vero heretico ⁊ relapſo.

Capitulum. xx.

1 Item Andre. de iſer. querit vbi §. an †qui ſemel dixit verbū hereticū ⁊ ſtatim requiſitus paratus eſt ſe corrigere debeat puniri. dicit primo ſm Hoſti. vbi. ſ. quod conſiderandum eſt qđ locutus eſt, ſicut de illo qui maledixit principi, et ſic iſte qui maledixit deo de veritate ⁊ vnitate fidei, vnde. C. de his qui impe. male. l. j. dicitur quod ex pſonis hominum ſunt hmõi maledicta penſanda. nam ex leuitate vel errore hoc dicit nõ qđ id credat ⁊ cõtemnendũ eſt tale dictū verbū, ⁊ qꝛ vere penitet venia dignus eſt: lubricū quidẽ lingue ad penã facile trahẽdum nõ eſt. ff. ad. l. iuliam ma. famoſi. ſed dicit idẽ Ant. ego hoc caſu penã aliquã ⁊ pniam leuem imponerẽ, vt iterato ſit memor qđ nõ labat̃ laſciue talia dicere

propter exẽpla aliorum: ⁊ quia deliquit hec erronea proferendo,
ergo puniẽdus eſt, ⁊ qꝛ longe grauius eſt diuinam ꝙ̄ humanam of
fendere maieſtatem: ⁊ hoc fit propter correptionem male loquen
tis ⁊ fatue: ſed ſi ex inſania dixit: tunc eſt miſeratione digniſſimum
quia non debet addi afflictio afflicto, ſi autẽ ex animo verba here
tica dixit ⁊ paratus eſt corrigi, licet non ſit hereticus: tamẽ puniẽ
dus eſt plus ꝙ̄ in primo caſu quãdo ex leuitate vel errore. nam hoc
caſu princeps iniuriam ſibi dictam puniret ex qualitate pſone ſic
iudex aut inquiſitor ex qualitate perſone ⁊ dicti ſtatuet penam: qꝛ
cum ſit puniẽdus ex quo deliquit nec ſit expreſſa pena, ergo arbi
traria eſt imponenda. de offic. deleg. de cauſis conſtat enim plus
delinquere hunc ex animo loquẽtem mala quã primum qui ex leui
tate ſeu errore hoc protulit, ergo plus punitur, ⁊ maior tunc pena
2 arbitraria: quia † qui plus deliquit plus punitur. ff. de pe. capita
lium. §. ſolent ſm eundem An. et hanc opinionem ſequitur Joã.
de imo. poſt Math. in clem. ij. de here. dicens ꝙ aliqui proferunt
verba heretica que nullam habent excuſationem ⁊ proferunt iudẽ
do ⁊ iracunde, vel ex ſama ſimplicitate, ⁊ tunc talibus taliter delin
quentibus poſſunt inquiſitores imponere penas pecuniarias. nã
has penas ſolet imponere eccleſia. xxiiij. diſt. ꝙ̄ꝙ̄. de iude. ⁊ ad libe
randum. ⁊ de rapto. in archiepiſcopatu, ad hoc quia inquiſitores
ſunt tales iudices qui poſſunt penas imponere hereticis conuer
ſis ⁊ cõmutare, vt de hereti. vt cõmiſſi. §. ⁊ illorum. lib. vj. ⁊ hãc pe
nam pecuniariã nõ dz imburſare, ſed dare pauperibus, vel ad aliud
opus pium, vel applicare eorum officio ſm eos poſt glo. ibi. de hoc
per Franci. de Zab. in clemẽ. j. de ſumma trini. §. nos igitur. vbi di
ſputat allegando pro ⁊ contra, que intelligenda ſunt ⁊ limitanda
ſm ea que predicuntur, ſed alio caſu non poſſunt inquiſitores pe
nas pecuniarias inferre, nam aut inquiſiti de hereſi conuincũtur:
⁊ tunc omnia eorum bona ſunt confiſcata, vt de hereticis. cũ ſecun
dum. lib. vj. aut non conuincunt, ⁊ tunc nulla pena eſt imponẽda.
vnde nõ eſt tale crimẽ ex quo poſſet imponi pena pecuniaria, ſed
perſonalis ⁊ confiſcatio bonorum, vt eo. titu. excõmunicamus. ⁊ c.
ad abolendam, ⁊ quaſi per totum. Similiter non eſt tale crimen in
3 quo poſſit diſpẽſari quando fuit relapſus quia † cum vero hereti
co ⁊ relapſo non põt diſpẽſari ſup pena, licet velit redire ad fidem,
vt in alleg. c. accuſatus. de here. ⁊ eo. titu. excommunicamus lo pri
mo. §. illos. ſm eos. niſi fuerint bona ex miſericordia relaxata: ⁊ tũc
poteſt imponi pena pecuniaria ex quo tunc habet bona quando
non fuit relapſus, ſed debet hereſim abiurare vt predicitur et in
fra dicetur.

Summarium.

1 Sentiẽs aliter de articulis fidei ꝙ̄ romana eccleſia an hereti
cus ſit habendus.
2 Hereſis eſt duplex.

Capitulum. xxj.

1 Et quia ſupradictũ eſt qd
† qui aliter ſentit de articulis fidei quã romana ec
cleſia dicitur ſtricto modo hereticus ⁊ patet in al
leg. c. accuſatus. §. j. eſt intelligẽdum quando expli
cite ⁊ ptinaciter hoc ſentit nõ aũt qñ ex leuitate vel
errore vel ex ira: qꝛ tunc largo modo intelliguntur heretici vt ex p
dictis pz, ⁊ ſic intelligit glo. xxiiij. q. iij. §. quia vero. que dicit qd lar
go modo dicit hereticus qui male ſentit de articulis fidei, ⁊ ſic iu
deus ⁊ infidelis dicuntur heretici, vt ibi. ⁊ hereticus dicitur infide
lis ſm Tho. ij. ij. qd. x. arg. iij. ⁊ ſimiliter quando implicite ⁊ indire
cte verba proferuntur, vel aliquid ſit quod põt dici hereticũ vel to
lerari non eſſe hereticum, ⁊ hoc videtur ſentire Tho. ij. ij. q. xj. arti.
ij. circa medium. dicens qd circa falſam opinionem quãtũ ad fidez
pertinet aliqua poſſunt ptinere fidei dupliciter. Uno modo dire
cte ⁊ principaliter, ſicut articuli fidei: alio modo indirecte ⁊ ſecũda
rio ſicut ea ex quibus ſequitur corruptio alicuius articuli, et circa
2 vtrunqꝫ põt hereſis eſſe eo modo quo ⁊ fides ⁊ ſic † hereſis alia gra
uis alia leuis. ⁊ hoc eſt qd vult. l. ij. C. de here. ibi vel leui argumẽto,
ſimiliter in conſultatione demonũ. nã dicũtur fieri quedam pacta
federata ſeu expreſſa dum expreſſe demones inuocantur, vt ſi quis
vacat in augurijs ⁊ caracteribus ⁊ ſimilibus: qꝛ in his nõ videtur in
tantum peccare vt primo caſu dicatur quis hereticus ſtricto modo
ſecũdo caſu dicatur hereticus largo modo vt predicitur et ſimiliter
dici poteſt de ſimoniaco, vt. j. dicetur.

Summarium.

1 Penam alterare poteſt inquiſitor ſm perſonarum qualitatẽ
⁊ delicti modum.
Hereticus non dicitur omnis mortaliter peccans.

Capitulum. xxij.

1 Ex quibus patet quod inqui
ſitor † põt alterare penã ſm qualitatẽ pſonarum ⁊ modum
delicti. Itẽ qd procedere nõ põt ꝫ aliquẽ tanꝙ̄ ſuſpectũ
⁊ infamatum de hereſi largo modo dicta. non enim omnis morta
liter peccans dicit hereticus, nõ enim a fide recedit repugnãs obe
dire pceptis dei, ſed cũ diſcedit a fide vel aliquo eius articulo: tũc vi
detur omnino a deo retrocedere. nã ad fidẽ ptinet nõ ſolũ credulli
tas cordis, ſed etiã pteſtatio exterioris fidei p verba exteriora vel fa
cta, ⁊ p hunc modum quedã exteriora verba vel opa ad infidelitatẽ
pertinet figura infidelitatis. ſm beatũ Tho. ij. ij. q. xij. arti. j. ⁊. ꝫ. in
ver. Et eſt conſiderandum qd viſus.

Summarium.

1 Hereticus omnis non perdit bona.
2 Contumax hereticus dicitur ⁊ infidelis.
3 Hereſis eſt de foro canonico.

Capitulum. xxiij.

1 Item attendenduz quod
† non oĩs hereticus pdit bona: qꝛ aut ſtricto modo
eſt hereticus, ⁊ pdit: aut largo modo, ⁊ nõ pdit: qd
ex hoc ſeqret: qꝛ multi clerici deberent pdere bona
poſt ſniam ratione ſimonie, ꝙ prima ⁊ precipua he
reſis eſt, ⁊ omnia crimina in cõparatione illius quaſi pro nihilo re
putantur. j. q. vij. c. ſi. Uerius videt de magnis hereticis hoc intel
ligẽdum. vnde ſi ſimoniacus ſacramẽta puertẽdo, ordines ⁊ digni
tates vẽdendo, crederet gratiã ſpiritusſancti nõ eſſe a deo ſed a vir
tute quadã ſupna ⁊ creata: talis diceret ſimoniacus a ſimone mago
⁊ perdere dz bona, ⁊ memoria eius damnat. Si vero hoc non crede
2 ret, nihilominus commiſit delictum ſimonie. Itẽ † contumax dici
tur hereticus ⁊ infidelis. lxxxj. di. ſi qui preſbyteri. xxix. diſtin. nulli
fas. erat enim ille contumax in non faciẽdo quod iubebat eccleſia,
⁊ ſic poteſtati dei ⁊ eccleſie, que a deo eſt, reſiſtit, ſed non ſic fieſſet cõ
tumax in non veniẽdo: quia pena cõtumacie ſtatuta eſt a iure ſcri
pto vel conſuetudine in ſuis caſibus, abſurdum eſſet vt pro quali
bet contumacia ſi ſic vocatus non veniret eſſet hereticus, ⁊ ſic de
ſtruerentur omnes tituli de requiren. reis. Unde oportet intelligi
in contumace quando non venit: quia vilipẽdebat iudicem in op
probrium fidei, credẽs nõ eſſe poteſtatẽ a deo vt dicit apoſtolus ad
Roma. xiij. c. xxiij. qd. j. quid culpatur. ſpernẽdo claues eccle ⁊ ro
manã eccleſiã ⁊ eos miniſtros ⁊ prelatos q omnes a deo ſunt. xxij.
diſtin. omnes. ſm eundẽ And. vbi ſupra, cuius ſunt hec oĩa verba
in effectu. licet diffuſe loquat: ſed hec procederẽt in foro ciuili quã
3 tum ad hereticos iſtius iuris: ſed † in foro canonico in quo hodie
de hereſi eſt cognoſcẽdum ⁊ iudicandum cum ſit tale crimen eccleſia
ſticum, ⁊ ipſo iure bona pdantur, tamẽ ipſa bona non capiuntur p
poteſtatẽ ſecularẽ anteꝙ̄ ſit lata ſnia per iudicẽ eccleſiaſticum, vt in
all. c. cũ ſecundũ. de here. nõ eſt de hoc inſiſtẽdum: quia hodie qua
liſcunqꝫ ſit hereticus nõ auferunt ab eo bona niſi verbo vel opere
ſiue facto ptinaciter aſſerat vel ſentiat ꝫ fidẽ: ⁊ ob hoc permittat ſe
clamari nec poſtea ſtatim reuertit ad fidẽ vt iam dictũ eſt. ꝫ. ⁊. j.

Summarium.

1 Hereticorum magnorum bona confiſcantur etiam ſi habeãt
filios catholicos.

Capitulum. xxiiij.

1 Item premittendũ qd bona
hereticorũ † magnorũ ꝯfiſcant etiã ſi hereticus habeat fi
lios catholicos, tã in terris eccle ꝙ̄ imperij vt plene no.
de here. vergẽtis. lꝫ aliud dixit ibi Jo. an. ſm Ant. de but. ibi poſt
doc. alios. ⁊ pbat in alleg. c. cũ ſecundũ. iuncta glo. in ver. ipſo iure.
in fi. ⁊ idẽ tꝫ Dñicus poſt eundẽ Anto. in. c. accuſatus. §. ſi vero. de
hereti. in. vj. qñ moritur poſt damnationem.

Summarium.

1 Obſtinatus dicitur pertinaciter affirmare.
2 Pertinax quis dicatur.
Hereſis inquantum importat pertinaciam eſt ſpecies peccati in
ſpiritumſanctum.
3 Mandata eccleſie nõ pertinaciter trãſgrediẽs hereticus nõ dicit.

℣ Capitulum .xxv.

ITem dicitur pertinaciter

1 affirmare ille q† eſt obſtinatus vel quoquomodo nõ vult ſe remouere de opiniõe ſua ſm Jo. de imo. in cle. j. de vſuris. ⁊ ibi addit ꝙ licet non affirmet vel neget ſed taceat: tñ pertinaciter credit non eſſe peccatũ cõmittere vſuras dicit̃ hereticus ex mẽte, facit qđ dicit beatus Tho. ij. ij. q. iij. ar. ij. ibi, ſi qs interrogatus de fide taceret: ex hoc crederet̃ vel qđ nõ haberet fidẽ, vel qđ fides nõ eſſet vera. Itẽ dicit̃ ptinax ſm Anto. de but. ibidẽ ille qui valde imprudenter tenet aliqđ hereticũ. hinc eſt qđ dicit Tho. ij. ij. q. cxxxviij. ar. ij. ℣ Quod ptinax
2 † dicit̃ eo ꝙ in propoſito ſuo ad victoriã pſeuerat plus ꝗ̃ oportet ſm eũ. Unde hereſis inquantũ importat ptinaciam eſt ſpecies peccati in ſpiritũſanctũ: q2 eſt impugnatio agnite veritatis, ſm eũdem in. iiij. di. xiij. ar. xvj. in ſi. Item dicit Bar. ff. de ſuſpe. tuto. l. tutor. §. tutor. qui repertoriũ, ꝙ ille dicitur ptinaciter reſiſtere qui iudici precipienti nõ obedit, ⁊ ſic facit ꝙ ille poſſit condẽnari vt hereticus ptinax qui inqſitori aliqđ aſſerenti non credit. Unde dicitur in. c. cum cõtumacia. de here. in. vj. animo ptina. nam illo caſu propter contumaciam ⁊ excõmunicationem preſumit̃ in dubio ptinacia niſi aliud appareat, puta q2 inqſiuit de iudice, vel inſtabat pro abſolutione, vel offerebat ſatiſfactionem ⁊ his ſimilia. Alibi vero non pſumitur ptinacia niſi de illa conſtet, vt in clemẽ. j. §. porro. de ſum. trini. ⁊ de vſuris. cle. ex grau. §. ſane. ſm docto. in alleg. c. cum
3 contumacia. Sed ſi quis † non ptinaciter mãdata eccleſie tranſgreditur, non dicitur hereticus lʒ peccet vt predicitur, ⁊ ſic intelligi dʒ quod legitur ⁊ no. xx. di. nulli fas eſt.

Summarium.

1 ☞ Eps vel inquiſitor qñ procedat in inquiſitione hereſis.
Inquiri põt cõtra aliquẽ de hereſi ex leui ⁊ modica preſumptione.

℣ Capitulum .xxvj.

ITem in hac materia ſic eſt

1 † procedendum p epm ⁊ inquiſitorem vel diuiſim vz primo inqratur de veritate infamie. nã ex leui ⁊ modica pſumptione inquiri põt ↄtra aliquẽ de hereſi, vt probat̃ de here. c. accuſatus. §. j. lib. vj. ⁊ ſic in famia dʒ pcedere, alias ſi inqſitus exciperet ꝙ infamia non preceſſit nõ valeret inquiſitio, vt de accuſa. c. j. ⁊. ij. ⁊ ibi per glo. ⁊ doc. etiã ſi iure ordinario eps procederet hoc caſu ſm Ant. de but. poſt lapum in cle. j. de vſuris. Sed ſi non exciperet ſed cõfiteret̃, non põt poſtea opponere ꝙ infamia non preceſſit, vt in alleg. c. j. ⁊. ij. de accu. lib. vj.

Summarium.

1 ☞ Infamia reperta vel non, an procedẽdum ad inquiſitionem.
2 Proceſſus ſup crimine hereſis qñ poſſit fieri ſummarie, ſimpliciter ⁊ de plano ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij.
3 Audiri debet ſtatim poſt lapſum redire volens ad ſanctam matrẽ eccleſiam.
4 Hereſis qualiter debeat abiurari.
5 Deus facilius ignoſcit ꝗ̃ eccleſia.
Durius agitur cum lege ꝗ̃ cum miniſtro legis.

℣ Capitulum .xxvij.

UNde reperta infamia vel

1 non † repta quando non eſt appoſitum proceditur ad inquiſitionẽ, ⁊ inqſitus monebit̃, citabit̃, et examinabitur: ⁊ ſi ↄfiteatur bene quidẽ, ſi autẽ neget, dʒ incarcerari, nõ ꝙ vinculet̃, ſed committitur cuſtodibus vel fideiuſſorib⁹ q promittant ꝙ ille non recedet de loco ſtatuto, ⁊ hoc ſi crimen hereſis non ſit graue, alias debet teneri in carcere cuſtodiali. põt enĩ poni in compedibus, vt in cle. j. de here. ⁊. c. vt inquiſitionis. eo. ti. in. vj. p Anch. ⁊ eſt ſpeciale in cauſa hereſis, vt iudex eccleſiaſticus poſſet incarcerare laicũ, vt pʒ in. c. vt commiſſi. de here. lib. vj. ⁊ cle. j. eo. ti. ſm Dñicum. de offic. or. cũ epo. lib. vj. ⁊ poſtea fienda eſt inquiſitio ſup crimine hereſis ⁊ dabunt̃ capi-
2 tula ⁊ † proceſſus qui fieri põt ſummarie ſimpliciter ⁊ de plano ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij, vt in. c. ſi. eo. tit. lib. vj. ⁊ accuſatoris ⁊ teſtiuꝫ noĩa, prout de iure, debẽt publicari ſm quod patet in clemẽ. ſepe. de verb. ſigni. niſi forte immineret graue periculum ipſis accuſatori ⁊ teſtibus: q2 tunc nomina eorum non ſunt publicanda niſi corã perſonis, videlicet vt ſi inquiſitor procedat: ⁊ tunc coram epiſcopo vel eius vicario, ſed quando procedit epiſcopus: ⁊ tunc coram inquiſitore ſi haberi poſſit cõmode copia ipſius, vt patet. eo. c. fin. demum facto proceſſu conſiderandum eſt, aut eſt plene probatum, aut ſemiplene, aut in nihilo. primo caſu omĩa bona ipſo iure ſunt confiſcata, ⁊ ipſo iure eſt excommunicandus, vt eo. titu. c. vergentis. ⁊. c. excommunicamus. lo primo. ⁊. c. cum ſecũdum. libro ſexto.
3 Si tamen talis ſtatim † vult redire ad ſanctam matrem eccleſiam audiri debet, ſi abiuret hereſim ⁊ cõgruã ſatiſfactionẽ exhibeat, vt eodẽ titu. c. ad abolendam. ⁊. c. excõmunicamus. ⁊. c. vergẽtis. ⁊ epiſcopus vel inquiſitor eum abſoluere poteſt ab excommunicatione iuxta formam eccleſie ⁊ etiam a ſententijs excommunicationum, quas ter in anno profert papa diebus ſolennibus contra hereticos ſm Ancha. eo. titu. vt officium. in princ. libro ſexto. ⁊ debet poni in carcerem perpetuum penalẽ, ſed hodie põt talis pena mitigari ⁊ commutari etiam poſt ſententiam condẽnationis ſm eundem Ancha. vt patet eodẽ titu. c. vt commiſſi. §. ⁊ illorum. ⁊ ibi de hoc per eundẽ Ancha. et docto. in clemẽ. multorum. eo. tit. Unde iſto caſu iudex non hʒ ferre ſentẽtiam diffinitiuam ſed interlocutorie declarare vz: quia te inuenimus p tuam confeſſionẽ vel probationes legitimas incidiſſe in hereſim: nũc aũt ſaniori vſus conſilio vis, vt aſſeris, ad vnitatem eccleſie de corde puro ⁊ fide non ficta redire, idcirco te in primis ab iurata omni heretica prauitate iuxta formã eccle ab excommunicationis vinculis quibus tenebaris aſtrictus autoritate qua fungimur in hac parte abſoluimus: ſi tamẽ ad eandem eccleſiã corde puro ⁊ iniuncta tibi mandata ſeruaueris: ⁊ quia in deum ⁊ ſanctam eccleſiam modo pdicto temere deliquiſti ad cõdignam penitẽtiam pagendam in ppetuum carcerem te recludi volumus ⁊ pcipimus ibi ppetuo pmanere, vel ad aliam penam arbitrariam cum poſſet illam mutare, vt predicitur, ⁊ caute fertur hec ſententia ſub conditione, quod fieri poteſt, iuxta ea que leguntur ⁊ notã p docto. de ſentẽ. excommuni. eos. in. vj. quia ſi ſponte recederet poſtea a carceribus ſibi datis in penitẽtiam ⁊ in penam appareret non abſolutus ⁊ poſſet p talem fugam damnari vt hereticus: quia fingeretur ficte conuerſus ſm docto. in all. c. vt commiſſi.
4 vt predixi. ⁊ debet † hereſim abiurari ſm formam. c. ego berẽgarius de conſec. diſtin. ij. ⁊. j. q. vij. quantus. ⁊ de purga. ca. c. inter. nam dʒ anathematizare ⁊ maledicere illam hereſim in quam inciderat, ⁊ pdicare contra illam ⁊ firmiter profiteri ſe tenere quod ſancta mater eccleſia tenet ⁊ ſentit, ⁊ nunquã in hereſim illam incidere, nec in illos actus in quibus fuerat ſuſpectus ⁊ diffamatus, vt patet in allega. iuribus. poſtquam abiurationem hereſis, bona debent ei reſtitui, vt in allega. c. vergentis. ſi tamẽ poſt abiurationẽ hereſis rediret in hereſim illam vel aliam quando ſimpliciter vel generaliter iurauit vel penitẽtiam non fecit, tunc debet talis vt relapſus relinqui curie ſeculari ſine nulla audiẽtia, vt eo. titu. c. ad abolendam. §. illos. ⁊. c. excommunicamus. lo. ij. ⁊. c. accuſatus. libro. vj. dummodo prius condemnetur, vt relapſus per eccleſiã. alr iudex ſecularis non poteſt extendere manus quo ad illum vel eius bona, vt patet de hereticis. cum ſecundum. libro ſexto. ⁊ infra dicitur in ver. ſecundo caſu: ⁊ tunc non dabitur illi venia quo ad penam temporalem, ſed tantum quo ad ſacramẽtum penitẽtie, vt eo. tit. c. ſup eo. vnde
5 idẽ Pet. de ancha. ibi dicit collige ꝙ † deus ignoſcit facilius ꝗ̃ eccleſia, q̃ non niſi ſemel, vt hic deus aũt ſeptuageſieſſepties. vt de in reiuran. c. quẽadmodum. quia durius agitur cum lege ꝗ̃ cum miniſtro legis, vt. ff. de arbi. celſus ſm eum, dicẽdum ſm beatum Tho. ij. ij. qſtio. xj. arti. iiij. qđ in iudicio dei recipiuntur ſemp redeuntes: q2 deus ſcrutator eſt, ⁊ cognoſcit vere reuertẽtes, ſed hoc eccla imitari non põt: nam pſumitur eos nõ vere reuerti qui cũ recepti fuiſſent ſunt iterum relapſi, ⁊ ideo eis viam ſalutis non denegat, ſed a periculo mortis eos non tuetur: vnde quantum ad Zñum dicit qđ dñs loquitur Petro de peccato in eo cõmiſſo, qđ eſt ſemp dimittẽdum, vt redeunti parcatur, non autẽ intelligit̃ de peccato in Chriſtum vel in deum commiſſo: quia non eſt noſtri arbitrij dimittere, vt Hieronymus dicit ſm eum.

Summarium.

1 ☞ Inquiſitus ſi non vult redire ad eccleſiã ſed perſiſtit in hereſi, an ſit condemnandus.
2 Clericus cõuictus de hereſi, an poſſit p epm reconciliari eccleſie.

℣ Capitulum .xxviij.

SI vero inquiſit⁹ non vult

1 † redire ad eccleſiã, ſed pſiſtit ptinaciter in hereſi: et tunc eſt condẽnandus dũmodo ſiat condẽnatio de conſilio aliquorũ iuriſperitorum honeſtorum vidẽtium totum proceſſum, vt eodem titulo. c. fina. et deinde eſt relaxandus curie ſeculari, ſed ſi clericus eſt, debet prius degradari per ſuum epiſcopum a ſuis ordinibus, et bona ipſa

poſſunt per fiſcū occupari, vt in alleg.c.excōmunicamus.§.j.ꝛ.c.cū
ſcōm.cōiuncto.c.j.eo.ti.in.vj.niſi ſtatim poſt cōdemnationē talem
2 reuertatur ad fidē ꝛ peniteat: qꝛ† tunc epꝰ ꝛ inqſitoꝛ poſſunt eū re-
conciliare eccleſie ꝛ parcere ſibi vitam. verū tradi debet ꝑpetuo car-
ceri, ꝛ ſic penā moꝛtis cōmutare in penā carceris, ꝛ penam carceris
commutare poſſunt vt predicitˀ in pecuniariā, ſecus ſi ex interual-
lo reuertuntur poſt ſniam: qꝛ tunc nō reconciliatur ſine autoꝛitate
pape.ar.o.c.excōicamus.§.ſane.ſm docto.in alleg.c.excōicamus.j.
ꝛ.ij.ꝛ And.de yſer.in auſ.gazaros.in ti.de ſta.cōtra liber.ecc.ſed ſi
iterum relabitur in hereſim abiuratam, caret omni venia niſi quo
ad penitentiam vt dictum eſt.

Summarium.

1 Deprehenſus in hereſi ſed non damnatus an poſſit ſtatim re
dire ad eccleſiam.
2 Eccleſia dilationem dat his quos conſtat eſſe hereticos, ꝛ eos ad-
monet ve reuertantur.
Relapſus quis pꝛopꝛie dicatur.

Capitulum.xxix.

Etidem ſi non ſit damna-
tus p ſniam, ſed deꝑhenſus in hereſi vt redire ſta
tim poſſet, ſed ꝑpetuo carceri tradeˀ, vt.d.c.excom
1 municamus.lo.ij. quia† timēdus eſt ne alios corrū
pat, vel oīmodo ſit repꝛehenſus in actu notoꝛio p
rei euidentiā: puta qꝛ pub. hereſes predicabat, ſed qn̄ deꝑhendiˀ
p confeſſionē aut per teſtes quos non potuit repꝛobare ꝛ vult ab-
iurare hereſim ꝛ redire, ſi iudex videat eum cōtritū ꝛ ſperat de ſua
reuerſione, imponat penitētiam ſalutarem ad ſuū arbitriū vel ꝑpe
tui carceris, vel aliam penam ſm Hoſti.in ſum.de here.§.qualiter
deꝑhendiˀ.ꝛ Andre.de yſer.in.d.auſ.gazaros qꝫ hodie eſt expe-
ditum: qꝛ pena carceris poteſt mutari, vt ꝑdiciˀ, ꝛ quāqꝫ dixerim qꝫ
poſt condemnationē ꝛ defenſionem ſi ſtatim reuertiˀ eſt recōſilian-
dus ꝛ non ex interuallo, vt videtur dici in allega.c.ad abolendam.
ibi, continuo ꝛ cōfeſtim: non eſt ita amare intelligendum vt verba
ſonant hoc caſu, niſi intelligamus de his contra quos condemna-
tionis ſnīa lata erat ꝛ qui abiurauerunt hereſim. facit de hereti.c.
2 ſuper eo.lib.vj. hinc eſt† qꝫ eccleſia his quos conſtat eſſe hereticos
dilationē dat ꝛ eos admonet vt reuertātur. ita dicit Cald.in ꝯſi.ij.
in ſi.ſub tit.de hereti.ꝛ ibi dicit qꝫ ille ꝑpꝛie diciˀ relapſus, q lapſus
cōuerſus recidiuauit, vel poſt abiurationē incidit in hereſim, vt in
alleg.c.ad abolendam.ꝛ.c.accuſatus.de here.in.vj. ſm eum. Unde
hoc caſu poteſt inquiſitoꝛ penam etiā ex interuallo mitigare, ꝛ mi-
ſericoꝛdiam ꝛ gratiā facere vt predicitur, ꝛ etiam ſatiſfacere eccleſie
debet inquiſitus, ꝛ erroꝛem ſuum ad arbitrium epi regionis publi
ce abiurare ꝛ ſatiſfactionē congruam exhibere, alias non diciˀ vere
penitens ſm Abbatem ſiculum in allega.c.ad abolendam. et per
dominos de Rota in antiquioꝛibus deciſionibus in titu.de here
ti.deciſio per do.Bertaldum.

Summarium.

1 Bona damnatoꝛum ꝛ reconciliatoꝛum an debeant confiſcari
vel confiſcata debeant reſtitui.
2 Crimen hereſis eſt iuris eccleſiaſtici.

Capitulum.xxx.

Ed an bona iſtoꝛum con
1 demnatoꝛū† ꝛ recōſiliatoꝛū debeant confiſcari, vel
ſi ſunt confiſcata debeant reſtitui, cū talia dicātur
cōfiſcata a die cōmiſſi criminis. licet occupatio fie-
ri non poſſet ante latam ſniam ſuꝑ crimē, vt in alˀ.
c.cum ſcōm.ꝛ certe glo.l.xxiij.q.iij.viſum.tenet qꝫ ſunt reſtituenda
etiā ſi ſunt occupata, ꝛ hoc de miſericoꝛdia: ꝛ ſi non ſunt occupata,
non ſunt occupanda ſm Pau.in cle.j.de here. qꝫ dictū eſt de occu
patis, eſt intelligendum niſi ſint in alium tranſlata ꝛ alienata. arg.
auſ.de neſtoꝛianis.C.de heret.ꝛ no.in.l.fin.C.de ſen.pat.per.Cy.ꝛ
Bar.ſm Jo.de imol.in alleg.cle.de hereti.ꝛ hoc eſt intelligenduꝫ
2 de damnatis vel deꝑhenſis in hereſi ꝛ reuerſis ſtatim: qꝛ cum† cri
men hereſis ſit eccleſiaſticū, vt eo.ti.c.vt inquiſitionis.lib.vj. poteſt
eis facere gratiā ꝛ ſecū indulgere pōt eis vitam qn̄ ſtatim redeunt,
vt predicitur, ꝛ ſic bona vt no.Pe.de anch.e.tit.ꝛ li.c.accuſatus.§.
ſane.in.iij.notabi.ſed aliud in relapſis vt premittitur. Sed hodie
ſm quandam papalem conſtitutionem bona hereticoꝛum diuidū
tur in tres partes: vna attribuiˀ iudici ſeculari. Alia officialibus q
negotia inquiſitionis peregerunt. Tertia eccleſie romane pro tui-
tione officij, vt dicunt docto.in allega.c.cum ſecundum.

Summarium.

1 Crimine hereſis ſemiplene pꝛobato, ſi quis eam negat, ſup-
ponendus eſt toꝛture.
2 Hereſim debet abiurare quilibet ſuſpectus de hereſi, ſiue ſit leuis,
ſiue vehemens ſuſpitio.
3 Pꝛeſumptio vehemētiſſima requiritur in ꝯdemnatione hereſis.
Pꝛobationes luce meridiana clarioꝛes requiruntur in crimine he
reſis.

Capitulum.xxxi.

Ecundo caſu quādo repe
1 ritur† ſemiplene pꝛobatum puta foꝛte per vnū teſ
tem vel grauem infamiam ꝛ inquiſitus inficiaˀ ſeu
negat: tunc debet toꝛmentari, vt in alle.cle.j.de he-
re.ꝛ ibi p Jo.de imo.ꝛ hoc ad inſtar criminis maie-
ſtatis.C.ad.l.iuliā ma.q̄ſq̄s.ꝛ tūc ſiquidem cōfiteatur ꝛ ꝑſiſtat in he
reſi, eſt puniendus vt cōfeſſus vel ꝯuictus.ij.q.j.nos in quēqꝫ. Si
vero non cōfiteatur, tūc ſi eſt diffamatus indicenda eſt ei purgatio
ꝛ ſi defecerit in ea, puniet. Nā ſi ꝑpter hoc eſt citatus vt veniat de
fide reſponſurus, ꝛ qꝛ nō venit eſt excōicatus, ꝛ ꝑſiſtit in excōicatio
ne ꝑ annum, qꝫ poſtea eſt velut hereticus ꝯdemnādus, vt in alleg.
c.excōicamus.§.qui aūt.ꝛ eo.tit.cū ꝯtumacia.in.vj. Si vero ſe pur-
gauit, ꝛ tūc ſi adeſt vehemēs preſumptio ꝯ eum, pōt imponi tem-
poꝛalis pena.de preſum.c.literas. Si vero eſt leuiter ſuſpectˀ: tunc
nō imponiˀ pena, ſed leuis penitētia ſibi iniungiˀ.ꝛ nihilominus
2 abiurauit hereſiꝫ: qꝛ† quilibet ſuſpectus de hereſi ſiue ſit leuis ſiue
vehemēs ſuſpitio debet abiurare hereſim, vt in alleg.c.accuſatus.
in prin.ꝛ.ij.reſpon.ꝛ ſi poſt talē abiurationē labitur in hereſim: tūc
ſi fuerit antea vehemēter ſuſpectus, iudicabiˀ relapſus ꝛ ꝯdēnabiˀ
de hereſi, ꝛ pena relapſoꝛum puniendus eſt, nam tradendus eſt cu
rie ſeculari ſine ſpe alicuius audiētie, vt in alleg.c.ad abolendā.§.
illo a.niſi quoad ſacramēta eccle.ꝑ alle.c.ſuꝑ eo.vt predicitur. Si
vero erat leuiter ſuſpectus, tūc non iudicabitur vt relapſus, lꝫ gra
uiter ſit puniendus: qꝫ ſi tunc nō abiuraſſet hereſim, ſed non pena
relapſoꝛum: qꝛ ſi vult reuerti ad fidē eſt audiēdus, vt in alˀ.c.accuſa
tus.ibi p doc.ꝛ hoc eſt ver: niſi tūc poſt deꝑhēſionē ꝯſtaret plene
de illo crimine de quo pꝛius erat leuiter ſuſpectus: qꝛ tunc eſt pu-
niendus pena relapſoꝛū, vt plene no. Anch.ibidē, ꝛ iſta abiuratio
eſt fienda in iudicio vt ibi. hinc eſt qꝫ licet qs continuaret hereſim
multo tꝑe nunquā poſſet vt relapſus puniri, ſed ſi quis p modicū
tꝑis ſpatium fuiſſet deꝑhenſus in hereſi ꝛ abiuraſſet eum ꝛ iterū
poſtea eſſet deꝑhēſus cenſereˀ relapſus ꝛ ſic talis abiuratio me-
dia aggrauat deꝑhēſum in hereſi ſm eundem Pe.de anch.ibi.
3 Unde tenet qꝫ† quoad condēnationem de hereſi requiritur ꝑſum
ptio vehemētiſſima, ſed quoad purgationē ſufficit ꝑſumptio ve-
hemēs. hinc eſt qꝫ in crimine hereſis reqrūˀ pꝛobationes luce me
ridiana clarioꝛes. ꝛ ita dicūt Moder.in.c.excōmunicamus.lo.j.de
hereti.ꝛ per Cal.ꝛ infra ſequitur.

Summarium.

1 Foꝛma purgationis canonice per inquiſitum preſtande.
2 Pecunia recepta cancellatur proceſſus.

Capitulum.xxxij.

1 Et purgatio† hoc mō eſt fienda, vt habeˀ de
pur.ca.ꝑ totū. maxime in.c.fin.
qꝛ infamatˀ dꝫ coꝛpoꝛaliter iurare corā iudice crimē he-
reſis de quo eſt infamatˀ minime cōmiſiſſe, ꝛ cōpurgato
res infamati coꝛpoꝛaliter iurabūt qꝫ credūt eū verū iuraſſe, vt pꝫ in
alleg.c.ſi.ꝛ eſt in arbitrio iudicis quot ꝛ quales debeāt eſſe cōpurga
toꝛes, vt eo.ti.c.inter.ꝑ gl.ꝛ doc. hec ſunt notanda ꝯtra nonnullos
2 iudices: qꝛ† pecunia recepta cancellaˀ ꝑceſſus: qꝛ male faciunt, ſed
ꝑcedere debēt vt eſt premiſſum. Inſuꝑ ſunt tales ꝑceſſus vtiles ad
pꝛobādū aliquē eſſe relapſum ꝛ puniri pena relapſoꝝ ſi foꝛte per il
los ꝑceſſus pꝛobari pōt de hereſi abiurata, ex his patet qꝫ ad con-
dēnationē de hereſi requiriˀ preſumptio violentiſſima, ſed ad pur
gationem ſufficit preſumptio vehemēs. hinc eſt quod in crimine
hereſis requiruntur pꝛobationes luce meridiana clarioꝛes, ꝛ ita di
cunt Abb.ſic.ꝛ doc.alij Moder.in.c.excōmunicamus.lo.j.de he
re.ꝛ per Cal.in cōſ.v.ſub eodē ti.

Summarium.

1 Inquiſitore nō pꝛobāte, abſoluendus eſt inquiſitus.

Capitulū

Capitulum.xxxiij.

1 Tertio† modo quãdo nihil eſt probatum non reſtat niſi abſolutio.

Summarium.

1 Habilitas et inhabilitas teſtium an conſideranda in cauſa hereſis.
2 Teſtes ſingulares an probent in cauſa hereſis.

Capitulum.xxxiiij.

1 Inſuper eſt ſciendũ † quod in cauſa hereſis inhabiles et excommunicati crimi-
noſi et infames ⁊ ſocij ⁊ participes criminis inducun-
tur in teſtes, vt de hereticis. in fidei. lib. vj. ⁊ ibi p doc.
hinc eſt qđ dicit Anch. ibi. ⁊ in. c. vt offi. eo. ti. ⁊ li. ꝙ licet argu-
menta ſufficiant ad conuincẽdũ quẽ de hereſi, illa tamẽ debẽt ple-
ne probari ⁊ ſufficit ꝙ probetur per duos teſtes ſm eundem Pe.
de Anchara. ibidem. ⁊ plenius ibi per dominicum. ⁊ per Anto. de
But. de here. excõicamus. Jo. ſ. circa fi. quod eſt intelligẽdũ quo ad
cõdẽnationẽ penarũ, ſecus quo ad condẽnationẽ pnle: qꝛ tunc ſuf-
ficiunt teſtes ſingulares. ⁊ ſic intelligit qđ no. Inno. ⁊ cõiter dõs de
2 accu. c. qualiter. Scđo† qđ in cã hereſis probant teſtes ſingulares,
licet Hoſt. teneat cõtrarium que op. hoſ. hꝫ locum quo ad primuꝫ ca-
ſum cõdẽnationis penarũ, ſed opinio Inno. quo ad ſcđꝫ. ſ. pnlam.
ad hoc facit qđ no. Jo. imo. poſt Hũſ. in alle. cle. ij. dicẽs, ꝙ licet in alijs
criminibus in dubio tutius ſit nocentẽ abſoluere ꝙ innocentẽ con-
dẽnare: tamen in hoc crimine in dubio preſumendum eſt pro here-
ſi quo ad effectum pnle imponẽde. de preſump. literas. ⁊ ſic intelli-
gitur qđ no. Inno. de ſimo. ſicut. vbi dicit ꝙ licet in alijs criminib⁹
requirant pbationes luce meridiana clariores, tamẽ in crimine he-
reſis ſufficiunt minores ſecundum eundem Imolam.

Summarium.

1 Forma examinãdi teſtes in cauſa hereſis.
2 Inquiſitor vel eius ſubſtitutus nõ põt quis eſſe niſi quadrageſimũ attigerit annum.
3 Caſus in quibus procedere nõ põt eps ſine inquiſitore, ⁊ econtra.

Capitulum.xxxv.

1 Item in cauſa hereſis †circa examinatio-
nẽ teſtiũ debẽt adeſſe due
perſone diſcrete ⁊ religioſe non ſeculares clerici preter
inquiſitorẽ ⁊ notarium vel preter duos viros idoneos
loco notarij, que perſone tenenẽ parere hoc caſu inquiſitori vt all.
c. vt officium. §. verum. ⁊ ibi per doct. quod non procedit quando
eps inquirit quia non hꝫ neceſſe perſonas religioſas cõuocare, ſed
tantũ notariũ per regulam. c. qm cõtra. de proba. que non dꝫ dici
mutata niſi expreſſe dicatur de Epo. Unde cum hic de inquiſitore
loquatur non eſt intelligendũ de Epiſcopo. ad hoc facit gl. in ver-
bo, cõmiſſarijs. eo. ti. cle. nolẽtes. que dicit de pena de qua ibi nõ hꝫ
locum in Epo. qꝛ de eo non loquitur, ⁊ ſimiliter tẽpore xl. annoruꝫ
nõ hꝫ locum in Epo: qꝛ de inquiſitore, ⁊ nõ epo loquitur pale. cle.
2 nolentes. nam quis nõ† põt eſſe inquiſitor ſeu ſubſtitutus eius ni-
ſi attingerit. xl. annũ vt ibi dicitur. ⁊ ibi p doc. non ob. c. per hoc. in
fi. de here. in. vj. vbi dicitur ꝙ epiſcop⁹ in procedẽdo debet ſeruare
illum modũ queꝫ inquiſitores ab apoſtolica ſede deputati ſeruare
debẽt: quia habent locum qñ ambo cõiter procedunt. hinc eſt qđ
dicit ibi Anch. ꝙ ppter cõmunionem quã hñt inſimul in procedẽ-
do debẽt epi ſeruare cõſtitutiones quas ſeruare debent inquiſito-
res, nã aliud dicẽdo ſequeret qđ ſi ſolus eps procederet inquirẽdo
ſm iura cõmunia ⁊ nõ obſeruaret moduꝫ datũ inquiſitori ſue dioc.
forte per eã ibi cognitũ nõ valeret pceſſus, cũ quotidie plures for-
me procedẽdi limitatur inquiſitoribus in literis. quod nõ eſt dicẽ-
dum, maxime qꝛ tex. alleg. c. vt officiũ loquitur de religioſis non ſe-
cularibus qui conueniũt in religione cum ipſis inquiſitoribus ſed
non epis, qui vt plurimũ ſunt clerici ſeculares. Item †qꝛ eps ſine
inquiſitore vel econtra non poteſt procedere in tribus caſibus de
quibus infra. ⁊ hic caſus examinationis teſtium non eſt de illis er-
go ceſſat all. c. per hoc in alijs caſibus ꝙ tribus.

Summarium.

1 Teſtes qui cogantur in cauſa hereſis.

Capitulum.xxxvj.

1 Item in hac cauſa †et dependenti-
bus ab ea poſſũt
teſtes qui ſe ſubtrahunt cogi ad examinationẽ: quia
qui celat veritatem peccat mortaliter: ⁊ etiã ſi neceſſe
ſit poſſunt repeti ſi confuſe depoſuerunt vel non dixe-
runt de cauſa ſcientie, vel de alijs vt no. doc. maxime dominicus in
all. c. vt officiũ. poſt Jo. an. quinimo poſt publicatas atteſtationes
poſſunt teſtes alij recipi ex quo ex officio non ad petitionem par-
tis alterius iudex procedit, ⁊ poſſunt ex interuallo corrigere dictũ
eorum, vt in all. c. accuſatus. §. licet. inſuper dꝫ inquiſitor inquirere
de inimicitia teſtium ꝯ partẽ ꝯ quã inquiritur. ex quo non tradun-
tur nomina teſtium tali inquiſito nec eorum notitia ſecũdũ eoſdẽ
ibidem, ⁊ hoc caſu ad hoc vt teſtis repellatur requiritur ꝙ probet
de inimicitia graui ⁊ capitali vt dicit Federi. in conſi. cclv. qđ inci-
pit, Reuerendo in Chriſto patri.

Summarium.

1 Religioſi qui dũ eſſent in ſeculo erant notarij, poſſunt admitti vt notarij in cauſa hereſis.

Capitulum.xxxvij.

1 Item licet religioſi † ⁊ alij clerici ſeculares exi-
ſtẽtes in ſacris nõ poſſunt exercere
officiũ tabellionatus, ꝙuis antea fuerũt notarij etiã in
cauſis vertentibus coram iudicibus eccleſiaſticis: tñ in
cã hereſis poſſunt exercere tale officium. vt in all. c. vt officiũ. §. ad
conſcribẽdas. ⁊ ibi per prefatos doc. pe. ⁊ dñicuꝫ poſt Jo. An.

Summarium.

1 Inuocari poteſt brachium ſeculare pro expeditione negotij hereſis.

Capitulum.xxxviij.

1 Item inquiſitores †poſſunt inuoca-
re brachium ſecu-
lare ſicut ipſi pro expeditione negotij hereſis fauore fi-
dei, ⁊ contradictores compeſcere per cenſuram eccleſia-
ſticam, vt in all. c. vt officium. §. penul. ⁊ ibi per doc. ⁊ ſimiliter om-
nes domini ⁊ eoruꝫ officiales ⁊ alij impedientes proceſſum ſeu ſen-
tentiã directe vel indirecte in cauſa hereſis ſunt ipſo iure excõicati
⁊ ſi animo indurato per annum inſtiterint in eadem excõmunica-
tione ſunt condẽnandi tanquã heretici. vt de hereticis. vt inquiſi-
tionis. ⁊ ibi per doc. maxime dominicum.

Summarium.

1 Poteſtatem habent inquiſitores conuocandi peritos vt eis aſſiſtant.

Capitulum.xxxix.

1 Item inquiſitores habẽt poteſtateꝫ
†cõmittendi alijs
citationes ac cõuocãdi peritos clerum ⁊ populũ vt eis
aſſiſtãt: ⁊ repetẽdi libros ⁊ proceſſus ſupra cã hereſis iaꝫ
factos de hereticis vt cõmiſſi. li. vj. nec in hac cã poſſunt petere exige-
re pretium ſui laboris niſi liberaliter aliter aliquid fuerit datuꝫ, vt
ibi no. doc. maxime Dñicus. ac etiaꝫ pñt ſubſtituere ⁊ alios actus
iudiciales cõmittere, cũ ſint iudices delegati principis ſm doc. ibi-
dem. ⁊ per glo. ⁊ doc. eo. ti. cle. ij.

Summarium.

1 Caſus in quibus eps et inquiſitor tenenẽ ſimul procedere.
2 Eps ⁊ inquiſitor ſi procederẽt diuiſim contra ſuſpectũ de hereſi, tñ in fine proceſſus ſibi communicabunt.

Capitulum.xl.

1 Item conſiderandũ tres † caſus in
qbus eps ſine
inquiſitore vel ei⁹ ſubſtituto, vel inquiſitor ſine epo vel
eius vicario ſeu ſubſtituto nõ põt pcedere in cã hereſis
Primus caſus eſt ſi velit ſuſpectum de hereſi ponere in carcere du-
ro ⁊ arto qui eſſet magis ad penã ꝙ ad cuſtodiã. Secundus ſi velit

vt

ponere ad tormenta. Tertius ſi velit procedere ad ſententiam ⁊ hec vera ſi adinuicē ſui copiã habere valeant infra dies octo poſtꝗ̃ ſe ad inuicem requiſiuerunt, vnica ad minus requiſitione, niſi vnus alteri cõmittat vices ſuas vel ↄſenſuꝫ. alias carceratio, tortura, vel ſnia eſt ipſo iure nulla. hec omnia probanƭ de heretic. cle. j. nec vali datur aliquis actus ex his tribus ſi poſt octo dies cõſenſus ſupue-
2 niat ſm Paulum ⁊ Jo de imo. ibi. inſup † ſi ambo procederent cõtra ſuſpectum de hereſi lꝫ dimiſſum, cõmunicabūt ſibi proceſſus in ſi ne, cum non reſtat niſi ferre ſniam. vt ibi dicit glo. in verbo ad ſniaꝫ ⁊ doc. vel etiam ſi vnus procedat altero predictoꝝ nullo mõ procedente, tūc ſi epõ põt habere copiam inquiſitoris, vel inquiſitor de epõ qñ vult procedere ad carcerandū vel ad tormentãdū vel ſētētiandum, ⁊ debēt requirere ⁊ expectare per octo dies ⁊ elapſo termino a die requiſitionis poterit p ſe ꝓcedere, ſimaūt nõ poterit habere copiaꝫ, tūc procedere põt etiã nulla facta requiſitione, nec ē iſto caſu regri dꝫ capitulū viuente epõ ſm Jo. imo. ibi poſt matth.

Summarium.

1 Jeiunium an indicendum loco tormenti.

Capitulum. xlj.

1 Ex pmiſſis videtur † qd lꝫ carcer ſit duꝰ tñ ſi ſit nõ ad penã ſꝫ ad cuſtodiã ex quo alius carcer ꝓ cuſtodia reperiri ibi non põt, ꝙ ſeparatim ad carcerãdum põt ꝓcedi ſm eos, ⁊ ſimiliter colligiƭ ꝙ inquiſitus nõ cõpelliƭ ad ieiunandum ab vno ipſorum pro veritate eruenda cū tale ieiuniū dicitur tormentū ſecundum glo. ⁊ eoſdem ibidem.

Summarium.

1 Inquiſitor an poſſit cõmutare vel mitigare penam inflictam ſine epiſcopo.

Capitulum. xlij.

1 Item additur quartus caſus videlꝫ in cõmutatione pene qꝛ † inquiſitor nõ põt cõmutare vel mitigare penã inflictam ſine epõ, vt pꝫ in allꝰ. c. vt cõmiſſi. §. ⁊ illorūꝫ. ibi per Pe. de anch. qui dicit qd eſt ſpãle in hac cauſa poſſet fieri iſta alteratio vel mitigatio etiam poſt ſniam: forte iſte quartus caſus põt cõprehendi ſub tertio vꝫ ſententie reſpectu ſinis ad quē tendūt ſentētia et mitigatio, ſiue mutatio.

Summarium.

1 Epiſcopi vel inquiſitoris pena ſi aliquem catholicū faciūt ſuſpectū de hereſi propter odiū vel propter fauorē, ⁊ cõtra ſupectum de hereſi omittunt procedere.

Capitulum. xliij.

1 Ceterum ſi epõs † vel inquiſitor vel eorū ſubſtituti cã vexandi, vel pecuniam extorquē di, vel alia cã iniuſta aliquem faciunt de hereſi ſuſpectū qui nõ ſit, vel ſuum officium impedientem qui nõ impedit: vel omittendo aliquem de hereſi ſuſpectum vbi procedendum ſit neglexerit, ſunt inquiſitor ⁊ eius ſubſtitutus et ſubſtitutus epi ipſo iure excommunicati. Sed epõs eſt per triēnium ſuſpenſus ipſo iure vt patet in ea. cle. j. de heret. ad e. j. in. §. Itē inqſitores.

Summarium.

1 Forma ſententie in hereticum ferende.

Capitulum. xliiij.

1 Item in hac cauſa † quoad ſententiaꝫ ferēdam dat practicaꝫ Pe. de Ancha. eo. titu. c. vt commiſſi. vt iudex dicat, pronunciamus talem fuiſſe ⁊ eſſe hereticum et puniendum penis que a iure cõtra hereticos ſunt ſtatute. qꝛ facti queſtio eſt penes arbitriū iudicãtis: ſed plecutio pene nõ eius voluntati mãdatur, ſed legis autoritati reſeruatur ⁊ iſto caſu iudex ſecularis dꝫ ſtare actis iudicãtis inquiſitoris cū eius ſniam exeqtur ſm eundē Pe. ibi ⁊ eo. ti. ⁊ li. c. vt inqſitionis. in ſcdo notabili.

Summarium.

1 Caſus in quibus poſſit appellari et non appellari. Et de validitate teſtium in cauſa hereſis.

Capitulum. xlv.

1 Item ſciendū qd a ſnia † diffinitiua ſuper hereſi nõ põt appellari. vt i all. c. vt inquiſitionis. Unde executioni poteſt demãdari infra dies decē ſm eundem Pe. et alios ibi q dicunt verum eſſe in ſnia diffinitiua. Secus in ſnia interlocutoria vt ſi in proceſſu inqſitionis inqſitus ſentiat ſe aggrauari in aliquo p ingerentem: quia a tali grauamine poteſt appellare ſm eos. Itē teſtes ſingulares in hoc crimine nõ probant, niſi vt vnus teſtis dicit qd audiuit illū dicere qd xp̃s non venit ad crucē, ⁊ alius dicit ꝙ perſone trinitatis non ſunt equales: qꝛ per hoc non probabiƭ ille hereticus licet aliqui teneant cõtrarium ſm doc. Anto. de bu. Joan. de imo. ⁊ ab. ſi. in. c. cum oporteat. de accuſa. ⁊ per eund. ab. in ſuo cõſilio. lij. ſi intra. vt. ʒ. in. §. inſuper. in ſi.

Summarium.

1 Iudeorum recipientium chriſtianos ad eorū iudaiſmū pena, vel eos vendentiū iudeis aut ſaracenis.
2 Iudei heretici an dicantur.

Capitulum. xlvj.

12 Prediximus natiuitatem domini † noſtri Ieſu xp̃i ex virgine locũq; originis ſue oſtendamus. Nã in Bethleem natus eſt. Ad quã dicitur per Micheã prophetam. vi. Et tu Bethleem terra iuda domus effrata nequaq̃ paruula eſt in milibus Iuda: ex te enĩ egredietur qui ſit dominator Iſrael, ⁊ egreſſus eius ab initio a diebus eternitatis. ꝓpter hoc dabit eos vſq; ad tẽpus in quo parturiens pariet. ⁊ ſic poſtq̃ locus originis predixit deinde regimen eius futurũ in toto orbe ſubiecit dñs ſtabit ⁊ videbit ac paſcet gregem ſuum in virtute dñi, vel in fortitudine. vel in ſublimitate ad honorẽ nois dei ſui ⁊ conuertentur quominus tunc magnificatur vſq; ad terminos orbis terre. ⁊ erit iſte pax. De hoc loco natiuitatis xp̃i, ⁊ Abacuc propheta ſic dicit. Deus ab auſtro veniſſe ſcribitur, qui a Bethleem venturus eſſe preuidebatur.

¶ Quod ſtella demõſtrante claruit eius natiuitas ſm ꝓphetas.

13 In numeris diuinis. xxiiij. Ille Balaam † ſic cecinit. Orietur ſtella ex iacob, ⁊ exiet homo de iſrael Magi enim ab orientibus venientes primũ partibus xp̃i natiuitatem ſtella indice renuntiauerũt. ſi vt quẽ princeps pacis eorũ predixerat illi in ipſo ſideris demonſtrarent.

¶ Qđ tres Reges vel magi xp̃m natum adorare debuerant.

14 Et hoc prophete nobis narrant † ſic enĩ Eſa. ait. In tempore illo deferetur minus dño exercituum a populo diuulſo ⁊ dilacerato, ⁊ a populo terribili poſtq̃ non fuit. alius. Hoc aũt dicit ꝓpter perſarũ robuſtiſſimã gentẽ, ad cuius tũc potentiã nullus populus cõparabatur. de quibus magi venientes xp̃o munera obtulerũt. Et iterũ ipſe. lx. Omnes inquit de Saba veniẽt aurum ⁊ thus deferentes, ⁊ laudẽ dño annuntiantes. De his muneribus ⁊ David precinit dicens, ⁊ dabitur ei de auro Arabie. Et rurſus. Reges tharſis ⁊ inſule munera offerent regi domino, ⁊ ſaba dona adducent.

¶ Quod non oleo materiali ſed ſp̃ũ ſancto xp̃s a deo vnctus eſt.

15 Eſaias. lxj. ex perſona eiuſdẽ † chriſti ſic canit dicens. Spiritus domini ſuper me, propter quod vnxit me, euangelizare Pacem miſit me, predicare captiuis remiſſionem, et cecis viſum. Simili modo Pſalmographus afflatus ſpiritu ita ex eodem loquitur dicens. ſedes tua in ſeculum ſeculi ⁊c. propterea vnxit te deus tuus. in qua ſententia prima, propheta natiuitatem

chriſti ac perpetuitatem demonſtrat ſequentis per equitatis virgā id eſt ſceptrum poteſtatis eius regnum denūtiat. poſtremo quod idem deus a deo vnctus ſit indicat. Non quidē oleo cōmuni ſicut ꝛ ceteri participes ſui, id eſt principes qui imaginario preceſſerant, ſꝫ oleo letitie quo miſtice demonſtratur tempus ſcꝫ eius celeſti infuſione ꝛ virtute xp̄s eſt conſecratus.

¶ Quod pauper pro nobis factus eſt xp̄s.

Zacharias. ix. ſic indicat dicens

16 dicite † filie ſyon Ecce rex tuus venit tibi iuſtus ꝛ ſaluans pauper, ſedens ſuper aſinum indomitum. Ecce intelliget ſeruus meus ꝛ exaltabitur, ꝛ eleuabitur. ꝛ ſublimis erit valde ſicut ſuper te multi ſic glorioſus erit inter viros aſpectus eius, ꝛ forma eius inter filios hominum. Iſte aſperget multas gentes. ſup ipſum cōtinebunt reges os ſuum: quia quibus non eſt narratum de eo videbūt, ꝛ qui nō audierunt contemplati ſunt: quis reddidit auditui noſtro, ꝛ brachiū dn̄i cui reuelatum eſt. Et aſcendit ſicut virgultum corā eo ꝛ ſicut radix de terra ſitienti, ꝛ non eſt ſpecies ei neqꝫ decor. ꝛ vidimus eum ꝛ non erat aſpectus, ꝛ deſiderauimus eum deſpectū ꝛ nouiſſimū virorum, virum dolorum ꝛ ſcientem ferre infirmitatē. ꝛ quaſi abſconditus vultus eius ꝛ deſpectus. vnde nec reputauimus eū, vere languores noſtros ipſe tulit, ꝛ dolores noſtros ipſe portauit, ꝛ nos reputauimus eum quaſi leproſum ꝛ percuſſum a deo ꝛ humiliatum. Ipſe aūt humiliatus eſt ꝓpter iniqtates nr̄as, ꝛ attritus eſt ꝓpter ſcelera nr̄a, ꝛ diſciplina pacis noſtre ſup eum, ꝛ liuore eius ſanati ſumus oēs. quaſi oues errauimus vnuſquiſqꝫ in viam ſuam declinauit: et dn̄s poſuit in eo iniqtates oim̄ noſtrū. oblatus eſt q̄r ipſe voluit, et nō aperuit os ſuum: de anguſtia ꝛ de iudicio ſublatus eſt: generationem eiꝰ qs enarrabit? q̄r abſciſus eſt de terra viuentiū. ꝓpter ſcelus populi mei percuſſi eum, ꝛ dabit impios pro ſepultura, ꝛ diuites pro morte ſua. eo qḋ iniquitatē non fecit, neqꝫ dolus fuerit in ore eius. ꝛ dn̄s voluit conterere eum in infirmitate eius: ſi poſuerit pro pctō animā ſuam, videbit ſemen longeuum, ꝛ voluntas dn̄i in manu eius dirigetur: pro eo ꝙ laborauit aīa eius videbit ꝛ ſaturabitur. in ſcīa ſua iuſtificabit ꝛ ipſe iuſtus ſeruos multos ꝛ iniqtates eorū ipſe portauit. Ideo diſpertiam ei plurimos, ꝛ fortium diuidet ſpolia, ꝓ eo qḋ tradidit in morte aīam ſuā ꝛ cum ſceleratis deputatus eſt, ꝛ ipſe peccata multorū tulit ꝛ pro tranſgreſſoribus orauit. In qua lectione non ſolum q̄r abiectus apparuit, ſed etiam ibi generatio celeſtis exprimit̄. infirmitas quoqꝫ ſuſcepte carnis eiꝰ manifeſtat̄: cōtumelia quoqꝫ paſſionis eius, crux, mors, ſepultura ibi monſtrat̄, eo qḋ innocens damnatur ꝛ tacens ibi penditur. deus enim ſuſcipiēs carnem ꝛ pauperis formam ſe humiliare dignatus eſſe noſtri cā vt ſalus perditis redderetur ꝛ vſqꝫ ad mortē obediens factus eſt. Quod alibi Eſaias prefatus eſt. Nō clamabit, neqꝫ audiet quis in plateis vocem eius: calamū caſſatum non cōteret ꝛ lignū fumigans nō extinguet, ſed in veritate proferet iudiciū quoad uſqꝫ in terra ponat iudicium, ꝛ in noīe eius ſperabunt gētes. ꝛ Hieremi. xiiij. qḋ veniet deus rex vt abiectus ꝛ humilis. ita predixit. dn̄e fac miſericordiam tuam ꝓpter nomen tuū q̄m multe ſunt auerſiones nr̄e: tibi peccauimus expectator iſrael ſaluator eius in tp̄e tribulatiōis. quare q̄ſi colonus futurus es in terra ꝛ quaſi viator declinans ad manendū quare futurus es quaſi vacuus ꝛ fortis qui nō pōt ſaluare. tu autem in nos es dn̄e ꝛ nomē ſanctū tuum inuocatū eſt ſup nos ne derelinquas nos. cū enīꝫ dicit tibi peccauimus, exprimit iudeorū perſonā qui in deum peccauerunt q̄n venientē in forma hominis crucifixerunt: obtulit enim ſe aſpectibus hominum ꝛ inquilinum: illi autēꝫ putantes hoc tantum eſſe quod videbatur occidunt hominē, quaſi qui non poteſt ſaluare.

¶ De virtutibus chriſti ꝛ miraculis ſecundū prophetas.

Genera quoqꝫ ꝛ virtutes curatio

17 num † tanto ante preſcripta ſunt p Eſaiam ꝓphetā dicentēꝫ. xxv. Ecce numqd deus noſter veniet ꝛ ſaluabit nos: tunc aperient̄ oculi cecorū, ꝛ aures ſurdor̄ audient: tūc ſaliet ſicut ceruus claudus, ꝛ clara erit lingua mutorū. Et iterū. lxv. Sp̄s dn̄i ſup me eo ꝙ vnxit me ad annunciandū miſit me, vt mederer cōtritis corde, ꝛ predicarē captiuis remiſſionē. ꝛ cecis viſum. hec oīa ſanitatū ſigna in aduentū xp̄i facta ſunt. ſtatim eī̄ vt eſt natus precedēte ſtella adorauerunt magi ꝛ obtulerunt munera. Deinde varia aduentus repreſentant miracula: ceci eī̄ vt deum agnoſcerent ꝓfunde noctis caligo detegitur, defunctis rediuiue lucis gratia redditur. vt anime viuificarent̄, ſurdi vt auditum fidei reciperent audire ceperunt. claudi vt ad deum currerent inceſſu alacri vegetantur. Muti vt deum confiterentur alacris vocibus clamauerunt Leproſi parabolantes contagiis anime lucida membra depoſuerūt. affectu enim maieſtatis ſue multa facit que pretereunda non ſunt, dum cuncta legantur. Nam excellentie ſue virtute dubijs pedibus greſſibus timentes equoris fluctus calcauit et maris magni procellas ſuo imperio mitigauit. Iam vero paſſionis ſue obitum ꝛ elementa tremuerunt, dum ſol fugit, dum tellus concutitur, ſaxaqꝫ ſepe illidētia diſſoluuntur. Si quidem ꝛ ipſa mors eum tenere non potuit. Nam die tertia ad ſedem paternam eum reuocauit, miſterijſqꝫ angelorum reducitur a terris ad celum. Plura quoqꝫ et his ſimilia eius omnipotentia facta ſunt. Sed dixit incredulus quod prophete miracula multa fecerunt. Nullus tamen vt chriſtus mortuus reſurrexit, et in celum aſcendit.

¶ Quod chriſtus deus viſibilis in corpore hominibus apparuit.

Per Eſaiam teſtatur dicens. Propter

18 † hoc ſciet populus meus nomen meū in die illa: q̄r ego qui loquebar ecce aſſum. ꝛ Dauid. ambulabūt de virtute in virtutem: videbitur deus deor̄ in ſyon. Et iterū. viſi ſunt ingreſſus tui deus dei mei regis vtiqꝫ qui venit in mundū, ꝛ quibꝰ reuelatus eſt occurſus aduentus eius. quē iudei ſi cognouiſſent nunꝗ dn̄m glorie crucifixiſſent De cuius etiā corporali viſione etiā Eſaias ſupradictus ita annuntiauit. Glorioſus inquit erit inter viros aſpectus eius. ꝛ forma eius inter filios hominū. quibus nō eſt annuntiatū de eo viderunt ꝛ qui audierunt contēplati ſunt. Et hieremias in libro Baruch. iij. Hic eſt deus noſter ꝛ nō eſtimabit̄ alius ab eo, qui inuenit omnem viam prudentie, ꝛ ondit eam Iacob puero ſuo, ꝛ iſrael dilecto ſuo. Poſt hec in terris viſus eſt. ꝛ cum hominibus conuerſatus eſt. Et abacuc. iij. Dn̄e audiui inquit auditū tuū ꝛ timui, ꝛ in medio duorum animalium cognoſceris, dum appropinquauerīt anni tui agnoſceris, dum aduenit tempus oſtenderis. item ipſe. Videbunt gentes ꝛ dolebunt populi, id eſt iudei Siquidē Eſaie. lxij. de ipſo ſic cecinit. propter ſion non tacebo, ꝛ ꝓpter iſrael non quieſcam, donec egrediatur vt ſplendor iuſtus eius, ꝛ ſaluator eius vt lampas accendatur: ꝛ videbunt gentes iuſtū tuum. ꝛ iterū. vi. vox ſpeculatorum tuorum leuauerunt vocē, ſimul laudabūt. ꝛ infra. brachium ſanctū ſuum ꝛ in conſpectu omnium gentium, et videbunt omnes fines terre ſalutare dei.

¶ Quod iudei xp̄m negaturi erant.

Sic predixerat ex perſona domi

19 ni † Hieremi. Preuaricatio eſt in medio domus Iuda ait dn̄s, negauerūt me ꝛ dixerūt. nō eſt ipſe. Hoc eſt nūc vſqꝫ iudei pro xp̄o dicunt, nō eſt ipſe: expectātes aliū q̄ ante xp̄s eſt. ꝛ Eſa. liij. Non eſt ei ſpēs neqꝫ decor, ꝛ vidimus eū ꝛ nō erat aſpectus, ꝛ deſiderauimus eū deſpectū, ꝛ nouiſſimū virorū: virum dolorū ꝛ ſcientē ferre infirmitatem ꝛ quaſi abſconditus vultus eius ꝛ deſpectus, vnde nec reputauimus eū. Quibus verbis incredulitatē illorū ſignificabat iudeorum a quibus viſus eſt xp̄s nō habere ſpēm neqꝫ decorē: vn̄ nec reputatus eſt eſſe deus: quem tn̄ q̄r nō erant cogniturī neqꝫ recepturi idem Eſa. primo a ſe approbat dicēs. audite celi ꝛ auribus percipe terra, q̄ dn̄s locutus eſt filios enutriui ꝛ exaltaui, ipſi aūt ſpreuerūt me. cognouit bos poſſeſſorē ſuum ꝛ aſinus pſepe dn̄i, iſrael aūt me non cognouit. ꝛ ppl̄s meus nō me intellexit. auditionē audietis et non intelligetis ꝛ cernetis, videbitis ꝛ nō ſcietis: incraſſatū eſt eī̄ cor populi huius. vnde Mich. xij. factus eſt ſermo dn̄i ad me dicēs, fili hominis in medio domus exaſperantis tu habitas, q̄ oculos habent ad videndū ꝛ nō vident. ꝛ aures ad audiendū ꝛ nō audiunt Sic eī̄ excecati ſunt vt ſaluatorē nō recognoſcerēt nec ſuſciperent cuius diem Abraham vidit ꝛ letatus eſt, ꝛ cuius aduentū ꝓphete magno cū deſiderio expectauerūt. Iſti eī̄ viderunt ꝛ nō cognouerunt, inſuper ꝛ blaſphemauerunt clamātes. Non habemus regem niſi ceſarē ꝛ que ſequuntur. cuius populi duricia ſic non mutat̄ q̄ꝫ ethiopis color, aut pardi varietas. Hieremia teſtante ſicut immutare nō poteſt ethiops pellem ſuam, ꝛ pardus varietates ſuas, ita nec vos poteſtis bene facere.

¶ Quod iudei conuenerunt ad interficiendū xp̄m.

20 Ita legitur vt Quare † fremuerūt

gētes, i. romani. ꝛ populi meditati ſunt inania, hoc eſt iudei. Aſtiterunt reges terre. i. Herodes ꝛ Pylatus, ꝛ principes cōuenerūt in vnū. ſ. principes ſacerdotū ꝛ ſeniores iudeorū. aduerſus dn̄m ꝛ aduerſus xp̄m eiꝰ. ꝛ iterū ex eiuſdē pſona. Circūdederūt me canes multi, ꝛ cōſiliū malignātiū obſedit me. canū aūt nomē in eis eſt. Etiā ꝓphetā alterū conſtitutū in Eſa. ſcriptū eſt. Oēs canes ceci neſciētes latrare Canum eſt enim mos vt teſtatur noſter Hylarius ꝛ paſtorē alludere, gregem noſſe, inſidiantes feras proſequi. At vero iſti canes ceci paſtorem ſuum non videntes: officium non intelligentes: latratus

latratus ſuos a feris ad gregem, a feris ad dominum retorſerunt. Unde ⁊ alius propheta de his ita dicit. facti ſunt mihi in ſagittam reciprocam.

¶ Quod venundatus eſt Chriſtus.

21 Per zachariam. xi. Ita † ipſe pronuntiauit. Si bonū eſt inquit in conſpectu noſtro dare mercedem meā triginta argenteos. Et dixit ad me. Proijcite illum ad ſtatuarium de quorū precium quod appreciatus ſui ab eis. Hec enim nota hominibus cauſa eſt. Judas enī penitentia motus pecuniā reportauit ⁊ proiecit in templo: ⁊ abijt, ⁊ laqueo ſe ſuſpēdit: vt impleretur qđ dixerat Eſaias. Teſtis falſus non erit impunitus pro eo qđ vendidit argento iuſtum: quā pecuniam bene dominus mercedē ſuā dixit. Multa enim opera eis fecerat reddens vitam mortuis, lucem cecis, auditum ſurdis, greſſū claudis. pro quibus omnibus iudei nephandum pretium ⁊ in corū mercedem illi reſtituerunt.

¶ Quod traditus fuit chriſtus.

22 Et in pſalmis† commemorauit in ſe impletum eſſe dicens. Homo pacis mee in quo ſperaui qui edebat panes meos, magnificauit ſuper me ſupplantationem. Et iterū. Tu vero homo vnanimis dux meus ⁊ notus meus: qui ſimul mecum dulces capiebas cibos. De ipſo Juda proditore Hiere. xvij. Preſcius ante ideſt dixit. Ita peccatū iude ſcriptū eſt ſtilo ferreo vngue adamantino, qđ ſiue ad iudā, ſiue ad iudeos non incongrue cōuenit qui ſic peccauerunt in chriſtum vt non ſit peccatum eorū atramento ſcriptū quod deleri forſitan poteſt, ſed ſtilo ferreo in vngue adamantino apparatum: ⁊ quod deleri non poſſit pre duritia cordis eorum, ſi non crediderunt.

¶ Quod ſponte ſe morti obtulit xp̄s pro nobis.

23 Eſaias dixit. liij. oblatus † eſt ipſe qꝛ voluit. ⁊ infra. pro eo qꝛ tradidit in morte animā ſuam, videbit ſemen longinquum et voluntas domini in manu eius dirigetur. Et ipſe per Hieremiam prophetam ſic loquitur. Reliqui domū meā, dimiſi hereditatē meā tradidi dilectā animā meā in manibus inimicorum eius, hoc eſt in manibus iudeorum qui eum interfecerunt.

¶ Quod xp̄s captus eſſe debuit.

Hieremias propterea longo p̄didit. Spiritus † oris noſtri xp̄s dominus captus eſt in peccatis noſtris. Quo
24 vaticinio demonſtrauit aperte ⁊ xp̄m dn̄m eſſe, ⁊ traditū pro nr̄is peccatis fuiſſe. Itē ſap. ij. c. dicit. ita dixerunt inter ſe impij, cōprehēdamus iuſtum qm̄ inutilis eſt nobis, ⁊ contrarius eſt operibus noſtris: promittit ſe ſcientiam habere, ⁊ filiū dei ſe nominat. ⁊ infra. Si enim verus dei filius eſt, ſuſcipiet illum ⁊ liberabit eum de manibus contrariorum. ⁊ infra Et ſciamus reuerentiam illius, ⁊ probemus patientiam ipſius: morte turpiſſima condemnemus eum, et afflictione crucis.

¶ Quōd xp̄s iudicandus erat ad mortem.

25 Clamat dauid ſub figura † populi peccātis in deū. Tibi ſoli peccaui ⁊ malū corā te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis et vincas cū iudicaris. Veniens xp̄s in corpore tanq̄ verū ſe cōſtituit iudex omnium hoīm. hominibus ad iudicandū ſe prebuit. Sitq; mitis ⁊ patiens dum iudicatus eſt: qꝛ nihil in eo dignū q iudicaret populus pſecutus inuenit. Unī ⁊ ppheta micheas. vj. aduentū iudicij eius annuntiās: ſic cominat̄ ꝯ eundē ppl̄m dicens. audite q̄ dn̄s loquit. Surge attende iudiciū aduerſus montes, ⁊ audiat colles vocem tuā, audiant montes iudiciū dn̄i ⁊ fortia fundamēta terre, qꝛ iudiciū dn̄i cū pp̄lo ſuo, ⁊ cū iſrael diiudicabit. Popule meus qđ moleſtus ſum tibi: rn̄de mihi: qꝛ eduxi te de terra egypti ⁊ de domo ſeruientiū liberaui te, ⁊ miſi ante faciē tuā Moyſen ⁊ Aaron: et q̄tuor oñdit bñficia preſtita domui ⁊ pp̄lo ſuo: ⁊ contra hec aduerſus eum mala. ⁊ qđ iuxta hoc ei pp̄lo venturū ſit. deinde ſubiungit. vj. c. Audite tribus ⁊ qs approbabit illud adhuc ignis in domo impij theſaurus iniquitatis.

¶ Quod per falſos teſtes condemnandus erat.

26 Per Oſee prophetam id dn̄s ſic dicit. Ue † ingt eis qm̄ receſſerunt a me, vaſtabunt qꝛ preuaricati ſunt in me: ego redemi eos ⁊ ipſi locuti ſunt aduerſū me mendaciū. ego erudiui eos ⁊ cōfortaui brachium eorū, ⁊ in me ipſi cogitauerunt malitiā: reuerſi ſunt vt eſſent abſq; iugo, facti ſunt arcus doloſus. ⁊ Malachias. inualuerunt ſup me verba vr̄a dicit dn̄s. ⁊ dixiſtis. qđ locuti ſumus ꝯ te. ⁊ in pſalmis dicit. Inſurrexerūt in me teſtes iniq. ⁊ mētita eſt iniqtas ſibi. ⁊ Eſa. de iuda dicit. Teſtis falſus non erit impunitus, p eo q vēdidit argento iuſtum.

¶ Quod clamauerunt iudei contra chriſtum crucifige ſicut prophetizatum erat.

27 Hoc per Hieremiā. xij. c. xp̄s † de ſynagoga predixerat dicēs. reliq domū meā, facta eſt mihi hereditas quaſi leo in ſilua. dedit ꝯ me vocē ſuā blaſphemās vtiq; ⁊ dicēs, crucifige. Et alibi ipſe dicit. Sup quē aperuiſtis os veſtrū. ⁊ aduerſus quē laxaſtis linguas vr̄as. Et Eſaias. qđ ingt Hieruſalē ⁊ iudas cōcidit: qꝛ lingua eorū cōtra dn̄m. ⁊ iterū expectaui vt facerēt iudiciū: fecerunt autem iniquitatem ⁊ non iuſtitiam ſed clamorem.

¶ De deſtructione gētis iudeorū ꝑpter peccata mortis xp̄i.

28 Olim cum obiurgatione † Eſaias illis predixerat dicēs. ſemen peſſimorū pparate filios vr̄os occiſioni: in iniqtate patrū ſuorū morient̄: venientib᷒ enī in iudeā a gētibus p ſcelere patrū ⁊ filij trucidati ſunt, ſub quorū pſona ⁊ Hieremias in interitu eorū ita deplorat dicēs. Patres vr̄i peccauerūt ⁊ nō ſunt: nos iniqtates eorum abſoluimus. Itē Hieremias ppheta. ad hec iudicio contendam vobiſcū ait dn̄s, ⁊ cū filijs veſtris diſputabo. Quare ego factus in p̄dā ſuper eum rugierunt leones, dederūt vocē ſuā, poſuerūt terrā eius in ſolitudine, ⁊ ciuitates eorū exuſte ſunt, ⁊ nō eſt q inhabitet i eis.

¶ Quod xp̄s conſputus eſt ⁊ flagellandus erat.

29 Job de eo dixit aperuerūt † ſup me ora ſua exprobrātes ⁊ ꝯſpuētes: pcuſſerūt maxillā meā, ſaciati ſunt penis meis. Et i pſalmis ipſe dixit. Ego ad flagella parat᷒ ſum. Et iter. cōgregata ſunt ſup me flagella ⁊ ignoraui. Similiter p Eſa. Dn̄s de᷒ aperuit mihi aurē, ego aūt nō cōtradico: corpus meū dedi pcutientib᷒, genas meas vellētibus, faciē meā nō auerti ab increpātibus ⁊ cōſpuētibus in me. Et p Hieremiā dicit. Poſui ſcapulas meas ad flagella ⁊ maxillas meas ad palmas. Itē de ipſo ipſe Hiere. ſic ſcribit dicēs. Dabit pcutiēti ſe maxillā, ſatiabit̄ opprobrijs ⁊ ſuſtinebit patiēter.

¶ Qđ xp̄s corona ſpinea coronādus fuit ſicut pphetizatū fuerat.

30 Scriptum eſt in Canticis canticorū ex † perſona pr̄is de contumelia iniquitatis. Hieruſalē mirātis atq; dicētis Exite videre filie ſion regē Salomonem in diademate quo coronauit eū mater ſua in die deſponſationis illius: ⁊ in die letitie cordis sui. i. coronā ſpineā quā capiti eius impoſuit ſynagoga. Sꝫ p Hieremiā idē filius ſic ait. Spinis peccatorum ſuorū circūdedit me pp̄ls hic. ⁊ apud Eſaiā. Plātaui inquit vineam electam ⁊ expectaui vt faceret vuas, fecit aūt ſpinas. vtiq; qꝛ degenerans a patriarcharum fructu: non fructum iuſtitie ſꝫ ſpinas mortis ⁊ crucis attulit creatori.

¶ Quod ſanguinem pro nobis fundere debuit.

31 Pronunciatur hoc per † Eſaiam pphetā dicens. Quis eſt iſte qui venit de edon tinctis veſtibus de boſra: q̄re rubrū eſt veſtimētū tuum. ⁊ veſtimēta tua ſicut calcantiū in torculari. Et ille rn̄dēs. torcular calcaui ſolus. Calcare enī torcular ſe dixit, q ſolus ꝑpter mundi pctm̄ paſſionē ſuſcepit, ſoluitq; delicta olim ſanguine ſuo lauit.

¶ Quod ſanguinem pro nobis ſundere debuit.

32 Hoc quoties prophetizat̄, teſtatur † Eſaias. ſic enī ait de illo. Tanq̄ ouis ad occiſionē ductus eſt. ⁊ ſicut agnus corā tōdēte ſe obtumuit ſic nō aperuit os ſuū. Sic enī in paſſiōe Pilato interrogāte nihil locutus eſt, ſꝫ in humilitate iudiciū eius ſublatū eſt. De quo ppheta. Dn̄s deus aperuit mihi aurē, ego aūt nō abſcōdi, corpus meū dedi pcutiētibus. Et ipſe alibi. tacui, ſilui, nunqđ ſemp tacebo. Primo enī tacuit vt iudicaret̄ qm̄ ſicut agnus corā tondēte ſe fuit ſine voce neq; aperuit os ſuum, ſuāq; cōpeſcuit ptātē. in nouiſſimo aūt ſic ſcribit̄ de eo. Deus meus ne. d. n. ⁊. n. Sic tacuit enī vt iudicaret̄ q̄ venit occult᷒, nequaq̄ aūt tacebit de iudicio quādo venerit manifeſtus.

¶ Quod xp̄s ſibi crucem baiulauit vel portauit.

33 **Eſaias predixit.** Puer † natus eſt nobis, ꝛ factus eſt principatus eius ſuper humerum eius. quis enim regum poteſtatis inſignia in humero portat, ꝛ non aut in capite coronam, aut aliqua proprie veſtis ornamenta: ſed ſolus rex ſeculorū xp̄s gloriā poteſtatis ſue ꝛ ſublimitatis in humero portauit. quod etiam Eſa. figurauit: qui cum a patre hoſtia duceretur ligna ipſe portauit. xp̄i eximiaꝫ tunc figurans paſſionē qui lignum ſue paſſionis geſtauit.

¶ Nota qꝫ xp̄s dominus manſuetus venit ad paſſionem.

34 **Propheta hieremias** † ex perſona xp̄i predixerat dicens. Ego q̄ſi agnus manſuetus qui portatur ad victimam, ꝛ nſc cognoui q꞉ ſuper me cogitauerunt conſilia dicentes: venite mittamus lignum in panem eius ꝛ eradamus eum de terra viuentium. Hiere. xi. Hec enī que paſſus erat dn̄s a iudeis que ſibi facta fuiſſent propheta cōmēdat. Nam quid eſt lignum in panem miſſum, niſi xp̄i affixio carnis in lignum. Panem enim corpus xp̄i agnoſcimus lignū, in pane eē fides noſtra xp̄m agnoſcit in corpore: qꝛ vita corporis ſui panis eſt. Scriptum eſt enim. Erit vita tua pēdens ante oculos tuos, ꝛ timebis die ac nocte, ꝛ non credes vite tue. Et iterum in pſalmo. qꝛ extēdit manus ſuas, in cruce. Sic dicit. eleua manus meas ſcꝫ ſineq꞉ veniente, quaſi qꝫ mundi veſpera, ſineq꞉ declinante iam ſole in veſpera. dn̄s in cruce animam poſuit. eleuans manus ſuas in eandē crucem, atq꞉ offerens deo ſeipſum pro nobis ſacrificiuꝫ, vt per illud ſacrificium delerētur peccata noſtra. ipſe Eſaias quoq꞉ de predicatione crucis eius qꝫ ſuis pertulit. ita ſcribit. Et erit principatus eius ſuper humerum eius. id eſt vexillum ſancte crucis, quod ſuis pertulit humeris. iuxta vaticinium Dauid prophete: qui dicit. Dn̄s regnauit a lignis. Abacuc quoq꞉ paſſionem xp̄i ita pronuntiauit dicens. Cornua in manibus eius. qꝫ quid eſt aliud niſi tropheū crucis, in quo exaltatus oīa traxit ad ſeipſum. item dicit dn̄s. fortitudo mea cōſtituit pedes meos in conſummatione, ꝛ ſuper excelſa imponent me.

¶ Quod xp̄s clauis in manibus ꝛ pedibus perforatus eſt, ſicut fuerat prophetizatum.

Per Dauid ipſe loquitur dicens

35 Foderunt † manus meas ꝛ pedes meos. ꝛ dinumerauerunt omnia oſſa mea: ipſi vero conſiderauerunt ꝛ inſpexerunt me. Quibus verbis vtiq꞉ in cruce corpus ſignificabat extenſum manibus pedibuſq꞉ confixis ad clauorum cōuerberationē conceſſis. Quod Dauid paſſus non eſt, q ſine vlla paſſione corporis legitur in pace quieſcere. Sed hoc de xp̄i paſſione predictum eſt: quia a populo iudeorum clauis in ligno confixus eſt. Manus enim ꝛ pedes non confodiuntur, niſi eius qui in ligno ſuſpenditur. Item in canticum canticorum. Manus mee diſtillauerunt mirrham ꝛ digiti mei guttas. Etiam per Malachiam qꝛ crucifigendus erat. idem de ſemetipſo dixit dominus. Si affigit homo deum quia vos confixiſtis me. et dixiſtis. in quo confiximus te. ꝛ ſubiecit dominus poſt hec illis. Ve vobis, ꝛ me confixiſtis gens tota. quod pertinet ad myſterium dominice paſſionis, in qua iudei xp̄m crucifixerunt quādo ſceleratas manus iniecerunt in eum. Quod etiam per zachariam iterum dominus ſic commemorat dicens, qꝫ pertinet ad myſteriū dominice paſſionis in qua iudei xp̄ꝫ crucifixerūt. ꝛ aſpiciētes eūq꞉ cōfixerūt plangēt eū quaſi planctū ſuper vnigenitū, ꝛ dolebunt ſuper eū vt dolere ſolent in morte primogeniti. hoc enim factum deprehendimus in Jeſum quem confixerunt iudei in cruce, quem dolebunt a ſe crucifixum in die iudicii cum videbunt eum in patris ac ſua maieſtate regnantem.

¶ Quod chriſtus inter duos latrones in cruce poſitus eſt vt dixerat Eſaias.

Longe autem per Eſaiam predi-

36 ctum eſt. Et † inter iniquos deputatus eſt. Et abacuc propheta dixit. in medio iniqui ꝛ duorum animalium cognoſceris. id eſt in medio duorum latronum.

¶ Quod Jeſus chriſtus ſpoliatus eſt ꝛ ſuper veſtem ſors miſſa fuit.

37 **Poſt crucis ſententiam** ſequitur rerū † diuiſio ꝛ ſors ſuper veſtem quam per Dauid idem dominus ante predixerat dicens. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, ꝛ ſuper veſtem meam miſerūt ſortem. Que prophetia quemadmodum ſit expleta euāgelica narrat hiſtoria. Nam dum veſtimēta alia militibus fuiſſent diuiſa. pro tunica autem dixerunt. non ſcindamus, ſed mittamus ſortem cuius ſit. erat enim omni parte contexta.

¶ Quod xp̄s aceto potare debuit.

38 **Hociam fuerat** in pſalmo predictum a dn̄o. Dederunt † in eſcam meam fel. et in ſiti mea potauerunt me aceto. quod quidem Eſaias ad Hieruſalem ipſe ſic proclamat dicens. Ego te plantaui vinea mea: quomodo facta es mihi in amaritudine. vitis aliena. pro quo et Moyſes. vua inquit eorum vua fellis. ꝛ botrus amariſſimus. Unde et ſuperius obiurgans eos dixit. Sicut plebs fatua ꝛ non ſapiens hec domino retribuiſti.

¶ Quod xp̄s paſſus tollit peccata mundi, ſecundum qꝫ fuerat prophetizatum.

39 **In pſalmo factus fuerat** id eſt dictus. aſperges † me hyſopo ꝛ mundabor: lauabis me et ſuper niuem dealbabor. Unde et in lege per hyſopum faſciculū aſpergebantur agni ſanguine qui mūdari volebant, quo ſignificaretur per paſſionem domini peccata ablui mundi.

¶ De titulo poſito ſuper crucem ſcilicet Jeſus nazarenus rex iudeorum.

Pro quo titulo dixerunt iudei. Noli

40 † ſcribere regem iudeorum. Reſpondit Pilatus. Quod ſcripſi ſcripſi. Nam enim in pſalmo. xlvi. fuerat prophetizatum. Ne corrūpas tituli ſcriptionem. in cuius ſerie non ſolum paſſio vel mors, ſꝫ etiam reſurrectio ꝛ aſcenſio domini predicatur.

¶ Quod xp̄s pro ſuis crucifixoribus orauit.

41 **Eſaias dicit** ipſe peccata † multorum tulit, ꝛ pro trāſgreſſoribus orauit. Et in pſalmo ſic agit. Pro eo quia eos diligebam aduerſabantur mihi: ego autem orabā pro eis. Item abacuc cum dixiſſet de eo. in medio duorum animalium cognoſceris. Subiunxit. cum cōturbata fuerit anima mea in ira, memor eris. prefigurauit enim propheta ſub hac ſentētia in ſemetipſo perſonam iudeorum qui chriſtum commoti crucifixerūt vir tamen ille memoratus miſericordie ſue dixit. Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt.

¶ Quod xp̄s ad mortem ductus eſt ſicut prophetizatum erat.

42 **Eſaias dicit** pro † iniquitatibus populi mei ductus eſt ad mortē. dabit impios pro ſepultura eius. ꝛ iterum. Uulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra, liuore eius ſanati ſumus, ꝛ iterū. omnes nos errauimus, vnuſquiſq꞉ in viam ſuam declinauit, ꝛ dn̄s poſuit iniquitates in eo omnium noſtrum. iuxta apoſtolum qui dicit. Qui cum peccatū non cognouiſſet, ipſe pro nobis paſſus eſt.

¶ Quod chriſtus mori debuit ſecundum prophetas.

43 **Poſt flagella** † ꝛ crucem felliſq꞉ ꝛ aceti potationem Deinde ſequitur mors eius quam lex non ſoluit dicens. Occumbens dormiuit vt leo, ꝛ catulus leonis quis ſuſcitabit eum. Clamat etiam eandem mortem eius. lx. pſo. Deus noſter deus ſaluos faciet nos. ꝛ domini mors domini exitus. Iteꝫ per Eſa. tanq̄ ouis ad occiſionē ductus eſt: ꝛ quaſi agnus corā tondente ſe obmuteſcet. ꝛ non aperiet os ſuum. Pro peccatis populi ſui ductus eſt ad mortem. Judei autem chriſtum queꝫ expectabāt moriturum non ſperant, deo reſpondeant, quis eſt iſte quem propheta annunciat. Item apud hieremiam ſic dicit. inebriaui animam laſſam. ꝛ omnes eſurientes ſaturamini. ideo quia de ſomno ſuſcitatus ſum ꝛ vidi: ſomnus meus dulcis eſt mihi. Daniel quoq꞉ angelus de occiſione ꝛ morte chriſti ſic loquitur dicens. ſcito ꝛ animaduerte exitum ſermonis, vt iterum reedificetur hieruſalem vſq꞉ ad chriſtum ducem. ebdomade ſeptem ꝛ ebdomadas. lxii. Occidetur chriſtus ꝛ non erit eius populus qui eum negaturus eſt. Unde ibi ſequitur cladis iudeorum que poſt completa eſt, ꝛ ciuitatem et ſanctuarium diſſipabit cum duce venturo romanus exercitus cuꝫ veſpaſiano. Item in ſap. ſic legitur de morte eius. Contumelijs et

tormentis

tormentis interrogemus eũ, vt ſciamus reuerentiam illius, ⁊ probemus patientiam illius morte turpiſſima condemnemus eum.

Quod in morte Chriſti tenebre ſunt facte ſuper terram.

44 **Vociam diuini** libri loquuntur Amos † propheta teſtante, et erit in die illa dicit dominus, occidetur ſol in meridie, ⁊ tenebreſcere faciam ſuper terram in die lucis. ⁊ Hieremias, exterrita eſt inquit que parturit in Hieruſalem ⁊ afflicta eſt anima eius: occidit eis ſol cum adhuc medius eſſet ⁊ confuſa eſt ⁊ maledicta reliquias eorum in gladium dabo, quod factum eſt per Veſpaſianum.

Quod os aliquod Chriſti non fuit fractum ſicut fuit prophetizatum.

45 **Nam predictũ fuerat.** Os † eius non comminuetur. Preceptum enim fuerat eis celebrare paſcha in ouis ſimilitudinem in qua dominice paſſionis vmbra preceſſerat, q tanq̃ ouis ad occiſionem ductus, illa enim figura agni paſſionem Chriſti ſignificat.

Quod lancea Chriſti corpus debuit perforari.

Sicut prenũtiatũ eſt ab ipſo per
46 Job. Confregit † me, ⁊ poſuit me quaſi ſignum: circundedit me lanceis ſuis, conuulnerauit lumbos meos, cecidit me vulnere ſuper vulnus .i. vulnere lancee ſuper vulnus clauoꝝ. vñ etiã ⁊ per Dauid ⁊ dolorem ſuper dolorem vulnerũ meorũ. ſic eſt ab eo pronuntiatũ. ⁊ per Hieremiam. Tetendit arcũ ſuum .i. per me quaſi ſignum ad ſagittaꝫ miſit in renibus meis filias pharetre ſue. ⁊ iterum de ipſo populo ſic ait idem dominus per prophetam facti ſunt mihi in ſagittam reciprocam. ⁊ Zacharias. videbunt in quẽ confixerunt: quo etiã teſtimonio promiſſus eſt Chriſtus in ea qua crucifixus eſt carne venturus.

Quod de latere Chriſti ſanguis ⁊ aqua proceſſerunt.

47 **Zacharias dixit.** Tu † quoqꝫ i ſanguine teſtamẽti emiſiſti vinctos tuos de lacu in quo nõ erat aqua. ⁊ iterũ. Cum egredieꝛ vir ab oriẽte, ecce aque redundantes a latere dextro .i. a latere Chriſti. Item de eadẽ aqua que ex latere eius profluit propheta alius ſic dicit. Flumina aque viuentis egredientur de ventre eius aque ſcꝫ baptiſmatis que credentes viuificant: que aque ſitientibus largiuntur quando impletur quod ſcriptum eſt. lauabis me ⁊ ſuper niuem dealbabor.

Quod Chriſtus ſepeliri debuit.

48 **Per Hieremiã** idem ait. lapſa † in lacu vita mea, ⁊ poſuerunt lapidem ſuper me, ⁊ iterum. Concluſi vias meas lapidibus quadris: circumedificauit aduerſum me vt non egrediar.

Quod ſuper ſepulchrum eius lapis poni debuit.

49 **In pſalmo ſic dicitur.** Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi. quaſi diceret ſicut homines vtiqꝫ: quia ipſe deus erat. iterum Eſaias. Et dominus nominatus in ſignum eternũ quod non auferetur, ⁊ erit ſepulchrum eius glorioſum, et alibi. Dabis impios pro ſepultura, ⁊ diuites pro morte ſua.

Quod Chriſtus deſcendit ad inferos ſicut fuerat prophetizatum.

50 **Hic idẽ dominus** in eccleſiaſtico dicit. † Penetrabo omnes inferiores partes, ⁊ inſpiciam omnes dormientes, ⁊ illuminabo omnes ſperantes in deum. Item in pſalmo. Vita mea in inferno appropinquabit, ⁊ exiſtimatus ſum cũ deſcendentibus in lacuꝫ. factus ſum ſicut homo inter mortuos liber. deſcendit enim ſicut homo in infernũ, ſed ſolus inter mortuos liber fuit.

Quod Chriſtus dñs eduxit de inferno patres noſtros.

51 **Itẽ per Oſee** ante ita pronuntiauit. Ego † inquit capiam ⁊ vadam, tollam ⁊ nõ eſt q eruat, vadẽs reuertar ad locũ meũ .i. ad celeſte ſoliũ. ⁊ infra de manu inqꝫ mortis liberabo eos, ⁊ de morte redimaꝫ eos: ero mors tua o mors ero morſus tuus inferne.

Quod Chriſtus reſurrexit ſicut fuerat prophetizatum.

52 **Et hoc per prophetã** idẽ in pſalmo predixit. qi † caro mea requieſcet in ſpe: quoniam nõ derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. de qua reſurrectione ⁊ in pſalmo .iij. ita canitur. Ego dormiui ⁊ quieui ⁊ reſurrexi: qꝛ dñs ſuſcepit me. ibi inquit aliud indicat pp heta, qḋ dormierit ⁊ reſurrexerit niſi ſomnꝰ iſte mors eſt: ſed euigilatio eſt reſurrectio. quod in xl. pſalmo manifeſte oſtenditur. vbi dixit. tu autẽ dñe miſerere mei ⁊ reſuſcita me ⁊ retribuã eis, nunquid qui dormierit nõ adijciet vt reſurgat. Itẽ alibi. In pace in idipſum: dormiam ⁊ requieſcam: qm̃ tu dñe ſingulariter in ſpe cõſtituiſti me. ſingulariter tñ ſolus ſic requieuit ipſe, vt confeſtim poſt mortẽ reſurgeret. Itẽ per Eſaiam de eadem reſurrectiõe ſic clamat. Tunc exurgã dicit dñs, nũc exaltabor ⁊ ſublimabor. vbi apte teſtimoniũ reſurrectionis ⁊ aſcẽſionis oſtenditur. vnde ⁊ ibi zelum iudeorũ ſubiecit dicens, concipietis ardorẽ ⁊ parietis ſtipulam ſpiritus veſtri, ⁊ ignis deuorabit vos.

Quod tertia die debuit Chriſtus reſurgere.

53 **Oſee prediterat dicens.** Venite † ⁊ reuertamur ad dñm qꝛ ipſe cepit ⁊ ſanabit nos: viuificabit nos poſt duos dies in die tertia ſuſcitabit nos, ⁊ viuemus in conſpectu eius. Omnia enim hec in Chriſto completa ſunt. Quinta enim feria eſt ipſe traditus, paraſceue paſſus. Dominica circa diluculum preparatus egreſſus eorum q̃ dixit reſurgemus ⁊ viuemus in conſpectu eius. hec propheta de ſua perſona vel ſanctoꝝ eius alloquitur qui in inferno erãt ⁊ cum illo tertia die reſurrexerunt.

Quod Chriſtus debuit piſcatores mittere in mundum.

Per Hieremiã ante meminit di
54 cẽs. Ego † mitto ſpeculatores multos dicit dñs ⁊ piſcabũtur eos. Deniqꝫ ſm̃ Matthei euãgelium legiꝛ q̃ Chriſtus veniens iuxta mare Galilee Petruꝫ ⁊ Andreã fratrẽ eius vidit mittere retia ſua in mari, qbus ipſe dixit. Venite poſt me, faciam vos piſcatores hominum. Similiter ⁊ duos fratres Jacobum zebedei ⁊ Johannem fratrẽ eius cũ vidiſſet in nauicula cum patre Zebedeo tetentes retia prouocans de piſcatione piſcium, piſcatores reddidit hominũ ſcꝫ predicatores: retẽ cunctos credentes de profundo ſeculi huius extrahere. poſt hos piſcatores emittam venatores et venabuntur eos de montibus ⁊ collibus ⁊ de cauernis petrarum, ⁊ qḋ ſpecialiter ad conuerſationẽ gentium partim quos vndiqꝫ apoſtoli ceperunt qui per aſſumptionem conſtituti ſunt piſcatores animarum: quos quia poſt gloriã reſurrectionis ſue dñs ad predicandũ in gẽtibus miſit, ⁊ per Eſaiã ſic locutus eſt dicẽs. venio inquit vt congregem cũ oĩbus gentibus ⁊ linguis, ⁊ venient, ⁊ videbunt gloriã meã ⁊ ponam in eis ſignũ vtiqꝫ crucis ⁊ mittã in eis qui ſaluati fuerint ⁊ gentes in mare in Affricam in Libiam tenentes ſagittam .i. predicationis velocem ſermoneꝫ in Italiam quippe ⁊ Greciã que ad inſulas longe ⁊ ad eos qui nõ audierunt de me ⁊ videbũt gloriã meã in qua ſententia ſpecialiter prophetizantur niñ apoſtoli ſimulqꝫ ⁊ per totum mundũ predicauerunt euangeliũ ⁊ ad ipſum prophete non tacuerũt. de quibus etiã in pſal. ante predictũ eſt. Non ſunt loquele neqꝫ ſermones quorũ nõ audianꝛ voces eorũ. In oẽm terraꝫ exiuit ſonus eorũ, ⁊ in fines orbis terre verba eorum.

De aſcenſione Chriſti ſcilicet qḋ celos aſcendere debuit ſm̃ prophetias.

55 **Daniel dicit.** Aſpiciebam † in viſione noctis, ⁊ ecce in nubibꝰ celi filius hominis veniebat, ⁊ vſqꝫ ad antiquũ dierũ puenit .i. ad patrẽ. poſt hec adiecit. ⁊ in conſpectu eiꝰ obtulerũt eũ. ⁊ dedit ei poteſtatẽ ⁊ regnũ ⁊ oĩs populus tribus ⁊ lingue ipſi ſeruient: poteſtas eius poteſtas eterna, q̃ nõ auferetꝛ, ⁊ regnũ eius qḋ nõ corrũpetur. Cuius aſcenſionẽ in celis rurſum pſal. ſic indicat. Ipſe tanq̃ ſponſus procedẽs de thalamo ſuo Exultauit vt gygas ad currendã viam, a ſummo celo egreſſio eius. Et occurſus eius vſqꝫ a ſummũ eius, veniens a celo vſqꝫ ad infernũ deſcendit, egreſſuſqꝫ repetit manſionẽ ſuã, ⁊ aſcendens a ſedem patris ſui de quo antea ſolus exiuit cuius aſcẽſus in celum vel introitus, qbus gaudijs declaraꝛ pſalmographus indicauit. vidẽtes em̃ poteſtates ⁊ hereditates carnẽ Chriſti aſcẽdentẽ in nubibꝰ in portas celi egrediẽs dixerunt. Tollite portas principes veſtras, ⁊ eleuamini porte eternales ⁊ introibit rex glorie. Quis eſt iſte rex glorie, dñs fortis ⁊ potens dñs potens in prelio: tunc aſcenſum eius

⁊ alibi cõmemorat Dauid dicens. Aſcendit ſuper cherubin ⁊ volauit, volauit ſup pennas ventorũ, ⁊ iterũ aſcẽdit in altũ ⁊ captiuam duxit. d. h. qui vt ibiq; niſi fuiſſet in terra nõ diceret aſcendit. Sed quid eſt captiuã duxit captiuitatẽ, niſi q: deuicta morte ipſa in carnem quã a terris aſſumpſerat, quaſi captiuã in celũ ducebat, bene poſt hec propheta hortatur oẽs gentes prouocans ad laudẽ Chriſti eundẽq; aſcenſum eiũs eiſdẽ iterum pronuntians. pſallite deo qui aſcendit ſuper celũ ad orientẽ, ⁊ de loco orientis in partibus eſt vbi Chriſtus reſurrexit, ⁊ in celum aſcẽdit, ⁊ poſt hec ſubdit. Viſi ſunt ingreſſus tui deus, greſſus dei mei regis mei q eſt in ſancto. Videntibus olbus apoſtolis atq; quingentis viris ſic aſcendit in celum. Cuius aſcenſionem ⁊ ſalomõ in canticis can. predicat. Ecce hic ſaliens ſup montes ⁊ trãſiliens ſuper colles. ⁊ Amos dicit. Qui edificat in celo aſcenſum ſuum. ⁊ faſciculũ ſuũ ſup terrã fundauit. Sed ⁊ illud per Eſaiã dñs dicit. Nunc exurgã, nũc exaltabor. ⁊ nũc ſublimabor. teſtimonium reſurrectionis ⁊ aſcenſionis Chriſti declarat quaſi aperte diceret. nunc exurgã a mortuis, nunc exaltabor in celo nunc ſublimabor in regno. Unde ⁊ alibi ipſe Eſaias. Ecce itelliget ſeruus meus ⁊ exaltabitur, ⁊ eleuabit. ⁊ ſublimis erit valde, quod vtiq; ad aſcenſionem eĩ ⁊ gloriã pertinet regni.

¶ Quod Chriſtus ad dexteram dei patris ſedet.

56 **In pſalmo ſcriptum eſt.** Dixit † dñs domino meo: ſede a dextris meis. Donec ponã inimicos tuos ſcabellum pedũ tuorũ. Inquirant ergo iudei cui dictũ eſt a dño, ſede a dextris meis: nunquid archangelo, non opinor neq; angelo, neq; prophete. nã nullus hominum in ea gloria eſt: ſed ille quẽ digno conſenſu inuiſibilis deus habet, hic ſedet ad dexteram patris, qui cõſenſu dei dignus eſt nole de quo dicit pſal. Regnabit dñs ſup omnes gentes: dñs ſuper ſedem ſanctã ſuã. Et iterũ dñs in celo ſedes eius.

¶ Quod regnũ Chriſti eſt eternum ⁊ incorruptibile.

57 **Daniel. vij. dicit.** Videbam † viſionem noctis et ecce in nubibus celi quaſi filiũ hominis venientem, ⁊ vſq; ad antiquũ dierum peruenit: ⁊ in conſpectu eius preſentatus eſt, ⁊ ipſi datus eſt principatus et honor. ⁊ omnes populi tribus et lingue ipſi ſeruiẽt. poteſtas eius poteſtas eterna que non auferetur ab eo, ⁊ regnũ qđ non corrũpetur. Quo teſtimonio oſtẽdit ita excepiſſe Chriſtũ ab oĩpotẽte ⁊ dñationẽ, et regnũ ⁊ ptãs ei⁹ eterna ſit ⁊ regnũ ei⁹ ſine vlla corruptiõe pmaneat. Et iterũ idem Daniel. Ipſe eſt deus viuẽs ⁊ eternus in ſecula: ⁊ regnum eius non diſſipabitur: et poteſtas eius vſq; in eternum. Et Eſaias propheta de eodem multiplicabitur eius imperium, ⁊ pacis eius non erit finis. ⁊ in pſalmo ſic legitur. Orietur in dieb⁹ eius iuſticia ⁊ abundantia pacis donec auferatur luna, ideſt vſq; ad conſummationem ſeculi.

¶ Quod Chriſtus ſpiritumſanctum miſit.

58 **Dauid ita dicit.** Aſcendit † in altum ⁊ captiuã duxit captiuitatẽ, dedit dona hoĩb⁹. Poſt aſcenſionem ſuã ſic miſit ſpiritumſanctũ in quo eſt oĩm plenitudo donorum. De quo per Joel prophetã nuntiat dicens. Et poſt hec effundã ſuper omnẽ carnẽ ſpiritum meũ ⁊ prophetabunt filij veſtri et filie veſtre. Senes veſtri ſomnia ſomniabunt: ⁊ iuuenes veſtri viſiones videbunt: ſed ⁊ ſuper omnes ſeruos meos ⁊ ancillas meas in die illa effundam de ſpiritu meo. Zacha. Effundã inquit ſuper Dauid et ſuper habitantes Hieruſalem ſpiritũ gratie. hoc autem pronuntiatum eſt dicente propheta in pſalmo. In omnem terram exiuit ſonus eorum: et in fines orbis terre verba eorũ. Non ſunt loquele ⁊c.

¶ Quod dñs Jeſus Chriſtus venturus eſt in fine mundi iudicare viuos ⁊ mortuos.

59 **Per ezechiã ita annũtiatur.** Hec † dicit dominus deus. Aufer cidarim, tolle coronam, nonne hec eſt que humiles ſubleuauit, ⁊ ſublimem humiliauit. ⁊ hoc nõdum factum eſt donec veniat cuius eſt iudicium, ⁊ tradam ei. De quo Eſaias. Dominus ſicut fortis egredietur, et ſicut vir preliator ſuſcitabit zelũ: vociferabitur et clamabit, ⁊ ſuper inimicos ſuos cõfortabitur. Tacui ſemper et ſilui patiens fui, ſicut parturiens loquar: diſſipabo ⁊ obſeruabo in ſimul hoc ad ſcđm aduentum, in quo non humilis vt iudicetur, ſed vt iudicet fortis egredietur. Neq; tacebit quomodo in priori aduentu fecit, neq; patiẽs erit ſicut in paſſione carnis, ſed iudicans vociferabit, loquetur vt parturiens: quia repente, vt eſt pariens, ita corruens ſuos hoſtes eſt oppreſſurus. Hoc etiam teſtimonio pſal. ita docet: et dicit. Deus manifeſte veniet: deus noſter et non ſilebit. Si vtiq; quia ſi in primo humilitas, ſi aduentum tacuit, ad iudicandum in ſecundo dũ manifeſtus venerit, ita videlicet non tacebit ſed clamabit, reddat, tollat ſingulis ſm opera ſua. Sequitur. Ignis ante eum ardebit, et in cõſpectu eius tempeſtas valida. ignis ante eum ardebit, vt legem ſenũ ſtipulam. ideſt delinquentibus. lapideſq; precioſos. Juſtorum probatus eſt geſta q̃ dicturi ſunt. Tranſiuimus per ignem et aquã, ⁊ eduxiſti nos in refrigerium. Et Eſaias. Auditam inquit faciet dominus gloriã vocis ſue, et terrores brachij ſui oſtendet in comminatione furoris ⁊ flãmam ignis deuorantis allidet in turbine et in lapides grandinis. Brachium enim dei eſt Chriſtus: qui in flamma et terrore tempeſtatis ad iudicandum venturus eſt. De cuius iterum iudicio idem propheta ſic dicit. Conſurge ſicut in diebus antiquis in generationibus ſeculorum. Nũquid tu percuſſiſti ſuperbum, vulneraſti draconem. hic ſecundus Chriſti predicatur aduentus vt ea virtute cõſurgat in iudicium et ad ſeparationem bonorum atq; malorũ, qua virtute ſurrexit in generationibus ſeculorũ. hoc eſt in primo quãdo percuſſit ſuperbũ, ideſt diabolum eum ſeparando a bonorũ cõſortio angelorũ, de cuius Chriſti iudicio et Micheas ſic loquitur dicens. Audite montes iudiciũ domini, cum populum ſuum ⁊ cũ Hieruſalem iudicabit dicens, popule meus quid feci tibi, aut in quo moleſtus fui. Reſpondemus tunc enim iuxta Malachiam. Videbũt et aſpicient ad quẽ confixerũt, ⁊ plangent planctu quaſi vnigeniti: dolebunt ſuper eum vt doleri ſolet in morte primogeniti. dolebunt enim eum a ſe crucifixum cum viderint iudicantẽ in patris ac ſua maieſtate regnantem. Job qui ante legem. ⁊ angelicis virtutibus clarus, redimendũ ſe reſuſcitandũq; in die iudicij, qui venturus eſt iudicare viuos et mortuos, preſentandũq; prophetica autoritate annuntiat dicens. Credo enim quod redẽptor meus viuit: et in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, et in carne mea videbo deum ſaluatorem meum. Quem viſurus ſum ego ipſe et non aliꝰ: et oculi mei conſpecturi ſunt. repoſita eſt ergo hec ſpes mea in ſinu meo. i. in corde meo. quem. i. deum, quĩ videndus eſt in iudicio ſicut legimus. videbunt in quem cõpunxerunt. quem quidem dicunt in eo loco iudicaturum impios vbi ipſe iudicatus eſt. Joel propheta teſtante. Exurgant inquit ⁊ aſcendant omnes gentes in valle Joſaphat: quia ibi ſedebo vt iudicem omnes gentes in circuitu. Namq; ibi pleriq; aſſerunt futurum iudicium vbi paſſus eſt dominus Eſaia pronuntiante. Confirmationẽ ⁊ abbreuiationem faciet dominus deus exercituũ in medio omnis terre, que confirmatio et abbreuiatio non poteſt eſſe niſi iudicij futuri. Sed vbi ſit medium terre illud ſedule de paſſione teſtimoniũ Dauid oſtendit qui dicit. Deus autem rex noſter ante ſecula: operatus eſt ſalutem in medio terre. Nulla enim alia eſt ſalus noſtra, niſi redemptio domini noſtri Jeſu Chriſti ſaluatoris et iudicis, que in medio terre orta eſt.

¶ Quod iudei excecati debuerunt Chriſtũ negare ⁊ quicquid de Chriſto fuerat prophetizatum.

60 **Pendẽt omnia iſta ex literis** † Hebreorũ qui legunt cuncta, ſed non intelligunt: omnia ſignata ſunt in illis propheta teſtante, et erit nobis viſio omnium ſuper ſermones libri ſignati, quem ſi dederunt homini literas ſcienti et dicent, ⁊ ille reſpondebit non poſſum, ſignatum eſt enim: ⁊ dabitur liber neſciẽti legere, ⁊ reſpondebit, neſcio literas, hec ſunt veteris teſtamenti ſignacula que ſilius heres ſignauit in oculis noſtri cordis illuminans ſicut ſcriptum eſt. Signa teſtimonium. ſigna legem, in diſcipulis noſtris. habemus enim ad intelligendum Chriſtũ ducem, legem, teſtes, ⁊ prophetas, ex quibus deitatem et nomen, gentium quoq; genus ⁊ patriã, ⁊ natiuitatem: virtutes: ⁊ curationes, cõprehenſiones, palmas, flagella, conſputationes, ſuſpenſiones, fellis ⁊ aceti potationẽ, mortẽ, ſagittã, ſepulchrũ, infernũ, incorruptionem corporis, ⁊ reſurrectionẽ carnis, aſcẽſionẽq; eius in celi regnũ, atq; iudicium declaramus.

¶ Vide cecitatem iudeorum contentam in ſuo Thalmud.

61 **Explicit † libellus domini Iſidori** epiſcopi de fide catholica ex veteri ⁊ nouo teſtamento editus cõtra iudeos impios, q ducti ſacrilega cecitate in ſuo Thalmud ſcripſerunt, ⁊ ſcriptum retinent ⁊ ſeruant, ⁊ loco quolibet die ſabbati recitant, q beata virgo Maria habebat virum nomine Joannã: ⁊ concepiſſe nephando mentiuntur turpius ex Joſeph, quẽ dicũt fuiſſe hominem luxurioſum in Hieruſalem habitantem. vbi etiã dicunt Mariam habitare cum viro predicto, et ſic mentiuntur ſceleratiſſimi iudei, Chriſtum ex adulterio genitum. et etiam tempore menſtruali: ⁊ poſt Chriſtum impoſuiſſe ſibi nomen Joſue, ⁊ ipſe

fecit ſe

fecit ſe vocari Jeſus. fatentur tamen quod in ſecũdo anno diſputauit cum ſcribis in Hieruſalem, ⁊ mirabãtur ſuper doctrina eius cum ipſum ſpurium ⁊ ex menſtruata natum damnabiliter aſſererent: ⁊ ibi conuicit eos in quadam queſtione quã de ſuo Thalmud qui apud eos appellatur Anzechin, diſputabat de ietro ⁊ Moyſe, ducens eos ad inconueniens ſcz ꝙ ietro fuit magiſter Moyſi, ⁊ ſic diſcipulus ſuper magiſtrum ſit, vel qđ Moyſes non dediſſet legem, qđ eſt nepharium apud omnes. Et mirantes ſuper ſapiẽtia illius dixerunt ipſum eſſe Bethinda. i. mãzer, vel ex meſtruata natus. Sapientiam autem ⁊ poteſtatem miraculorum dicunt ſic acquiſiuiſſe. Fabulant enim in tẽplo Salomonis fuiſſe lo quodam lapidẽ ſcriptum Xamenaforas, qđ cum legiſſet, incõtinenti intellexit omnia, ⁊ potuit omnia facere: quia dicunt illud verbum Zamenaforas, talem virtutem habere. Sed vt dicunt, Scribe et phariſei fecerunt fieri quatuor leones ⁊ canes eneos, qui arte magica in porta templi latrarent, vt exeuntes cum illo Zamenaforas, traderent obliuioni ex timore illorum latrantium. vnde dicunt qđ Chriſtus in femore inter pellem ⁊ carnem poſuit illud in charta, vt exiens ſi traderet obliuioni: tamen retineret Zamenaforas, ⁊ ſic fuit. Unde fuit ſapientiſſimus ⁊ potentiſſimus in omnibus miraculis, ⁊ ideo allegabat prophetias quas de ſe dicebat, Dabit dominus ipſe vobis ſignum, ⁊ ſcripturas, ⁊ qđ Meſſias qui de celo deſcendit. ſic dicit Eſaias. Propter hoc dabit dominus ipſe vobis ſignum. Ecce virgo concipiet ⁊ pariet filium ⁊c. Item illud filius meus es tu ⁊c. Et illud. Aſtiterunt reges terre ⁊c. Itẽ dicebat iudeos eſſe ſpurios ſicut ſcriptum eſt: quia filij fornicationum ſunt. Item fecit miracula. ſ. claudum quẽdam ⁊ curuum ſtare ⁊ ire, cum illo nomine Zamenaforas, ⁊ leproſum etiam curauit. Tunc iudei adduxerunt eum ad reginam Helenam, quã tunc dicunt regnare in Hieruſalem, et accuſauerunt illum ꝙ volebat deſtruere totum mundum. Ipſe autem coram illa allegauit de ſe ſcripturas propheticas et ſuſcitauit mortuos coram ea, et confudit iudeos, ⁊ fuit magnum ſcandalum in Hieruſalem: ⁊ congregauit bene trecentos diſcipulos vt dicunt iudei, non audens diſputare. miſerunt quendam iudeum iudam, ſcz ſchariotum qui didicit Zamenaforas ſupradictum. ⁊ traxit illi virgam virilem, ⁊ minxit ſuper Jeſum, ⁊ ſic polluit illum dum volarent ambo, ⁊ cecidit Jeſus ⁊ perdidit ſcientiam ⁊ poteſtatem: quia Zamenaforas non patitur pollutionem aliquã, ⁊ ſic infirmus factus fuit captus, ⁊ crucifixus, ⁊ mortuus iubente predicta Helena.

¶ Finis.

Joſephus quẽ iudei yoceſon

bengorion vocant. lib. xviij. antiquitatum. c. xiij. deſcribens tempus imperij Tiberij Ceſaris ſuper orbem, ⁊ pilati eius procuratoris in iudea, poſt ꝙ trãſtulit inãgnem Tiberij in Ceſareã, de Chriſto ſic teſtificatur: cui cõcordat Euſebius de eccleſiaſtica poteſtate libro. j. c. xiij.

¶ Epiſtola fuit iiſdem temporibus. De ſtatura Chriſti.

Apparuit iſtis tẽporibus ⁊ adhuc eſt homo magne virtutis, nominat᷒ Chriſtus Jeſus, qui dicitur a gentibus propheta veritatis, quem eius diſcipuli vocant filium dei: ſuſcitãs mortuos, ⁊ ſanans languentes: homo quidem ſtature proceris mediocris, et ſpectabilis, habens vultum venerabilem: quem intuens diligere poſſit ⁊ formidare, capillos habens vncis coloris auellane premature, ⁊ planos fere vſq ad aures. Ab auribus vero crines aliquantulum criſpos ceruliores, ab humeris vẽtilantes ⁊ fulgentiores, diſcrimen habens capitis in medio, iuxta morem nazarenorum: planam frõtem cum facie ſine ruga ⁊ aliqua macula ſereniſſimam, quem moderatus color venuſtat: naſi, oriſq nulla eſt prorſus reprehenſio, barbã habens impuberem ⁊ copioſam capillis cum colore, non longam ſed medio bifurcatam: aſpectum habens ſimplicem et maturum, oculis glaucis, variſq claris exiſtentibus: in increpatione terribilis, in admonitione blandus et hilaris, ſeruata cum grauitate: qui nunꝙ ridere viſus eſt, flere autem ſic. in ſtatura corporis rectus ⁊ propagatus, manus habens ⁊ brachia viſu delectabilia, in colloquijs grauis ⁊ modeſtus, inter filios hominum ſpecioſus. Hec ille.

¶ Epiſtola Pilati de nece dñi noſtri Jeſu ad claudium miſſa Imperatorem.

Pontius Pilatus Regi Claudio. S. P. Nuper accidit, qđ ⁊ ipſe probaui, iudeos per inuidiam ſe ſuoſq poſteros crudeli dãnatione peremiſſe. Cũ enim haberent eorũ patres promiſſionẽ ꝙ deus eorũ illis mitteret de celo ſanctum ſuum, qui rex eorũ merito diceretur. Hunc ſm promiſſionẽ inter nos miſit de virgine natum, me itaq in iudea preſidente. Cũ vidiſſent hunc iudei cecos illuminaſſe, leproſos mundaſſe, paralyticos curaſſe, demones ab hominibus fugaſſe, mortuos ſuſcitaſſe, imperaſſe ventis, ſiccis pedib᷒ ſuper vndas maris ambulaſſe, ⁊ multa alia miraculorum ſigna feciſſe. Et cum multi de populo iudeorũ hunc filium dei crediſſent, inuidia contra eũ principes ſacerdotum paſſi ſunt ⁊ ſcribe phariſeorum, ⁊ tenentes eum tradiderunt mihi preſidi: ⁊ alij pro alijs mẽtientes illum magnũ eſſe dixerunt: ⁊ contra eorũ legem facere. Ego autem eorũ verbis credidi, ⁊ eorum arbitrio illũ flagellatum tradidi. Illi vero in ligno eum crucifixerunt, ⁊ mortuum ſepelientes, cuſtodes pretorij mei milites poſuerunt, ⁊ ſignantes monumentũ abierunt. Ille autem a mortuis tertia die reſurrexit. Intantum deniq exarſit iudeorum iniquitas: vt militibus meis darent pecuniam dicentes. Dicite quia eius diſcipuli corpus ipſius nocte furati ſunt. milites autem cũ pecuniã accepiſſent, nec tacere potuerunt factum quod fuerat, ſed de ſepulchro reſurrexiſſe teſtati ſunt, ⁊ a iudeis ſe pecuniam accepiſſe ad dicendũ contrariũ. Ideo ſuggero regi ne quis tibi veritatem ſcienti mentiat, ⁊ ne eſtimes me credere mendacijs iudeorum. Poteſtati tue oĩa que geſta ſunt de Jeſu in pretorio meo notifico per preſentes. ⁊ vale. Hec reperta ſunt in annalibus Romanorum.

De ſtatura Chriſti Octouiani tẽ

poribus Ceſaris ex vniuerſis mundi partibus, illi qui prouincijs preerant, Senatoribus ſcribebant qui rome erãt, de nouitatibus que occurrebãt p mundi climata. Quidam lentulus noĩe, in partibus iudee Herodis regis habens officiũ, ſenatoribus de Chriſto ſcripſit. ⁊ hoc eſt in annalibus Romanorum.

¶ Epiſtola. Apparuit iſtis temporibus. Joſephus quem iudei vt ſupra.

Fuit iiſdẽ tẽporib᷒ Jeſus vir ſapiens, ſi tamen eũ nominari virum phas eſt. Hic erat mirabiliũ effector operum, ⁊ eorũ doctor hominũ qui que vera ſunt libenter audiunt, ⁊ multos quidẽ iudeorũ, multoſq etiam ex gẽtibus ſibi adiunxit Meſſias hic erat. hunc ad primorũ noſtre gentis virorũ accuſationem cum Pilatus in cruce agendũ eſſe decreuiſſet, non defuerunt qui ab initio eũ dilexerant: apparuit enim die tertia iterum viuus ſm qđ diuinitus inſpirati prophete vel hec vel alia de eo innumera miracula eſſe futura predixerant: ſed ⁊ in hodiernũ Chriſtianorum diem qui ab ipſo nuncupati ſunt, ⁊ nomẽ genuſq perſeuerat. Hec ille.

¶ Legitur de beato Jſidoro in officio ſuo in lectionibus officij matutinalis inter alia de eiuſdem Jſidori factis in ſecunda lectione.

Mira res: quadam nocte domi-

nice natiuitatis exiſtens Jſidorus in horis matutinalibus apud Hiſpalenſem eccleſiam ſubito Romam adijt, ⁊ beatũ Gregorium qui eadẽ nocte eiſdẽ horis inſiſtebat viſitauit. q congaudens eiſdẽ, ac ipſũ ſpiritu diuino cognoſcẽs, ãm plexatus eſt in perſona familiaris fratris ſui Leandri. Refecti igiť beatiſſim ioꝛ verbis, Jſidor᷒ ad Hiſpalẽſem eccleſiã eſt reuerſus, inueniens quos dimiſerat idẽ matutinale celebrãtes. Cũq arriana hereſis in toto gottorũ regno acrius incaleſceret. Mortuo Leonigildo beatus Jſidorus palã arguens dictã hereſim, ad palmam martyrij peruenire anhelebat.

¶ Cernens igiť beatus Leander admirabilẽ conſtantiã Jſidori neſciť quo ductus ſpiritu, in cella adoleſcentẽ Jſidorũ incluſit. qđ tam prius rex ꝙ multi eccleſiarũ prelati, multũ egre ferẽtes, dicebãt non debere talẽ lucernã ſub modio ponere, ſed ſuper candelabrum Sed nec regis: nec aliorũ vocibus beatus Leander ceſſit: ipſe ſciebat que fecerat. beatus Recaredus iuxta cellam beati Jſidori frequenter aſſidebat. Cõgregato magno conſi. fidẽ catholicam cũ baronibus, Recaredus profeſſus eſt ⁊ etiã confirmauit.

¶ Igitur beatiſſimo Leandro infirmitate mortis grauato iubet Jſidorũ educere de cella ſolatij ac benedicendi gratia, vt ieſe ſuis meritis cõmendaret. Sed ſanctus Jſidorus ventientibus ad ſe tale dedit riſum. Scitote fratres me ab hac cella minime egreſſurum

quãdiu frater meus in hac peregrinatione extiterit. ipſe enim hoc propoſito ſacramenti firmauit. Igitur in celeſtem gloriam beato Leandro poſito ſanctus Iſidorus in paſtorem eligitur, et a rege τ a populo cella diſrumpitur, et dei famulum ad eccleſiam perduxerunt.

¶ Coactus ſanctus Iſidorus ceſſit. τ ſic in antiſtitẽ Hiſpalenſem venerabiliter eſt receptus. cuius electio beato Gregorio ſummo põtifici per nuntios ſolennes preſentatur, quam ſuſcepit cum gaudio, τ ipſum confirmauit dirigens ſibi pallium cum honore per totam Hiſpaniam primatie. Quantum ſanctus Iſidorus fuerit cõſtans, humilis, patiens, benignus τ cunctis virtutibus inſignitus nullius lingua ſufficeret ad narrandum. Conſtruxit etiã monaſteria vbi clericorum ac ſcholariũ colligebat multitudinem vt inſiſterent ſcholaſticis diſciplinis. Ordinauit vt nullus ſcholarium per quadriennium a monaſterio exiret. In quorum collegio fuit beatus Illefonſus, τ multi alij nobiles.

¶ Cũq; ſanctus Preſul appropinquaret ad Hiſpalenſem ciuitatem, factus eſt concurſus vtriuſq; ſexus, ſcʒ ſcholariũ, clericorum, monachorum, laicorum cum hymnis τ laudibus τ gaudio. Concurrentibus omnibus igitur, vt ſancti patris tangerent fimbrias, ex compreſſione turbarum quedam mulier pregnans extitit ſuffocata: qđ cernens dei famulus inter lachrymarum inundationes tacitus orationem fudit. Poſt modicum ſpatiũ ſurgẽs, mulier voce clara dixit. Benedictus tu pater Iſidore: quia tuis orationibus tã me ꝙ fetus meũ a morte tẽporali τ eterna liberaſti. Retulit omnibus aſtantibus, qđ vt τ ipſa τ fetus defuncti ſunt, anime ipſorum deferebantur ad infernum. audita eſt autem vox, reuertantur anime ad corpora: quia amicus noſter Iſidorus orat pro eis. Multa deniq; opera charitatis exercuit. Puellas pauperes in matrimonio cõiungendo, ac captiuos redimẽdo, tot aũt virtutum τ donis miraculorum fulſit inſignis, vt ſi omnes artus hominum verterentur in linguas, non ſufficerent ad loquendum.

F I N I S.

Tractatus notabilis & vtilis domini Tyndari. U. J. doctoris obſeruantiſſimi in materia Compenſationum Feliciter Incipit.

Chriſti nomine inuocato & glorioſe virginis Marie. Placuit ad iuuenum eruditionem, intelligentium etiam aliqualem cõmemorationem, vtilia quedam circa compenſationis materiam, hoc tempore compendioſe percurrere.
Igitur ea ipſa trademus hoc ordine.
Primo quid ſit compenſatio.
Secundo cur ſit edita.
Tertio ex quibus rebus conficiatur.
Quarto ex quibus obligationibus vel debitis.
Quinto in quibus caſibus locum habeat.
Sexto qualiter fiat & cuius miniſterio.
Septimo quis ea vtatur & aduerſus quem.
Octauo quo tempore.
Nono qualiter in compenſatione procedatur.
Decimo & vltimo quis ſit effectus compenſationis.

Summarium.

1 Compenſatio quid ſit.
2 Intereſt potius noſtra non ſoluere, quam ſolutum repetere.
Fruſtra factum eſt per plura, quod poteſt agitari per pauciora.
3 Compenſatio quibus ex rebus conficiatur.
4 Compenſando ſpeciẽ pro ſpecie, vel ſpeciẽ pro quantitate vel ecõtra, an contradicat ſolutionis nature.
5 Compenſatio qualiter fiat. 10.
6 Res an debeant compenſari in genere ſuo.
7 Res redacta ad pecuniã mutuo cõſenſu partium, an quelibet ſpecies poſſit deduci in compenſatione.
8 Fructus ex pignore percepti an extenuent.
9 Quantitas ſi in ſpecie debeatur, an cum alia quantitate compẽſetur eiuſdem generis & materie.
11 Baldus quandoque varius.
12 Pecuniam in ſpecie deberi quid ſit.
13 Quantitatẽ ad ſpeciẽ redigi quid eſt.
14 Demonſtratio perſone apud quam eſt ſpecies, ſpeciẽ nõ minuit.
15 Teſtatoris vel contrahentium voluntas quo caſu ſequenda.
16 Creditore inuito an aliud pro alio poſſit ſolui in ſpeciebus.
17 Ueritatis fundamentum non habentia non ſunt referenda.
18 Aduerſarij voluntas non apparet in caſu dubio.
19 Imperator an ſit cõmendandus.
Obligatio dici ſolet eſſe mater actionis.
20 Obligatio vbi impotẽs eſſet ad producendum actionẽ efficacem, nunquid dicemus denegari compenſationem.
21 Obligatio naturalis nullã actionem omnino producere ſolet.
22 Abſolutio an poſſit tollere naturalem obligationem.
23 Naturalis obligatio poſt ſentẽtiã abſolutoriã iniuſte latã licet remaneat, an efficax.
24 Cõpenſatio debiti ante diem admittatur.
25 Compenſatio cui deneganda.
26 Agens contra macedonianũ repellitur ſenatuſcõſulti exceptiõe.
Tutela manente, cõtra tutorẽ non poteſt agi pupillus.
27 Debitor an opponat exceptionẽ compẽſationis tpis ſuo creditori qui olim fuit debitor circa idem eſt moroſus.
28 Fideicommiſſum hodie petitur iure actionis.
29 Compenſatio in oĩbus cauſis an recipi poſſit.
30 Compenſatio negligentie quo caſu fiat.
31 Compenſatio an admittatur in noxali iudicio.
32 Compenſatio ſemper reijcitur in cauſis fiſcalibus vbi debitũ proceſſit ex diuerſa ſtatione.
33 Compenſatio non poteſt opponi in decimis.
Decime ſunt tributa que debentur deo.
34 Cõpenſatio ad faciẽda in delictis et vbi agitur de dolo vel culpa.
35 Compenſatio an admittatur vbi ſunt delicta hincinde omnino diuerſa.
36 Compenſatio circa idem non fiet ſi vnus eſt in lata culpa, alter in leui.
37 Compenſatio quando admittatur in dolis diuerſarũ perſonarũ.
38 Doli exceptio fit ad merita cauſe.
39 Compenſatio non recipitur in cauſis fiſcalibus vbi debitum eſt diuerſarum ſtationum.
Odio penarum fit compenſatio ipſo iure.
40 Imperator prohibuit ſtantibus debitis diuerſarum ſtationum fieri confiſcationes in cauſis fiſcalibus.
41 Compẽſatio an admittatur ſi ex vtroque latere factũ ſit depoſitum & hincinde agatur directa depoſiti.
42 Cõpenſatio an recipiatur circa iudicium dotale.
43 Compenſatio an admittatur contra depoſitum.
44 Expenſe neceſſarie minuunt dotem. 59.
45 Fructus ſi cõpenſantur, qui ſunt pars dotis vniuerſalis, compenſatur pars vere dotis.
46 Species vna pro altera ſolet retineri in multis caſibus.
47 Compenſatio an fiat ipſo iure. 51.
48 Iura factũ hominis clare requirere videntur in cõpenſatione.
49 Uſure non currunt niſi ex mora.
50 Compenſatio ipſo iure extinguit debitum ſicut ſolutio.
52 Fideiuſſor tanto minus debet ipſo iure, quantum ex compẽſatione reus poteſt retinere.
53 Male agere an dicatur cui obſtat compenſatio.
54 Uſure legibus ſunt odioſe.
55 Debitor plurium ſummarũ an poſſit ſoluere ſine dubio inuito creditore priuſque ſummam velit.
56 Compenſationes an fieri poſſint ipſo iure ab initio, tempore contractorum debitorum.
57 Iudex an debeat pronuntiare ſm cõpenſationẽ iam factam.
58 Diuerſis ex cauſis cõpenſatio an poſſit fieri.
Solutũ repetit vt indebitum ſoluens per errorem.
60 Compenſatio que fit a debitore quotuplex ſit.
61 Compenſatio ipſo iure a principio inducta omni caſu, quos effectus inducat.
62 Exceptio doli dabatur olim tam in bonefidei quam ſtricti iuris.
63 Teſtamentũ ex cauſa preteritionis ipſo iure eſt nullum.
64 Reprobatio iniuſte facta quomodo validanda.
Sententia facit ius inter partes.
65 Iudex nullam cõpenſationem facit ex officio, ſed eã factam a iure declarat vel reprobat.
66 Oppoſitio nulla partis de compenſatione habet de neceſſitate fieri in iudicio.
67 Miniſterium vel adminiculum hominis non requiritur ad compenſationem inducendam.
68 Lex ſemper eſt certa de veritate.
69 Compenſatio cui poteſt obijci, agere poteſt. 70.
Nemo experitur ſine ratione.
71 Sententia facit de indebito debitum.
72 Contributio quomodo debeat intelligi.
73 Conuenti in arbitrio eſt an compenſet vel petat.
74 Compenſatio an inducatur ſine hominis facto.
75 Equalitas in iudicijs eſt ſeruanda.
76 Actio ſublata eſt cum compenſatio ſit facta ipſo iure, & perempte ſint obligationes hincinde.
77 Reus ſi ſtatim liquidaret de iure ſuo ſine mora poſt liquidatũ ius actoris, an iudex debeat ſm compenſationem iam factam a iure pronuntiare.
78 Compenſatione qui vtitur an videatur agere et petere.
Excipiens in ſua exceptione dicitur agere & petere.
79 Cõpenſatione vtẽs in effectu petit declarari ſe non debitorem.
80 Lex facit cõpenſationem ſine homine, vt homo ea vtatur.

Articulus primus.

1 Compẽſationem dici † debiti & crediti inter ſe contributionem modeſtinus ſcribit. ff. de compenſa. l. i. Noſtri doctores declarant hanc contributionem fieri ſolutionis loco, idque non immerito. Eſt enim compenſatio imaginaria quedam ſolutio effectu ſaltem conſiderato: vt probatur. ff. qui po. in pig. ha. l. ſi debitor. in fi. ff. ad treb. l. deducta. §. nũmis. in fi. per Bar. in l. amplius non peti. ff. rem ra. ha. & per Bal. in l. fi. C. de compenſa. Quamque gl. quedam ad hoc deuiauerit. in. c. ad noſtram. de iureiur. dicens cõpenſationem nõ dici ſolutionẽ, & nõ recte per preallegata iura. latius tamen de hoc ſubiectemus. vij. q. princi.

Articulus ſecundus.

2 Idcirco autem compenſati. induci neceſſariãque eſſe põponius voluit: quia † noſtra intereſt potius nõ ſoluere quam ſolutũ repetere. ff. eo. l. iij. Non mirũ, nã & ipſum repetere fortaſſe fiendũ eſſet cũ lite. ipſum ergo litigare moleſta res eſſe videt & damnoſa circa ſumptus & ipſius cauſe periculũ

propter qđ ⁊ minori concedi ſolet in integrū reſtitutio, vt hic pbatur. ff. de mino. l. minoribus. xxv. annis ſubuenit. C. de iudi. l. pperandū. poſt prin. C. de fruc. ⁊ lit. expē. per totū. ff. de fideiuſſo. l. ſi ſtipulatus. ff. de pecu. l. quod debetur. cum concor. Denicꝫ vt Bald. voluit. C. eo. l. ſi. fruſtra factum eſſet p plura quod poterat agitari per pauciora. Sicꝫ quod poteſt breuius per vnū actū expediri cōpenſando, incaſſum protraheret p plures ſolutiones, vel potius per ſolutionē ⁊ repetitionē. pro hoc. ff. de condi. indebi. l. dominus teſt. ff. ſi cer. pet. l. cum fundus. §. ſeruū tuum imprudens. de reſcri. cle. auditor. Et he rationes ſufficiunt. licet Sali. alias rationes cōſiderauerit in. l. ſi. C. de compenſa. Iamcꝫ ſatis primus ac ſecūdus articulus redditur expeditus.

¶ Articulus tertius.

3 Ex† rebus omnibus compenſatio induci maioribus noſtris non eſt viſum, ſed ex his tātū qui inter ſe ipſas functionē recipiūt Sicuti ſunt ea que pondus ſapiunt, aut numerū, aut menſuram, vt. ff. ſi cer. pe. l. ij. §. mutui datio. inſti. qui. mo. re cōtrahitur ob. poſt prin. Nō ergo recipienda erit cōpēſatio de ſpecie debita ad alteram ſpeciē. nec de ſpecie ad quātitatem vel econtra, vt. ff. de pign. ac. l. ſi cōuenerit vt nomē. in princ. ff. de cōdi. inde. l. ſi non ſortē. §. ſi centū. C. de rei ven. l. ſi ex pecunia. ff. de impenſis. l. qđ dicit. poſt princi. Sed mutatur de quātitate ad quantitatē recipitur. C. de cōpenſa. l. ſi cōſtat. Et huius quidez ratio eſt: qꝛ cū cōpenſatio ſit in effectu ſolutio quedaz imaginaria, vt ſupra demonſtratum eſt. i. q. Itē in ſolutionibus ſit ſoluendū idem non aliud pro alio creditore inuito, vt. d. §. mutui datio. ⁊. ff. de re iudi. l. ſi ſe nō obtulit. §. ait pretor. ff. de cōſti. pecu. l. promiſſor ſtichi. §. ſi.
4 cum ſi. nulli dubium ꝙ† cōpenſando ſpeciem pro ſpecie, vel ſpeciē pro quātitate vel ecōtra, hoc ꝯtra diceret ſolutionis nature. ideocꝫ hoc eſt impoſſibile. Hoc autē minime contingit vbi quātitas compenſatur cū quantitate, cum in genere ſuo functionē recipiat vt vicē eſt omnino iuris fictione. idē videt eſſe ſolutū nō aliud p alio, vt inquit Paulus iuriſcōſultus in. d. §. mutui datio.

Nunc videamus quid ſi ſpecies ex vno latere debita ſit perēpta ex quo debeat eius eſtimatio, an fiet cū quātitate ab altero debita hec cōpenſatio vna ratio facit ꝙ non: qꝛ cum illa eſtimatio ſubrogetur in locū ſpeciei conſumpte, eiuſdem videtur eſſe nature, vt. ff. ſi quis teſt. li. eſſe iuſ. fue. l. i. §. hec actio. ⁊. ff. ſi quis cau. l. ſi eum. §. qui iniuriarū. Oppoſitum eīn eſt verum ſit eīn† cōpenſatio in caſu iſto vt ſtatuit imperator expreſſe. C. e. l. ſi propter fratres. Nec fuit hoc ſine ratiōe ſi bene cōſideretur, pro hoc ꝙ habetur. C. eo. l. necꝫ. ⁊ per glo. ⁊ doct. ff. ſo. ma. l. diuor. §. ob donationes. ⁊ reſpōde tu ipſe ad tex. ff. de le. primo. l. titie textores. in. § ſi. ⁊ eo. ti. l. ſi heres centum. que iura volunt pecuniam ſubrogatā loco ſpeciei pro ſpecie haberi. Illud eīn obtinet quātum ad hunc effectum tantum vtrum debeatur vel nō debeatur. diuerſum eſt ois qđ q̄ris. ſ. an cōpenſetur preſuppoſito debito. Hoc enim fieri poteſt, vt. d. l. ſi propter fratres. Videndum etiam eſt quid ſi hincinde debitum ſit aliquid in genere qđ tamen non conſiſtat in pondere, numero, vel mēſura, vtputa homo, bos, iumentū, vel aliud quid ſi. in genere debitū an admittemus cōpenſationem. Prima fronte hoc apparet ex predictis eſſe negandum. Nam in his non damnus confuſionem. contrariū tamen inter omnes videtur eſſe receptum, vt. ſ. compenſatio fiat, pro hoc text. ff. ſi pars here. pe. l. i. §. item ſi cum me. ff. de here. inſti. l. qui non militabat. in fin. princi. ff. de lega. ij. l. vnum ex familia. §. ſed ſi vno. ff. ad trebel. l. deducta. §. nummis. per glo. ff. de compenſa. l. ob negotiū. et Azo in ſumma. eo. ti. paulo poſt princi. Nec repugnare videtur
6 hoc precedentibus dictis: cum† in genere ſuo res debeatur, quia res ipſa proprie non recipiat functionem, tamen genus habet functionem quādam, vt. ſ. vtrūcꝫ debitū in genere a diuerſis perſonis pariformiter debeatur. Et ab vtracꝫ parte mediocritas quedā deſpiciatur, vt. ff. de lega. primo. l. legato generaliter. in princip. C. de donatio. l. ſi quis argentum. §. ij. C. communia de lega. l. ſi. §. i. cum ſimi. Et ideo functio hoc caſu non omnino accipiēda eſt, prout in mutuo in his tantum rebus que pondere conſiſtunt vel menſura. Sed ⁊ in ceteris que in genere debent ⁊ cōformitatem habēt omni modam ex vtrocꝫ latere vt ex predictis apparet.

Diſcutiamus item quod ſi vtrincꝫ debeatur genus vel quātitatis ſed non oīno eiuſdem materiei. verbigratia, tu debes mihi frumentum ego debeo tibi vinum. tu mihi ſeruū in genere, ego tibi equū in genere, ego an his caſibus compēſationē dicemus fieri poſſe. Accurſius hoc ſenſit fieri poſſe in quantitatibus hincinde debitis diuerſi generis. C. eodē l. necꝫ ſcriptura. in ſua glo. Bal. idē not. ibi in omnibus generibus debitis dum tñ per compenſationē totū ad pecuniā redigat, quod
7 omnino nihil eſt dicere: qꝛ† redigēdo rē ad pecuniā mutuo cōſenſu partiū qlibet ſpecies poſſe, vt deduci in cōpenſatione vſcꝫ ad cōcurrentē quātitatē, ⁊ ſic fiet cōpēſatio de pecunia ad pānos. vel de frumento ad equū ⁊ huiuſmodi, ſm eundē Bal. in eadē. l. ſi. vbi refert Petrus de bellapertica idem ſenſiſſe. Nobis igitur aliud dicendū videt vt. ſ. cōpenſatio hoc caſu non admittat de vna quantitate diuerſi generis ad alterā, vel diuerſo genere ad aliud diuerſuz genus hoc cōtradiceret regule q̄ vult aliud pro alio ſolui non poſſe inuito creditore. ff. ſi cer. peta. l. ij. §. mutui datio, vt ſupra relatū eſt. ⁊ hanc partē ſecutus eſt recte intuendo glo. in. l. diuortio. §. ob donatiōes ſolu. ma. ⁊ ibi Iaco. de are. Bar. Imo. Lud. ⁊ oēs. hoc etiā idē Innoc. ſecutus eſt extra de iureiur. c. ad noſtrā. vbi de hoc per canoni-
8 ſtas. Agitatum tamen eſt qua via procedant hec, cum† fructus ex pignore percepti extenuent. Sicꝫ species cū quātitate confundātur, vt. l. i. C. de diſtract. pig. ⁊. l. i. ⁊. ii. C. de pigno. acti. extra de pig. c. cum contra. ⁊. c. illo vos. dici conſueuit. ⁊ recte hoc verum vbi fructus conſumpti ſunt: ſed ſi extarent: tunc ceſſaret hec contributio. Nec enim tollunt debitum ſed pignori retineri dicuntur pro debito. caſus eſt. C. in quibus cau. pig. ta. cōtraha. l. ij. ⁊ ſic intellexerūt maiores noſtri. Cy. ſcilicet in. d. l. i. ⁊. ij. C. de pigno. acti. et Barto. in. d. §. ob donationes. Item apud commentatorum Bart. in. d. §. ob dona. non ſine ratione agitatur. cur quotidie argentum pro auro, vel ex pro argento ⁊ huiuſmodi compenſemus. Hoc haud dubie predictis repugnare videtur. dicendum tamen ſm eius ſententiam quam communiter ſequuntur doc. vnum genus ſolui poſſe pro alio ⁊ compenſari: tunc demum vbi omnino ſunt eiuſdem materiei, vt ſi debeo tibi. x. libras auri in maſſa. tu mihi aureos tot ad numerum, quorum pondus equalet debito meo. Si autem diuerſe eſſent materie. verbi gratia, ab vno debetur aurum ab alio argentum vel huiuſmodi hoc fieri non poſſe inſpecto tantum ſcripto iure. et ſic intelliguntur que dicta ſunt ſupra. Ex conſuetudine tamē aliud poteſt dici: ideocꝫ ſm conſuetudinem ſuſtentatur, nō ſm iuris rigorem, ꝙ pro auro debito pecunia ſoluatur argentea vel cōpenſetur, pro hoc quod notat glo. in. l. ſi quis argentum. in princi. C. de donatio. ff. de contrahenda emptione. l. i. per Barto. ff. ſi certum petatur. l. ij. latius. ff. de ſolu. in. l. paulus. et per Bald. qui idē in effectu notat. C. eodem titu. l. ſi. per Innocen. ⁊ cano. in. c. quanto. de iureiuran.

9 Nunc dicendum eſt de. q. quotidiana peſſime explicata, quid ſi† quātitas in ſpecie debeatur an cū alia quātitate compenſetur eiuſdē generis ⁊ materie. glo. mouet hoc. ff. ſi cer. pe. l. cuz fundus. §. ſeruum tuum. dixitcꝫ ibi hoc fieri nō poſſe, vel tanꝙ de ſpecie vera ad quātitatem per text. l. plane. §. ſi. de lega. i. ⁊ in. l. ſed ſi certos. eo. titu. ff. de pecu. in. l. ſi creditor. §. i. vbi etiam idem ſequuta eſt glo. Pe. de bellaperti. ⁊ ceteri vltramon. contra. in. d. §. ſeruum. quoniam ſiue pecunia debeatur in ſpecie ſiue in genere eadem eſt ratio compenſandi, cum non cadat affectio maior in vna pecunia quam in alia, vt. ff. de in litem iur. l. nummis. facit. ff. ſi cer. pe. l. nam ⁊ ſi fur. §. ſi. Barto. idem in eo. §. ſeruuz. Adducens pro hoc alteram glo. in ſi.
10 C. cōmo. l. ſi. Item optimam ratione: quia† enim ſpeciali ratione ſit inductum ne in actione depoſiti ob eius, ſcilicet priuilegium recipiatur compenſatio, vt eſt expreſſum. C. de compenſa. l. ſi. depoſiti autē natura ſit vt in ſpecie fiat, proculdubio apparet quod in aliis quātitatibus etiam ad ſpeciem redactis cōpenſatio fiat: ne alias dicendo nullum eſſet depoſiti priuilegium. Et cum hic communiter tranſire videntur Moderniores. d. §. ſeruuz. Mihi placuit altius pſcrutari ⁊ aliorū ſententias perquirere. agitur alie atcꝫ alie extant opi. etenim Dyn. in. l. talis ſcriptura. de lega. primo. ſententiam gl. preallegate ſecutus eſt in effectu, licet eam non allegauerit, dixitcꝫ Dy. illius tex. arg. quod ſi teſt. legaſſet mihi cētum que erant apud campſorem, et ſi ea non preſtiterit heres daret mihi vineam. conſumptis centum apud campſorem exiſtentibus per heredem omnino teneri ad vinee preſtationē, nec poſſe alia centū dare in loco, ſcz conſumptorum, cū legatū illorū centū fuerit factū vt de ſpecie. Nec poteſt alia ſpecies ſolui pro alia. Et hoc modo dicit Dy. fuiſſe in facto terminatum. Idem ſequitur et Barto. ibi Dy. referens allegat ad hoc. l. plane. ver. ſed hoc ita. et. l. ſi certos. eo. tit. ſequitur quocꝫ Imo. in. l. talis ſcriptura. Nec de contrariis ſupradictis mētionem vllam faciūt. Contradicere enim hec videntur predictis cū denegent hoc caſu compenſationem ſeu confuſionem legate pecunie cuz alia pecunia propterea quod legata pecunia redacta fuerit
11 ad ſpeciem. Bald. in hac queſtio. mirabiliter† variauit ſuis dictis repugnans, et eorum mentionem non faciens. Nam in. l. talis ſcriptura. ſequit ſniam Dy. et Bar. quod preſtanda ſit vinea dicto caſu ne fiat confuſio alterius pecunie, ſubdens. nota illud intelligendum vbi pecunia erat apud campſorem depoſita in ſpecie. Aliud dicit ſi in numero, quo caſu ſecundum eum non conſideraretur tanquam ſpecies, ſed tanquam genus per legem diem ſponſaliorum. et. l. lucius. ff. depoſiti. ⁊ nota. in. l. ſi creditor. §. primo. ff. de pecu. quod dictum declarans et ſequens Ioannes de Imol. ibi ſentit vlterius intelligendum vbi pecunia in ſacculo deponitur apud campſorem

campſorem quo caſu conuertitur ad ſpeciem, et cum hac ſententia
concordat qđ ipſe Bal. no. in. d. §. ſeruum. vbi ſequitur gloſ. illam
cõtra Bar. et vltramõ. ipſe autẽ Bal. in. l. ſi. C. de cõpẽ. cõtrariũ aper
te aſſeruit improbans glo. predictam et contrariam ſententiam, ſe-
quens Pe. de bellaperti. et Bar. et vltramontanorum eiſdem fun-
damentis. Subdit etiam ibi hoc eſſe clariſſimum, vbi cõſtaret de-
poſitam pecuniam eſſe conſumptam per. d. l. ſi.

Quid nunc dicendum ſuper tam arduo he ſitatione in qua etiã
ll. principes variauerunt. Rationes vigent vndiqz. Sed nos pro
12 intellectu claro ante omnia videamus quid ſit pecuniã in ſpecie
deberi. Et quidem, nihil aliud eſt quam deberi pecuniam ad ſpeciẽ
redactam ſcđm oĩm ſolam. Quid ergo eſt pecuniam ad ſpeciem re
digi. Bar. in. d. §. ſeruũ tuum. ſenſit eo ipſo qđ factum eſt depoſitũ
pecunie, pecuniã ad ſpeciem redigi propter depoſiti naturã, vt. ĩ.
retuli. Sed arbitror illud non ſic late intelligi vt cõprehendat ca-
ſum quo depoſitum factum eſt ad numerũ. Cum eniz depoſitario
facultas a iure concedatur conſumendi pecuniam apud te depoſi
tam non obſignatã ad numerũ tantum. Et ſatis ſit hoc caſu ſi red-
dat tantũdem vt exprimit Pau. iuriſcõſultus. ff. depo. l. diem ſpõ-
ſaliorũ. §. ſi. et co. ti. l. ſi ſacculum. ver. ſed ſi eſt expromiſſum clare ap
paret qđ hoc caſu nõ dicitur in ſpecie deberi, quo caſu nõ poſſunt
in eius locuz altere ſpecies ſubduci. ff. ſi cer. pe. l. ij. §. j. Et ex hoc ap
paret quãqz in depoſito ſit ſpãle vt ob eius priuilegiũ nõ admit
tatur compenſatio, vt ſtatuit imperator in. l. ſi. eo. tit. et. j. ſubdetur.
tamen illud eſt intelligendum de eo qđ debetur per deponentem
ipſi depoſitario ad ipſam rẽ depoſitã. non ſic de pecunia depoſita
ad alteram ipſius depoſitarij pecuniã, hoc enim recipitur vt dictũ
eſt niſi natura depoſiti repugnaret vt ſtatim apparebit.

13 **Quid igitur** eſt quãtitatem ad ſpeciẽ redigi. certe nil aliud eſt quam per locum certum in quo
depoſita eſt denotari vtputa dicendo pecuniã que eſt in archa vel
in marſupio ſigillata, vel vinum quod eſt in apothecis, vel oleum
quod eſt in amphoris, vel frumentum quod eſt in ſaccis vel horreo
vt aperit Vlpianus. ff. de leg. primo. l. talis ſcriptura. ver. item ſi le
getur. eod. titu. l. plane. §. ſi eadem. ver. ſed hoc ita. et papi. eod. ti. l.
certos. et africanus. eo. tit. l. ſi ſeruus. §. qui quinqz. Et Paulus in
l. diem ſponſaliorum. et in. d. l. ſi ſacculum. Si bene ponderetur. qđ
tamen dicemus ſi quãtitatẽ hoc modo denotemus illam. ſ. quam
mihi Titius debet, vel quam homo apud Titium, certe hec deſi-
gnatio nullam facit ſpeciem vt expreſſe declarat Vlpi. iuriſconſul
tus. ff. de leg. j. l. quidam teſt. in ſi. prin. intelligendo recte eius ver-
ba. Et hoc verum credo, niſi apud Titiũ quantitas vt ſpecies fue-
14 rit aſſignata. demonſtratio enim perſone apud quam eſt ſpecies
ſpeciem non minuit, ſm mentem omnium in. d. l. talis ſcriptura.
Item pro claro intellectu predictorum videamus an hec quãtitas
ad ſpeciem redacta et in obligatione deducta omnino debeat. vel poſ-
ſit alia cõſimilis perſolui in eius locum. Et hic eſt conſiderandum
quod aut quantitas eadem extat aut conſumpta eſt. Primo caſu
ipſamet quãtitas ſoluenda eſt vt ſpecies. Nec poteſt creditore inui
to aliud pro ea in ſolutum deduci. hoc demonſtrat tex. in. d. l. ſed et
ſi certos nũmos. et in. d. l. plane. §. ſi ea dez cõiuncto tex. l. ij. §. j. ſi cer.
pe. Secundo caſu aduerte ſubtiliter qđ aut ipſemet teſtator vel cõ
trahens qui pecuniam pro ſpecie obligauit in eius defectum et cõ-
15 ſumptionem quid fiendum eſſet. Et hoc caſu ſequenda eſt teſta-
toris vel contrahentium voluntas, vt. ſ. ſubrogatur, tradatur, vel
ſoluatur. d. ver. itez ſi legetur. Et in. l. talis ſcriptura. facit. ff. depo.
l. j. §. ſi conuenerit. et in auť. de nup. in. §. diſponat. Aut huiuſmo-
di diſpoſitio celebrata non fuit. Et tunc iuxtum cõditores et inter-
pretes omnes voluerunt in caſibus in quibus periculum emptio-
nis ſpectat ad debitorem de quo late per Bar. et omnes. ff. ſi cer. pe.
in. l. quod te. ipſum debitorem teneri ad eius eſtimationem. hoc
aperit expreſſe. d. l. diem ſponſaliorum. et e. ti. l. lucius. et. l. ſi ſacculũ.
tenebitur etiam hoc caſu fortaſſe ad intereſſe ſicut periculum inſti
tiſſe poſt moram ſecundum ea que habentur. ff. de acti. empt. l. j. ff.
de ver. ob. l. vbi autem nõ apparet. in. §. ſi. latiſſime. per Bar. in eo.
ti. l. ſtipulationes non diuiduntur. ver. celſus. et per Cy. et Bal. in. l.
j. C. de ſenten. que pro eo quod intereſt.

Nunc ad propoſitũ cõpenſatiõis ſpeciez poſt hec neceſſario decurſo re
deamus. Breuiterqz eo modo diſtinguamus an extat pecunia, an
conſumpta ſit. ſi enim extat non puto admitti cõpen. per iura pre-
16 allegata. Et ne aliud pro alio ſoluatur in ſpeciebus inuito credi-
tore. et hoc modo intelligo glo. et Bal. in. d. §. ſeruum tuum. et Joã.
de imo. qui idem ſequitur in. d. l. talis ſcriptura. iuxta principium.
ſi conſumpta eſt, arbitror oppoſitum vt. ſ. cõpenſatio admittatur
vbi debitor tenetur ad eſtimationez. et hoc caſu intelligo verã opi.
Barto. et vltramontanorum in. d. §. ſeruum tuum. et ipſius Bald.
contrariantis in. l. ſi. de compenſa. et pro hoc optime tex. imperato
ris. C. eo. l. ſi propter fructus. et qđ dixi in. ij. arti. huius. iij. q. princi.
hec vera niſi ille qui querit compenſationem in caſu conſumptio-
nis ex eius diſpoſitione vel alterius teneatur ad aliud in loco con-
ſumptorum. tunc enim nõ compenſat ſed ſubrogatuz vel ſubſtitu
tum preſtat. ſic intelligitur opi. Dy. Barto. Bald. et Jo. de imo. in
d. l. talis ſcriptura. et hoc modo crede predicta concordari, ſaluo ve
riori iudicio. Quamuis Ange. ſequatur opi. vltramon. in. d. l. ſin.
quamobrem etiam Saly. non faciens mentionem de dictis contrarie
tatibus alio modo cõſiderauit in. d. l. ſi. cuius dicta referre nõ curo
17 quia non habent fundamentum veritatis.

Tractandum reſtat circa hoc. iij. c. Quid ſi ex vno latere debeatur quan
titas ſimpliciter ex altero quãtitas vel ſpecies alternatiue, vel ipſa
quantitas debeatur et ſpecies pro quantitate poteſt in ſolutuz de-
duci. verbigratia, tu debes mihi. x. ſimpliciter ex cauſa mutui. ego
tibi. x. ex damno aduerſus te cõmiſſo per ſeruum meum vel ſeruũ
meum ſecundum naturam noxalis iudicij. An ergo fiet compen-
ſatio horum debitorum. glo. ſenſit quod non. ff. de fur. l. qui iniu-
rie cauſa. §. j. contrariũ ſenſit eod. tit. l. ſeruus. §. idem dicendum,
conſidera ſm Bar. in. d. §. idem dicẽdum, qđ quandoqz obijciens
compẽſa. hoc facere vult inuito eo ad quẽ ſpectat electio vel quan
titatis vel speciei et hoc ei nõ licet. ſic loquitur glo. in. d. l. qui iniu-
rie et non ſine ratione. fieri enim cõtingeret hoc caſu ſi aliud dicere
mus compenſa. de ſpecie ad quantitatem, ſi alter debitor eligeret
ſe traditurum ſpeciẽ quod eſt omnino prohibitũ vt. ff. de pig. act.
l. ſi conuenerit in princi. Et dictum eſt in primo articulo huius. iij.
q. prin. Interdum hoc facit compenſare volens volente altero de-
18 bitore, et hoc caſu poſſe nulli dubium eſt: nõnunqz ſumus in caſu
dubio in quo non apparet de aduerſarij volũtate. et tunc obijci po
teſt compẽſa. Bar. docuit hoc modo vez ſi eliges mihi dare quãti
tatem compenſa. tibi obijcio et ſic debet intelligi altera opi. gloſ. in
d. l. ſeruus. ver. item dicendum. pro hoc adducit Bar. autoritatem
ſceuole qui hec no. ſentit. ff. de compen. in. l. ſi debeas. loquendo in
debito alternatiuo. Et ſatis vz de intentione glo. paruule ibi po-
ſite. Item tex. imperatoris. C. ſi maior. fac. ra. ven. habu. l. j. vbi loq-
tur in debito qũtitatis quando ſpecies eſt in ſolu. Et ibi hoc clare
demonſtratur, et hec ad tertiam ſufficiunt. Nunc ad. iiij. partem ſer
mones noſtros conuertamus.

¶ Articulus. iiij.

Omne debitum omnẽqz obligatio nem in cõpenſatio
ne poſſe deduci ſiue perſonalẽ actionẽ ſiue realem
inducat in hec verba ſtatuit imperator compenſa
tiones ex omnibus actionibus ipſo iure fieri ſanci
mus nulla differentia, vel in perſonalibus actioni
bus inter ſe obſeruanda. et habẽtur hec verba. C. de cõpenſa. l. ſi. in
prin. ¶ Nos omiſſo hoc loco intellectu illius particule ipſo iure re.
de quo dicemus. j. q. vj. Cetera imperatoris verba aliquãto expla-
19 nare conemur. Ante omnia igitur commendandus eſt impera-
tor. Nam per hoc generale ſtatutũ lites, iurgia, contentiones eui-
tauit, litium expenſas et damna et pericula ſe mouit que quammaxi-
mi eſtimari debent ſecũduz omnes alios. ll. latores vt diximus ſu
pra. ij. prin. q. Nunc videamus quid voluerit imperator dum dixit
compenſationes ex omnibus actionibus fieri. Certe nihil aliud qz
compenſationem fieri poſſe ex omnibus obligationibus vel debi-
tis efficacibus, actionem ſcilicet producentibus. conuertũtur enĩ
hec duo debitum et obligatio, vt exprimit iuriſconſultus in. l. debi
tor. de ver. ſig. et tex. inſti. de ob. in prin. Item et obligatio mater di-
ti ſolet eſſe actionis, vt Pau. ſcribit. ff. de pecu. in. l. licet. §. ea obli-
20 gatio. Nunquid ergo vbi obligatio impotens eſſet ad producen
dam actionem efficacem dicamus per verba imperatoris denega-
ri compenſationem. non quidem. Nam quamuis ſtatuat impe-
rator in caſu illo tantum vbi naſcitur efficax actio, non propterea
denegare intelligitur vbi actio denegatur vel datur, ſed inefficax
ſicut nec iterum ad ipſam permittere videtur eo caſu, iudicatur au
tem hoc vt diuerſum. Ad quod dici non poteſt porrigi ſtatutum.
pro hoc. ff. de verb. obli. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ver. ſed ſi diſ
ſimilia. ff. de mino. l. pap. exuli. ff. quando ap. ſit. l. ij. §. ſi alius. cum
concordantijs.

Quid igitur dicemus hoc caſu vbi obligatio nullam parit acti. efficacem. an deduci poſſe dice
mus in cõpen. capita multa cõplectitur hec. q. An ſcilicet natura-
lis tantum in compenſa. deducatur, An ciuilis tantum inefficax.
An naturalis et ciuilis non producentes efficacem actionem. An
21 deniqz ipſum iudicis officium. Nos a naturali obligatione in-
choemus hoc enim actionem nullam omnino producere ſolet: qz
deeſt ſibi iuris ciuilis fomentum vt. l. legem. C. de pac. et. l. iuriſgen-
tium. §. igitur nuda. de pac. et habetur. ff. de condi. indebi. l. j. C. de
furis et fac. igno. l. cũ quis. Vlpi. dicebat etiã id qđ naturaliter debe
tur, venire in cõpenſa. habeturqz hoc de cõpen. l. etiã. ſed hoc repu
gnare videt regule Jaboleni dicentis, quecunqz per excep. perimi

poſſunt in cōpenſationē non veniunt, vt habet eo.tit.l.quicunq.
nulli em̄ dubiū videt id qđ naturaliter tm̄ eſt debitū per excep. pe-
rimi poſſe. recte tm̄ intuēdo illud nō eſt cōtrariū. Nā debitū natura
liter tm̄ idcirco nō petit qm̄ nullā parit acti. ſine qua nemo experit
in iudicio, vt Pau. ſcribit. ff. de nego. ge. l. ſi pupilli. §. videamus.
nō ergo repellit agere volēs iure naturali tm̄ vigore exceptionis,
ſed vigore nō ſubſiſtentis actionis. Iabolenus aūt loquutus eſt de
his qui actionē habēt ſed exceptione repellunt ſi bene cōſiderent.
ꝛ ſic voluit glo. in. d. l. quecūq. ff. eo. apud antiquos. De huiuſmo-
di. q. dubitatū fuit. iudex debitorem verum a vero debito abſoluit
Poſt cōuenit creditor ad hoc debitorē ad diuerſum debitum. Nū
quid ergo excipiet de cōpenſa. debiti in quo agens fuerit abſolut᷒
22 iniuſte ex mēte Pau. iuriſcōſulti. videt dicēdū qđ ſic. Nā † dicit ab-
ſolutionē non tollere naturalē obligationē. ff. de condi. inde. l. iuli.
verū debitorē. pro hoc etiā qđ habetur optime in tex. ff. rem ra. ha.
l. procurator ad exhiben. §. j. in cōtrariū facit precallegata regula Ja
boleni in. d. l. quecunq.

Nam nulli dubium eſt qđ hoc caſu competit exceptio
rei iudicate. vt. ff. de exceptio. rei iudicate. l.
cum queritur. cum legibus ſequen. pro hoc etiam facit optime ar-
guēdo a cōtrario in qz ſi nō compenſatur de eo qđ eſt ſolutū indebi-
te vigore ſnie condēnatorie ꝓpter ſnie autoritatē, vt ſtatuit impe-
rator expreſſe. C. de cōpenſa. l. ex cā. q̄nis aliās de eo qđ eſt indebite
ſolutū cōpen. fiat. vt eo. ti. l. qm̄ proculdubio. idem videt dicendū
in eo qđ eſt indebite retentū vigore ſentētie abſolutorie vt nō com
penſetur. glo. videtur variare in. d. l. procurator ad exhibēdum. nā
ibi ſenſit primam opi. cāmq; ſequitur ibi Dy. ſed in. d. l. quecunq.
glo. ſenſit contrarium. Bar. hanc vltimam corroborat in ea. l. pro-
curator ad exhibendū. ꝛ hanc tenuit Cy. ſequitur etiam Bal. ꝛ ce-
teri communiter in. d. l. ex cauſa. ꝛ hanc credo veram. ad. l. iulia. ve-
23 rum debitorem. reſpondetur faciliter: qz † licet remaneat natura-
lis obligatio poſt ſententiā abſolutoriam iniuſte latam: tamen illa
naturalis obligatio inefficax eſt ꝛ punitur propter rei iudicate au-
toritatem, vt habetur in. d. l. iulia. ꝛ facit quod habetur in tex. ꝛ gl.
in. d. l. ex cauſa. ad. l. procurator ad exhibendum. doct. dicunt qđ lo
quitur in excep. doli. non autem in excep. cōpenſa. ꝛ hoc ſequitur
Bar. ibi. ꝛ Cy. ꝛ Ja. de are. in. d. l. ex cauſa. Bal. aūt dat aliam ſolu.
de quibus ibi videas. ¶ Nunc de ciuili dicendū eſt que nullā parit
acti. an deducat in cōpen. ꝛ huius exemplū eſt in chyrographo an-
te biennium, vt. C. de non nu. pec. l. in cōtractibus. inſti. de lite. ob. ꝑ
totū Bal. dicit ꝛ recte. C. de cōpen. l. ſi. hoc caſu cōpenſa. nō admit-
tendā qz cū deſit naturale fundamentū, ciuilis vero obligatio eti
ā actiā nō habeat nullāq; pariat acti. efficacē nō eſt ſup quo cōpenſa
tio firmet pedē. pro hoc ſm eū ꝙ ſtatuit imperator. C. de nō nu. pe
cu. l. ſi cui. facit qđ habetur. C. de compen. l. neq; in prin.

Transeamus ad alterā ſpeciem ciuilis. ſ. obligatio-
nis iuncte cū naturali, que tamē acti.
efficacē nō parit: vt qz fortaſſe elidi pōt per aliquā excep. verbigra
tia in debito ad diē ante diei euentū quo caſu lz ſit orta actio ante
diē deberi dicat ſm veram ſniam de quo habet in. l. cedere diē. ff.
de ver. ſig. ꝛ in. l. j. ff. de condi. ex. l. ꝛ per Cy. in. l. j. C. de here. acti. et
per Bart. in. l. ſi ita ſtipulatus. de ver. obli. tm̄ repelli pōt per excep.
agens ante diem, vt ſcribit iuriſconſultus in. l. j. ff. quando dies le.
24 cedit. Et no. ff. de iudi. l. non quemadmodū. an † ergo huius debi
ti compenſatio ante diem admittetur. Gaius hoc fieri poſſe negat
ff. de cōpen. l. qđ in diem. in prin. ꝛ facit ad hoc regula Jaboleni. ff.
de compen. l. quecunq. Pau. ſcribit verum eſſe hoc in die conuen
tionali obligationi prefixo. in ea autem die que miſerationis gra-
tia adiudicati executionem conceditur a iure, omnino dicebat cō-
penſatio. fieri poſſe, vt ſimpliciter habetur. ff. de compen. l. ſi cum
militi. §. intra. videndū eſt an debitū certo loco poſſit habita ratio
ne intereſſe ꝓpter locū vbiq; cōpēſari. regula Jaboleni in. d. l. que-
cūq; probare videt hoc minime admitti debere. Nā creditor reſpe
ctu loci certi agendo alibi repellit excep. vt. ff. eo. qđ certo loco. l. j.
Contrariū tamē oſtēdit Jabolenus idē multū egregie. ff. de cōpen.
in. l. pecuniā. vbi eleganter colligit ſm Bar. qđ etiā nō volēs agere
ratione loci nō prohibet cōpenſare debitū aliquo certo loco nota-
bilius etiā ex. e. l. aſſumit in cōpenſa. deduci nedū id qđ principali-
ter debet. Sed etiā ipſum intereſſe debitū ꝓpter locū. ideoq; plus
poterit exceptio ꝙ actio dicto caſu qđ eſt mirandū. quid ſi in cōpē-
ſa. deducat id cuius ratione cū actore eſt lis conteſtata, certe etiam
hoc negare videt regula Jaboleni in. d. l. quecunq. qm̄ hic ſi agere
vellent ad idē corā diuerſo iudice repelleret excep. litis pendentie,
ff. de iudi. l. vbi ceptū. C. quomodo ꝛ qn̄. in auē. qui ſemel fieri tamē
25 poſſe hec iuriſconſultus nō oſtēdit ne diligentior † quiſq; deterio
ris cōditionis habeat, ſi cōpenſatio ei denegēt, vt. ff. de cōpen. l. in
compenſa. Intelligi tamen vera debent hec omnia vbi id qđ com
penſatur liquidum eſt in non liquidis quid iuris ſit. j. ix. q. prin.

Apud Azonis compendium in tit. de compenſa.
q. huiuſmodi reperitur ſilius fami-
lias contra ſenatuſconſultum macedo. pecuniam adeptus eſt. nun

quid ergo poterit de hoc debito aduerſus eum agentem obijci cō-
penſatio. nonnulli dixerunt hanc recipiendam eſſe quoniam ſicuti
habens naturalem tantum que potens eſt ad retinendam rem cō-
penſat vt ſupra demonſtratum eſt, fortius hic qui contra filium fa
milias ꝛ ciuilem naturalem habet coius vigore ſi ſibi ſoluitur ſolu-
tum ab eo vt indebitum non repetitur propter macedoniani odiū
vt ſcribit Vlpi. ff. ad macedo. l. ſed ſi pater. §. ſina. ꝛ habetur eo. tit.
l. qz naturalis. §. fin. contrarium tamen Azo ſentit ꝛ recte per pre-
26 allegatam Jabolem regulam. ff. eo. l. quecunq. nemini † enim du-
bium quin agens cōtra macedonianum repellatur ſenatuſconſul-
ti excepti. vt. ff. ad macedo. l. j. Nec mirum ſi hoc caſu nō compenſa
tur quāuis ſolutū nō repetitur. Nam idez eſt in eo qđ debetur ad
conditionalem de quo non compenſatur ꝛ tamen ſolutum nō re-
petitur. vt. l. pau. ſcribit. ff. de condi. inde. l. in diem. Caſus ille pul-
cherrimus eſt. tutorem durāte tutela mutuare pupillo compertū
eſt, ꝛ iterum pupillum tutori vel alteri pro pupillo. nunquid ergo
durante tutela fiet horum debitorum contributio. regula Jabole
ni in. d. l. quecunq; ſuadet hoc admitti non poſſe: quoniam manen
te tutela contra tutorem non poteſt agi, vt. ff. de tute. ꝛ ra. diſtra. l.
niſi tutela. in prin. ꝛ. l. ſi tutor. §. ſi. cum. l. ſeq. ſubtilius Pap. cōtra.
ſenſit ſing. ff. de admi. tuto. l. inter tutores. ſecūdum lect. Ego. quā
ſequitur Accor. ibi. ꝛ Bar. commendat ꝛ approbat. Subdit ibi ca
ſum eſſe quialibi habetur ſic expreſſe in quo oritur obligatio ciui-
lis ꝛ naturalis ꝛ non actio ꝛ tamen poteſt ex ea obligatione obijci
compenſatio quod eſt mirabile. Altera dubitādi ſpecies pulchra
27 propoſita eſt. an † debitor opponat exceptio. compēſatio. tempo-
rio ſuo creditori qui olim fuit debitor circa idem ꝛ moroſus. exem-
plum eſt. ſi promitto tibi donare librum hinc ad. x. dies ſub hac cō-
ditione vt annis tantum. xx. duret, quibus elapſis ad eius reſtitu-
tionem tenearis. Quo facto ego donator ſum moroſus in traden-
do per annos duos. An ergo finitis annis. xx. contra eius liberi pe
titionem poterit compenſatio hec temporis obijci. do. R udo. de
roma dicebat eam non admittendam propter autoritatem Pro-
culi iuriſconſulti ex cuius reſponſo hoc optime colligitur. ff. de
pac. dotali. l. attilicinus. quod eſt valde ſingulare: dubitari tamen
poſſet an illud ſit ſpeciale in dote in qua compenſatio rejicitur ſe-
cundum quoſdam. Sed non eſt verum vt dicam. j. proxima. q. de
officio iudicis. vt in compenſatione veniat. nunc dicendū eſt. hoc
enim longe differt ab obligatione ꝛ ab actione, cum nullam obli-
gatio. preſupponat. ff. de actio. emp. l. qui per colluſionē. §. precij
ſorte. ꝛ habetur. ff. manda. l. quintus. ff. de dam. infec. l. cum poſtu-
laſſem. imperator hoc ſatis demonſtrauit fieri poſſe dū ſtatuit etiā
de debito ex cauſa fideicommiſſi compenſationem induci eo tem-
pore quo fideicommiſſum ſola liberalitate debebatur. Et ideo iu-
dicio tantum officio petebatur, vt eſt expreſſum. C. eo. l. etiam qđ
28 eſt notā. quamq; hodie † fideicommiſſum petatur iure actionis,
C. commu. de leg. l. omne verbum. inſti. de fideicom. here. in prin.
Et ad hoc quod iuriſconſultus no. ff. de verbo. obli. l. pecunie.

Sequitur pars altera verborum imperatoris in. d.
l. ſi. C. eod. nulla differentia in rem
vel in perſonalibus actionibus inter ſe obſeruanda quarum bre-
uis eſt explanatio. An ergo locum vendicabit cōſtitutio vbi hinc-
inde perſonale debitum eſt vel hincinde reale. An etiam ex vno la
tere reale. ex altero perſonale vel ecōtra. Et quidem hoc vltimum
verius eſt ꝓpter vniuerſitatē verborum imperatorū ſecundum no
ſtros doc. agitatum eſt qua via reale debitū cōpenſetur cū in reali
iudicio ad ſpeciem agatur non ad quātitatem vel ad genus, vt ſcri
bit iuriſconſultus. ff. de rei ven. l. ſi in rem agat aliquis. ꝛ. ff. de ver-
bo. obli. l. ſi ſeruum. §. an filius. §. effectus. ꝛ. §. nouari autē. Noſtri
gloſſatores dixerūt hoc recipiendū eſſe vbi res debita act. reali de-
ſijt poſſe preſtari dolo vel culpa debitoris, ſicq; debet eius eſtima-
tio cum qua cōpenſatio recipitur, vt dicto. §. an filius. qđ verū eſt
ſaltem inſpecto fine quo de neceſſitate ad quātitatem deuenitur
etiam reale ob hanc eſtima. pro hoc. ff. de conſti. pecu. l. j. §. debitū.
ꝛ. l. hactenus. ꝛ. l. promiſſor ſtichi, qđ verū eſt ꝛ notabile ſm moder
nos. Hec autem omnia vera ſunt vbi debitum ex vtroq; latere li-
quidum eſt, alīs diceremus ſi liquidum non eſſet, ſed altiorem inda
ginem requireret vt dicimus. j. ix. q. principali. Nunc vero ad quin
tam noſtros greſſus dirigamus.

¶ Articulus. v.

29 In cauſis † omnibus recipi cōpēſationē
Modeſtinus ſenſit. ff. eo. l. ſi.
idipm quoq; fortaſſe ſequutus imperator ſenſit
in. l. ſi. in prin. C. e. inſti. de acti. §. in bone fidei. iura
quedā diſſonare vident. Nos vt quoad cōmodius
poſſumus hec ipſa explicemus, prius cauſas in q-
bus indubitate recipitur enarrabimus: deinde cauſas in quibus
ecōtra indubitate repellitur. tertio dubitabilia quedam. admittē-
da eſt compenſatio ſine dubio, nedum in contractibus, ſed etiam
in cauſis

in cauſis vltimarum voluntatum.C.eo.l.etiam.Item nedum in cau
ſis priuatorum,ſed etiã in cauſis fiſcalibus ⁊ reipublice, exceptis
quibuſdam caſibus de quibus dicetur.i.vt ſcribit iuriſconſultus.
ff.de iure fiſci.l.auſertur.§.qui compenſa.⁊.C.de compen.l.j.⁊.l.in
ea.Item nedum in cauſis maiorum,ſed in cauſis pupillaribus, vt
C.eod.l.ſi tutores.Item nedum in caſibus in quibus debitum ex
bona fide debetur vtrinq̃, verumetiam vbi ex delicto agitur vel
negligentia vel culpa.Ex vtroq̃ latere verbigratia,duo ſocij parẽ
negligentiam ideſt que par attulit damnum ſocietati preſtiterũt.
30 ſit enim hoc caſu † compenſatio negligentie,et liberatio per hanc
viam contingit vtriq̃.

Idem ſi alter ex re communi aliquid percepit, alter tantam negligentiam adhibuerit que
quantitate eadem eſtimatur, vt ſcribit Paulus iuriſconſultus. ff.
eod.l.ſi ambo.Et quod magis eſt,ſi quis compenſare volens ſolue
rit his caſibus,ſolutum condicere poſſet tanquam indebitum, vt
d.l.ſi ambo.circa medium.Item compenſatio admittitur vbi hinc
inde agitur de dolo,quo caſu confunditur dolus cum dolo,vt.ff.
de dolo.l.ſi dolo.ff.ſolu.matri.l.viro atq̃ vxore.habetur eod.titu.
l.cum mulier.⁊.ff.ne quid in loco publico.l.ij.§.idem ait.⁊.ff.quod
vi aut clam.l.ſi alius.§.belliſſime.cum concordan.idem ſi ex vno la
tere agatur de dolo,ex altero de culpa ⁊ diuerſa ſint damna . vnũ
quod attulit dolus tuus,⁊ alterum quod attulit culpa mea.aliud
eſſet ſi eſſet vnum ⁊ idem damnum,in quo tu dolum, ego culpam
tantum admiſi:quo caſu dolus preponderat culpe, nec recipitur
compen.vt eleganter ſcribens Vlpi.ne ſeruo occiſo a iaculãtibus
per lulum oſtendit.ff.ad.l.aquil.l.item ſi obſtetrix.§.fina.iuncto eo
31 quod cauetur ibi in.l.ſequenti.in text.Et gloſ.Item † admittitur
compenſatio etiam in noxali iudicio, vt.d.l.ſi ambo.§.fina . Item
in cauſis cautionum ſeu ſtipulationum pretoriarum.Exemplum,
domus mea minabatur ruinam ⁊ petij a te tibi caueri damni infecti
nomine propter domum tuã vicinam.Hoc feci,tuq̃ in poſſeſſio-
ne mee domus miſſus es.ego eum ſi a te peto mihi caueri de dam-
no infecto,quoniam domus eadem altere mee domui obeſſe po-
terit repellar:quia parũ probe peto a te mihi caueri edium noie qua-
rũ noie ego ipſe nolui perficere, ſicq̃ cõpenſant̃ he negligentie vt
ſcribit iuriſconſultus de damno infecto.l.qui bona.§.ſi quis quia.
⁊ in.d.l.ſi ambo.§.ſi.Item admittitur compenſatio nedum in cau
ſa princip.ſed etiam in cauſa appellationis vt dicam.ſ.ix.q̃.prin-
cipali. Repellitur autem procuidubio compenſatio in multis cau
ſis in his.ſ.in quibus agitur de nimio fauore reipu.quos caſus ex-
primit imperator.C.eodẽ.l.in ea vbi. ſcilicet quis tenetur reſpectu
victualium vel tributorum, vel ex cauſa emptionis rei fiſcalis, vel ſi
deicom,relicti,reipu.⁊ ſi.qui ibi habentur.⁊ eo.ti.l.ſi ex vendi . Itẽ
ibi conuenitur officialis vel adminiſtrator reipub.vel fiſci.fiſco vel
32 republica, vt.C.eod.ti.l.penul. Item in † cauſis fiſcalibus ſemper
rejicitur compẽſatio vbi debitũ proceſſit ex diuerſa ſtatione vt ſta
tuit imperator.C.eod.titu.l.j.Item in cauſa que agitatur ob nego
tium copiarum expeditionis tempore mandatum, vt.ff.eod.l. ob
negotium.quãuis hoc verum ſit vbi debitor moroſus cõuertit tũc
in ſuos vſus non alias, quo caſu recipitur compenſatio, vt eo.tit.l.
ideo.Item in cauſa depoſiti, quoniam contra depoſitum non ad-
mittitur compenſatio, vt.C.eo.l.ſin.⁊.l.penul.C.depoſi.Et inſtit.
de acti.§.in bonefidei.Item in cauſa in qua agitur contra inuaſo-
rem poſſeſſionis qui non poteſt compenſare ſed habet omnino an
te omnia rem ſine cunctatione reſtituere, vt conſtituit imperator
in.d.l.ſi.facit.C.ad.l.iuli.de vi.l.ſi quis a ſe fundum.⁊ quod habe-
tur in.l.fina.C.vnde vi.vbi de hoc vide.Item in cauſa ſocietatis in
qua vnus ⁊ idem ſocius damnum cõmiſerit in vna manu ⁊ in alia
manu lucrum.Non enim compenſatur hoc caſu lucrum cum dam
no niſi negligentia cum diligentia, vbi damnum contingit culpa,
vt oſtendit Vlpi.marcellum ſequens reprobata opi. Pompo̅ij.
l.de illo.§.j.facit eodẽ titu.l.ob eam rem.cum.l.ſeq . quãq̃ ſecus
eſſet vbi damnum fortuito caſu contingeret:vt eodem titu. l. mu-
tuis.facit quod habetur.ff.de nego.geſt.l.ſi negotia . Et per gloſ.
in dicta.l.de illo.§ . j . Item in cauſis in quibus agitur de decimis
33 vel earum iure.Non † enim poteſt contra eos compenſatio oppo
ni, vt nota.gloſ.ſingula ad hoc.xvj.q.j.decime.quod non videtur
eſſe ſine ratione:quoniam decime ſunt tributa que debentur deo,
vt oſtendit papa.de decimis.c.tue.

Petitioni autem tributorum compenſatio non nocet vt ſupra dictum eſt . for-
tius enim faciendum eſt reo quam fiſco vel reipublice vt demon-
ſtrant precepta diuina.Et facit.j.q.vij.ſancimus. C . de ſacroſanc.
eccle.l.ſancimus.Item in cauſis in quibus agitur de rebus quarũ
natura repugnat compenſationi, vt ſatis apparet ex dictis ſupra
iij.queſtio.principali.per totam.Itẽ vbi agitur de oblationibus
vt etiam ſupra ſcripſimus.ix.queſtio.principali.per totam. Item
in his in quibus modus compenſandi repugnat vel perſona vel
natura debiti non liquidi, vt deo duce dicemus in ſequentibus.
Item vbi agitur de dote ſecundum ſententiam quorundam, q̃ an
ſit verum ſtatim ſubnectemus.

Nunc queſtiones quaſdam circa premiſſa de-
claremus.primamq̃ videamus an abſolute procedat q̃ diximus
34 † compenſa.fieri in delictis ⁊ vbi agitur de dolo vel culpa. Bal.te-
tigit.C.eo.l.ſi.ſed imperfecte loquitur ⁊ obſcure. Dyn.plenius de
hoc tractauit in.c.in pari cauſa.de regu.iur.lib.vj.Nos enim ſequẽ
do additis et declaratis quibuſdam clarius ſic dicamus. Aut agit̃
criminaliter aut ciuiliter caſu priori, aut dolus caſus delictũ circa
idẽ proponitur approbatur ex vtraq̃ parte, ⁊ admittitur compẽ.
vt.C.de libe.cau.l.ſi ſiluum.facit.C.de hereti.l.quoniam.C.de teſti.
l.quoniã.ſm Dy. Aut proponitur dolus ex vtraq̃ parte ex quo
cauſantur delicta ſeparata circa omnino diuerſa , ⁊ tunc idem ſm
mentem Dy.ſiue nouum delictum proponatur excipiẽdo ſiue no
uiter accuſando.in caſibus tamen in quibus excipiẽs de nouo de-
licto vel accuſans auditur ſm tũ, tu vide primo quando accuſatus
poſſit reaccuſare q̃ habet̃ latiſſime per Bar.in.l.ſi q reus. de pu-
bli.iudi.Et q̃ habetur.C.de accuſa.in.l.neganda.per Cy. Bal.et
35 Salic.deinde attende q † cõpenſatio admittitur vbi ſunt delicta
hincinde omnino diuerſa agitur criminaliter, quo caſu ſm verã
ſententiam applicatur fiſco, vt per glo.no.in.l.iij.ff.de ſepul.viola.
Et per glo.⁊ Bar.in.l.agraria.ff.de termino moto, videtur impoſ
ſibile.hoc autem probatur tali ratione.Nam cõpenſare eſt ſoluere
vt ſcribit iuriſcõſultus.ff.qui pot.in pig.l.qui debitor.⁊.ff.rẽ ratã
habe.l.amplius non peti.Et dixi ſupra.j.q.princip. Solu . autem
non poteſt fieri alteri quam ipſi creditori vel eius mandatario ſpe
ciale, vt.ff.de ſolu.l.hoc iure.creditor autem hoc caſu.i. ille cui ſol-
uenda eſt pena ſine dubio eſt fiſcus qui longe differt ab accuſatore
vel reo, ſicq̃ non recipitur compẽſatio.Et hoc verum credo , ⁊ ita
tenuit Bald.expreſſe in.l.ſi.C.eo.licet nihil allegauerit, ⁊ de Dyn.
mentionem non fecerit.forte tamen Dy.non loquutus eſt in illo
membro ad finem compenſa.ſed ad hũc tantum finem vtrum accu
ſatus poſſit de nouo accuſare, ⁊ ſic ſonant eius verba licet in prece-
dentibus ⁊ ſequentibus de cõpenſa.loquatur. Altero caſu quan-
do ex dolo vel culpa ciuiliter agitur, Dy.dixit idem q̃ ſupra dixi
26 lis † princeps habens plenitudinem poteſtatis quem vult ab oneribus eximere ⁊ cui vult imponere onus. l. medicos. C. de profeſ. ⁊ medi. l. i. C. de ſuperin. c. ſuper quibuſdā. de ver. ſig. Si vero eximit ab inferiore a principe puta a Rege, Barone, ⁊ ſimili nō habente iura imperii: ⁊ tūc nō accreſcit aliis, ſed tātominus erit quantū eſt illud in quo ille eximit cū nō habēs iura imperii eximere poſſit in ſuū preiudiciū ⁊ non aliorū. ita procedere potuit q̄ voluit Spe. in tit. de cenſi. §. nunc dicendum. ver. quid ſi vniuerſitas. vbi tenēt q̄ ſi dominus eximit aliquem de vniuerſitate a preſtatione ad quam tenetur vniuerſitas, quod tunc ipſa vniuerſitas non tenetur ad integram preſtationem, ſed tanto minus quantum eſt illud in quo eximitur ille exemptus: quod verum eſt, niſi ex cauſa rationabili eximatur per ipſum inferiorem a principe, cum tunc eximi potuit in preiudicium aliorum. l. ii. C. de decurio. libro. x. ⁊ ita poterit procedere quod voluit Bart. poſt Iacob. de are. in dicta. l. ab omnibus. dicens q̄ ſi ſtatuto caueatur q̄ Comitatenſis teneatur ſoluere ſalarium poteſtatis, ſi poſtea eximitur aliqua villa, reliqui tenebuntur ſoluere eidem integrum ſalarium. ⁊ hoc etiam ſentit Barto. in l. naturali. C. de decurio. lib. x. Item hoc procedit quādo ipſe princeps eximendo aliquem ab illo onere, ipſi vniuerſitati impoſito nō grauet nimium ſeu multum alios, cum tunc remaneat apud alios illud onus integrū, vt. ſ. patet. poteſt enim ipſe princeps aliis modicam leſionem facere, argumentum. l. quoties. de preci. impe. offe. ⁊. c. reſcripta. xxv. q. ii. alias ſi eximendo aliquem alios nimium ſeu multum grauaret. ⁊ tunc in dubio non preſumitur principem hoc velle. c. ſuper eo. extra de offi. dele ga. l. ſecunda. §. merito. ⁊. §. ſi quis a principe. ff. ne quid in loco publi. c. ſuggeſtum. extra de decimis. poterunt reliqui reſiſtere ne ſoluant illud integrum onus ⁊ appellare expreſſa in appellatione cauſa hac: quia enormiter ex hoc grauatur: quo viſo debebit illam exemptionem reuocare tanquam tendētem ad noxia, vt. d. c. ſuggeſtum. vel minuere vt voluit dominus Flor. in dicto. c. accedentes. dicens ita ſe de facto conſuluiſſe: quod verum intelligit quando princeps talem exemptionē conceſſiſſet ad inſtantiam ipſius exempti et non de certa ſcientia, cum reliqui poſſint reſiſtere ⁊ excipere: ⁊ ſi nō admittitur exceptio poterunt appellare vt voluit Ioan. and. in dicto. c. ſecundo. de immuni. eccle. alias vero ſi ipſe princeps ex certa ſcientia vel proprio motu talem exemptionem conceſſiſſet: ⁊ tunc reliqui non poterūt reſiſtere nec appellare: cum contra principis diſpoſitionem non poſſit appellari. c. cuncta. ix. q. iii. et. c. per principalem. ſed bene poterit ad eum recurri et ab eodem miſericorditer remedium implorare, cum ad eum ſpectet diſponere de ſuo priuilegio, vt dicto. c. ſuggeſtum. ⁊ vt not. in. c. cum veniſſent. extra de iud. ſecundum dominum Nicolaum in dicto. c. accedentes. aut poſt obligationem cōtractam, ⁊ tunc non tenetur ſoluere partem contingentem exempto: quia ſatiſfactum intelligitur eximenti licet gratis remiſerit. Item cum obligatio certam formam diſtributiuam aſſumpſit, a ſtatu ipſius non eſt recedendum. argumen. ff. de dol. l. inſulam. ſecundum Bald. in. d. l. etiam. C. de execu. rei iudic. ⁊ vide eum in. d. l. ab omnibus.

Additio. vide Bar. in. l. quod ſemel. ff. de decre. ab ordi. faci. Areti. in. c. nouit. in. iii. col. extra de iud. Feli. in. c. i. de proba. ⁊ in. c. que in eccleſiarum. xxi. col. ver. limita ſecundo. extra de conſti. Roma. in conſi. cclii.

27 ¶ Decimotertio quero: an † ſoluentes pro ſe poſſint conueniri pro aliis qui non ſoluerunt. diſtingue, aut eſt onus perſonale aut reale: ſi perſonale, aut hoc conceſſit in labore perſone tantum: ⁊ q̄ per vnum expediri non poteſt, expeditur per alios. l. honor. §. fin. ff. de mune. et hono. aut conſiſtit in preſtatione pecunie vel alterius rei, et tūc aut imponitur tale onus ciuitati ſimpliciter aut cuilibet de ciuitate. Primo caſu non eſt dubium quod illud quod non poteſt ſoluere vnus, tota alia ciuitas ſoluit: quia adhuc eadem ciuitas remanet, vt. l. proponebatur. ff. de iudi. l. ſicut municipibus. ff. q̄ cuiuſq; vniuerſi. no. Secundo caſu vnus pro alio nō tenetur ipſo iure. l. legatorum petitio. ff. de legatis ſecundo. l. prima. C. vt nul. vic. libro. x. ſed poſſibile eſſet quod propter defectum non ſoluentium fieret nouum ſuperindictum, ſic per conſequens alii grauarentur. C. de ſuperindicto. in rubro ⁊ nigro. lib. x. ſi vero eſt onus reale: quia pro rebus ſoluitur tributum, tunc q̄ per vnum non ſoluitur alii coguntur ſoluere: ſed eis aſſignabitur poſſeſſio pro qua ſoluitur. C. de omni agro deſer. l. prima. C. de ſuperin. l. fina. ſecundum Bar. in. l. ii. de oper. pub.

28 ¶ Decimoquarto quero an † conſiliarii officiales ciuitatum teneantur ad ſoluendum collectam. et gloſ. in. l. honorem. ff. de mune. ⁊ hono. dicit quod tenentur ad ordinaria, non extraordinaria. Idem tenet Guilel. in. l. neminem. C. de ſacroſanctis eccle. diſtingue ſecundum Bart. in. l. prima. C. de immuni. nemi. conce. Quedam ſunt munera patrimonialia ſeu realia ⁊ ad illa tenentur. l. fin. §. patrimoniorum. cum. §. ſequen. ff. de mune. ⁊ hono. l. finali. C. de exact. tribu. vbi etiam imperialis domus tenetur. C. de apo. pub. l. prima. Quedam ſunt munera perſonalia, et iſta ſunt quedam in quibus conſiſtit labor perſone, ⁊ tunc ſi quidem per illud onus auocaretur ab officio, ab illo excuſatur. C. de cano. largitio. titu. l. precepti. in principio, ſi vero propter illud onus ab officio non auocaretur, tunc non excuſatur. l. curialis. C. de decurio. que probat iſtā diſtinctionem: ⁊ ex magna tamen cauſa poteſt ab officio auocari vt ibi patet: ſi vero tale onus conſiſtit in preſtatione pecunie tantum: ⁊ tunc aut eſt munus ordinarium. ⁊ ab iſto nō excuſatur. l. exactiones. C. de exac. tribu. l. i. C. de immunita. nemini conceden. libro. x. aut eſt munus extraordinarium ⁊ excuſatur. vt dicta. l. honorem. ⁊. l. his honoribus. §. fina. ff. de excu. mune. et. l. hi qui. et. l. his qui muneris. C. eodem titu. ſecundum Bart. in. d. l. i. C. de immuni. nemini conceden.

Additio. ⁊ an teneantur ſoluere gabellam. vide Barto. in. l. athlete. §. gentium. ff. de excu. tut. Berth. in tract. de gabel. in. vii. parte. in. xiiii. q. text. in. l. ſi publicanus. §. de rebus. ff. de publi.

¶ Decimoquinto quero magis generaliter. que pſone ſint exempte. Reſpondeo, quedam ſunt munera patrimonialia: et ab iſtis nemo excuſatur. l. i. C. et dicta. l. ſi. §. i. de vac. ⁊ excuſ. mune. quedam
29 ſunt munera perſonalia, et ab iſtis † excuſantur pupilli. l. ii. §. primo. ff. de vaca. mune. ſecundum Guilel. de cunio. in dicta. l. nemi-
30 nem. C. de ſacroſan. eccle. Maiores † autem qui ſunt puberes, licet minores. xxv. annis, an excuſentur: quedam ſunt munera perſonalia in quibus requiritur conſilium ⁊ diſcretio, vt eſſe de conſilio, et habere regimen: tunc non cōceditur minori. xxv. annis, niſi in defectum. l. ad rempublicam. ff. de mune. ⁊ hono. l. tertia. de decurio. Quedam ſunt munera perſonalia in quibus priuilegium non vertitur vt facere cuſtodiam ad portas vel in muris, ⁊ ad iſta poſſunt vocari minores a quibus liberantur propter ſtudiū. l. i. C. qui etat. ſecundum Bartol. ibi excuſantur a muneribus perſonalibus illi de quibus in. l. eos. ⁊ in. l. maximarum. cum duabus ſequentibus. ff. de excuſatio. mune. l. ſecunda. C. qui profe. l. prima. C. de his qui a princi. vac. re. l. muneris. vaca. publi. l. iii. mune. patri. C. qui mor. per totum. de his qui mili. per totum. l. penulti. ⁊ fi. de his qui imple. ſtipen. l. prima. de decre. decurio. illi etiam excuſantur de quibus glo. in. l. qui immunitatem. de mune. patrimo.

Et iſtud onus nō poteſt indici clericis. Bart. in. l. reſcripto. §. ſciendū. ff. de mune. et ho. ⁊ ibi vide an poſſit adhiberi remediū vt clericis indicatur. Bal. in l. placet. ⁊ ibi Iaſon. in lectu. in. xxii. q. C. de ſacroſan. eccle. cano. in c. ſi. de vi. ⁊ hone. cleri. Panor. in conſi. ix. Anchar. in conſil. cciii. Soci. in conſi. cxliii.

31 ¶ Decimoſexto quero † in quibus locis munera indicent. dicnut ſunt munera patrimonialia, aut perſonalia: ſi perſonalia, dic q̄ in duobus locis, ſcilicet in loco domicilii ⁊ originis. Nam ſi aliquis habet domicilium in villa, ibi poterit indici munus tutele vel cu-
32 re. Itē in loco originis. l. prima. C. de muni. et orig. ſed † quid erit ſi vtroq; loco tam originis q̄ domicilii vocetur ad talia munera, cui primo debebit parere: dic quod prefertur, ciuitas originis, quia potior eſt. l. aſſumptio. ff. ad muni. l. prima. C. de muni. ⁊ orig. ⁊ ibi gloſ. et Barto. ⁊ predicta intellige de origine paterna, vel materna. l. filios. ⁊. l. originem. C. de muni. ⁊ ori. ſm Guil. de cunio in. d. l. neminem. C. de ſacroſan. eccle.

33 ¶ Decimoſeptimo quero † ſi aliquis vocetur ad munera in loco originis et habet domicilium alibi, nunquid ſi alii ſunt ſufficientes in loco originis ille qui vocatur poſſit ſe excuſare: et videtur quod non: quia origo aſtringit eum. dicta. l. aſſumptio. ff. ad municip. et ſibi imputet qui ſe tranſtulit alibi. dicendum eſt tamē quod ſubueniatur ſibi: quia primo incole ſunt vocandi et per hoc, quia primo agitur contra principalem q̄ cōtra fideiuſſorem. l. tribus. ff. de tuto. ⁊ cura. dat. ⁊. l. i. C. de omni agro deſer. ſecūdum Guil. de cunio. in. d. l. neminem.

¶ Decimooctauo quero quo iure compellatur venire ad munera aliquis ſi habet alibi domicilium. dic quod vendicatur tanquā

originalis de illa ciuitate in qua vocatur.ff.ad municip.l.de iure.ff.de rei vendi.l.i.§.ex hinc.nam filius vendicatur,vt.d.§.per hinc.ſecundum Guil.in.d.l.neminem.Secundo vero caſu circa munera patrimonialia ſciendum eſt qd patrimoniale munus dupliciter dicitur.vno modo qd principaliter indicitur rebus, aliud eſt qd principaliter indicitur perſone pro rebus,et eſt differentia inter iſta quia quando principaliter indicitur rebus, attenditur locus vbi res eſt,et ibi poteſt collectari licet ibi non ſuerit domiciliũ:ſed vbi perſone indicitur pro rebus.attendimus tunc locum domicilij et perſonam tanq̃ principalem:et vbi eſt perſona et habet domiciliũ ibi collectatur:quia ibi preſumitur eſſe.l.cives.et.l.cum neq̃.C.de inco.libro decimo.ſecundum Guiliel.in dicta.l.neminem.C.de ſacroſanctis eccle.

34 ¶ Decimoſono quero † reſpectu quorum bonorum collecta imponitur.reſpondeo aut imponitur ab eo qui habet iuriſditionẽ vniformiter in omni loco,vt in principe et ex cauſa generali, que non concernit certi loci determinationem, vt ſi princeps mandet vt quicunq̃ habet centum in redditibus teneatur ad equum armatum.nam iſta indictio non concernit magis vnum locum quã alium,et tunc dicitur ſolui pro omnibus rebus que ſunt extra territorium,arg.l.ſi.ff.de iur.omni.iudi.ſm Guilel.in dicta.l.neminẽ.et Bar.in.l.j.C.de mul.et in quo loco.

35 ¶ Vigeſimo eſt videndum nunquid † quis poſſit collectari diuerſis locis:et dicendum eſt qd quis pro eadem re in diuerſis locis grauari non poteſt,vt not.in.l.j.C.de mul.et in quo loco.ſed pro diuerſis ſi haberet diuerſa domicilia bene poteſt grauari ſm Bald.in.l.j.§.quibus.ff.qd cuiuſq̃ vni.nomi.

Adde etiã qd quis non debet ſoluere duas gabellas,vno loco contractus,alia in loco domicilij.Cor.in conſi.cvj.in ſi.in.iiij.volu.Soci.in conſi.cccj.

36 ¶ Vigeſimoprimo quero † an bona ingreſſi monaſteriũ poſſint grauari pro iſtis collectis vel muneribus.dicit glo.in dicta.l.incola q̃ per ingreſſum in monaſterium ille qui eſt ingreſſus habetur pro mortuo,et bona ſua videtur eſſe liberata muneribus patrimonialibus:quia tranſlata in monaſterium ſunt.l.placet.C.de ſacroſanctis eccle.Barto.in quodam ſuo conſilio tenuit ſimpliciter q̃ eccleſia non tenetur,ſecundum hoc eſt verum pro tempore futuro poſtq̃ bona ſunt incorporata eccleſie.c.nõ minus.et.c.aduerſus.de immu.eccle.ſed pro tempore antecedẽti eccleſia,tenetur ad munera obligatione reali,

Additio. et hoc habent tã ex iure humano quã diuino,ex iure diuino,ex priuilegio regis artaxerſis vt legitur Eſdre.c.vij.et Geneſ.xlvij.ex iure humano in.l.placet.C.de ſac.ſanc.eccle.cum vulg.et in.c.q̃q̃.de cenſ.li.vj.

Additio. Item non excuſatur eccleſia a perangaria tempore guerre.l.ſi.et ibi Bar.C.de cur.pub.Item nec excuſatur clericus coniugatus,vt per Bal.in marg.in verb.clericus.ver.ſi.Iteʒ ſi predia ſunt tributaria.Bar.in.l.ſi.C.de ſac.ſan.eccle.Bal.in.l.ſi.C.ſin.cen.vel reli.vbi querit quomodo laici cogãt eccleſias vel eccleſiaſticas perſonas.et dicit q̃ cogent rem ipſaʒ.pro quo facit quod not.Inno.in.c.poſtulaſti.de for.comp.vbi dicit q̃ per occupationem poſſeſſionis cogent perſonas eccleſiaſticas nec incident in excõmunicationem,quia faciunt autoritate iuris.

37 ¶ Vigeſimoſecundo quero via † publica indiget refectione, quis teneatur conferre:et circa hoc diſtingue:aut tractatur de via publica aut priuata.de priuata dupliciter:quia quedaʒ poteſt dici priuata mere,vt ſi habeo in fundo meo viam vt per eã poſſum ire ad fundum tuum,et in refectione illius eſt dicendum q̃ ille cui debetur ſeruitus talis debet reficere:quia qui debet ſeruitutem nihil tenetur facere,ſed pati.l.refectionis.C.communia predi.l.neq̃.§.pe.in ſi,ff.de iti.actu.q̃ pri.eſt alia priuata non ita mere,et iſta vocatur vicinalis,et eſt priuata ſed poteſt effici publica per tantum tempus ex quo non extat memoria.d.§.ductus aque.cũ ſi.et ad refectionẽ iſtius tenentur omnes qui habent predia vicina:et illi ſoli qui habent vtilitatem.l.ij.§.verum.ff.ne quid in loc.public.Alia eſt via mere publica et vocatur realis,et iſta dupliciter eſt:quia quedam eſt via publica extra ciuitateʒ,et iſta eſt mere realis:alie ſunt intra ciuitatem,et iſte dicuntur regales.ff.de ſerui.vrb.pred.l.ſi.§.hoc interdictum.ff.ne quid in loco publi.ſi vero queris de refectione viarũ que ſunt intra ciuitatem et illa pertinet ad vicinos prout via concerneret frontem cuiuſq̃ domus.ff.de via publi.l.ediles.vbi de hoc eſt tex.ſi autem queris de refectione extra ciuitatem publicarum viaruʒ,tunc dic qd non ſolum ille qui habet predia conuicina:immo etiaʒ omnes qui habent poſſeſſiones in illo territorio, tenentur.argumento.d.§.viarum.et hic eſt textus notabilis in authen.de eccle.titul.§.ad hec ſcimus.collatione nona.et ideo quemcunq̃ concernat vtilitas,dicendum eſt qd quicunq̃ illius territorij conferre tenetur.ſi vero tractaretur de via de nouo facienda,vicinus proximus teneretur conferre locum.l.ſi locus.ff.quemadmodum ſeruitu.amittat.ſed nunquid reſpublica tenetur emendare eſtimationem.glo.vacillauit in dicta.l.ſi locus.et innuit gloſ.ibi.quod ſic de iure, qd videtur verum: quia cum per rempublicam ipſa ſuſtinet damnuʒ per rempublicam debeat emendari.l.ſi per publicum locum.ff.ne quid in loco publico ſecundum Guiliel.de cunio in.l.ſi nemineẽ.C.de ſacroſanc.eccle.glo.tamen.in dicta.l.ſi locus.dicit qd communiter non ſeruatur.ſed illi glo.in quantum allegat conſuetudineʒ nõ eſt credendum ei niſi conſuetudo probetur.vt dicit Bald.in.l.conſentaneum.C.quomodo et quando iudex.vbi dicit qd glo.allegantiali quid eſſe de conſuetudine cum ſit facti,non eſt credẽdum niſi probetur.

38 ¶ Vigeſimotertio quero † quid de illis qui non ingrediũtur monaſterium ſed aſſumunt habitum quoddam.puta fratrum tertij ordinis,vel militum gaudentium.ſi hoc fieret in fraudem collectarum non prodeſt eis,vt not.in.l.cura.§.ſi.ff.de mu.et ho.alias ſeruantur eis priuilegia.

Adde Bar. in.l.ſemper.ff.de iur.immu.Bal.et Alex.in.l.penul.C.de teſta.mili.Panor.in.c.et plantare.extra de priuileg.et Angel.in conſil.cxxviij.in quibus locis communiter tenetur qd iſti ſint immunes,ſaltem vigore eorũ conſtitutionum.de quo Cor.in conſilio.ccv.in primo volumi.et in conſilio.cexx.in tertio volumine latiſſime per Barba.in.c.officij.xvj.colum.cum tribus ſequen.extra de teſte.hoc tamen non habet locum in his qui in fraudem accipiunt habitum,iuxta no.per Bar.in.l.j.ff.de pen.

39 ¶ Vigeſimoquarto quero † quid in muris et vallis reficiendis:dic aut muri vel valla indigent refectione magna vel bona,et tunc omnes de territorio tenentur conferre pro modo poſſeſſionum et facultatum.C.de oper.publi.l.omnes.et.l.per Bitiniam.C.de immu.nemi.conce.lib.x.ſi autem tractatur de modica refectione vel fulcimento,tunc dico qd illi qui habent vſum valli vel muri,et illi qui habent domos vel predia iuxta muros tenentur ad talem refectionem.l.turres.vbi caſus.C.de ope.publi.nam quando habes viam iuxta muros vel vallum,tu habes vſuʒ.ff.ne quid in loco ſa.l.ſi.et.l.ſi.ff.de rerum diui.nam potes ſibi extendere pãnos et alia facere.ſine damno muri.

40 ¶ Vigeſimoquinto quero.quot † ſunt ſpecies munerum.dic qd tres.quedam ſunt perſonalia:quedam patrimonialia:quedã mixta,qd proſequitur plene Bar.in.l.j.C.de mul.et in quo loco.et ibi ponit quibus poſſit indici,et quibus non.

41 ¶ Vigeſimoſexto quero † que queruntur vniuerſitati qualiter diuidantur inter illos de vniuerſitate.dic quod quedam queruntur vniuerſitati tantum et non ſingulis,et tunc nõ procedit queſtio niſi vniuerſitas diſſoluatur:quedam acquirũtur vniuerſitati diſtribuẽda inter ſingulos.verbigratia,illi de caſtro ſancti Martini emerunt quedam predia vt ſibi faciant caſtrum,et intra caſtruʒ domos queritur qualiter illud ſolum vt ſibi faciant domos diuidatur inter eos.reſpondeo qualiter tribuunt ad pretium:ita debet fieri diſtributio ſoli.argumentum.l.quotien.ff.ad trebel.et.l.nonnunq̃.et no.Bar.in.l.j.de colleg.illi.in pen.q.ſm Bald.in.d.§.quibus et in l.plane.§.ſi duo.ff.de leg.j.

42 ¶ Vigeſimoſeptimo quero,vniuerſitati † mandatur vt aliquid faciat pro ra̅ta qualiter intelligatur,an per capita,vel ſolidum et libram Bald.in authentica defuncto.C.ad tertul.dicit quod inſpicitur cauſa quare tale onus imponitur.facit quod dicit Barto.in l.tertia.ff.de annuis lega.quod quando diuiſio debet fieri equaliter intelligitur per capita vel libram ſecundum ſubiectam materiam.

43 ¶ Vigeſimooctauo quero † an volẽs derelinquere rem teneatur ad onera.vide Bart.in.l.is cum quo.ff.de aqua plu.arcen.et Bal.in.l.ij.C.de ſeruit.titu.generali.et in.l.j.in ſi.vj.col.C.de ſen.que pro eo.et ibi etiam ponit an poſſit indici forenſibus collecta.de quo vltimo habetur per Barto.in.l.hi qui.ff.de iure immu.et in.l.munerum.§.patrimoniorũ.ff.de mune.et hono.et cõſuluit dominus Petrus de Peruſio, cuius verba ſunt hec,homines caſtri campelli habent poſſeſſiones in diſtrictu caſtri paſſignani:pro illis quidem poſſeſſionibus non debent nec poſſunt compelli homines caſtri campelli ad ſubeũdum munera perſonalia tantum, vel que imponuntur perſonis tantum,vel que imponũtur perſonis pro bonis,vt not.Barto.in.l.libertus.§.ſola.ff.ad municip.et in.l.reſcripto.§.ſina.ff.de mune.et honori.nec poſſunt illi de paſſignano aliquid in hoc ſtatuere cõtra illos de Campello:debent tamen illi de campello onera mere perſonalia,vel que perſonis tantum imponuntur vel que imponũtur perſonis pro bonis ſubire in caſtro campelli:ſi autem eſſent onera mere realia,tunc homines de campello debent ſubire illud pro rebus quas habent in diſtrictu paſſignani.l.j.C.de mul.et in quo loco.l.forma.§.ſi vero.de cen.nec põt vniuerſitas caſtri pegnam ſtatuta facere cõtra hoies caſtri cãpelli,qd hoies dicti cãpelli ſubeãt onera mere perſonalia, vel que perſonis tantum imponuntur vel perſonis pro rebus qui homines caſtri campelli habent in diſtrictu caſtri paſſignani abſq̃ autoritate principis,vt.d.l.reſcripto.§.ſi.facit qd not.Bal.de alie.feud.§.clientulus.vbi dicit qd ciuitas et caſtra non poſſunt imponere collectas

lectas forenſibus ſine principis autoritate ex priuilegio vel ex con
ſuetudine antiqua. ⁊ ita dicit conſuluiſſe Bart. non enim poſſunt
derogare legi ſuperioris ſm Bart. ⁊ Bal. in. d. l. omnes populi. ff.
de iuſt. ⁊ iur. in. l. placet. C. de ſacroſan. eccle. ⁊ no. Inno. in. c. poſtu-
laſti. de fo. compe. ⁊ licet legatus de latere confirmet ſtatuta facta
per vniuerſitatem caſtri paſſignani, illa quidem confirmat in for-
44 ma cõmuni: que † confirmatio nõ firmat actũ inualidum, vt eſt ca-
ſus in. c. quia diuerſitatem de conceſ. preben. nec in preiudiciũ ter-
tij. c. ſi. de confir. vti. vel inuti.
45 ¶ Uigeſimonono quero † nũquid quilibet de vniuerſitate poſſit
pro debito capi, ⁊ inſolidum exigi. dic qꝺ non: q2 debitum vniuerſi
tatis non eſt ſingulorum de per ſe ſingulariter conſideratorum. l.
ſicut. §. ſi quid vniuerſitati. ff. qꝺ cuiuſ. vni. nomi. ergo non eſt con-
decens qꝺ vnus de vniuerſitate capi poſſit ſeu exigi inſolidum pro
46 debito totius vniuerſitatis, † ⁊ nondum ciuili, immo naturali iu
ri repugnat, vt alius pro alio moleſtetur. l. ſ. C. vt nul. ex vic. li. x. et
in authentico vt nul. iud. §. quoniam vero. ⁊ de iniur. ⁊ dam. dat. c.
j. in. vi. cum ſi. hi tamen ad quos ſpectat onus exigẽde collecte eiſ-
pſo tempore per quod ſunt in negligẽtia capi poſſunt, ⁊ exigi in-
ſolidũ: ipſi tamen ab illis de vniuerſitate poſtea recuperabunt pro
viribus ſingulorum. l. j. circa ſi. ff. de mu. ⁊ hono. ⁊ illam ad hoc alle
gat Bar. ſm do. Ludo. in. d. §. actor municipium. qui ad hoc alle-
47 gat. C. de exac. tribu. l. miſſi opinatores. li. x. vnde † ſi ad cõſules ſeu
ſuperiores ciuitatis ſpectat onus exigendi collectas, cũ tamen iſti
quadam fictione populum preſentent. argumento. l. oſſa. ad fin. ff.
de relig. ⁊ ſump. fune. ſi conſtituantur in negligentia exigendi col-
lectam impoſitam pro ſoluendo debitum ciuitatis, poterunt ipſi
capi ⁊ inſolidum exigi per. d. l. j. ⁊. d. l. miſſi opinatores. ⁊ ita debet
intelligi qꝺ no. Bal. in. l. etiam. C. de exe. rei iudi.

Additio. Idem tenet Bar. in. l. iuj. ff. de re iud. in. iiij. col.
vbi etiam querit an abbatiſſa poſſit perſonali-
ter capi per epiſcopum pro debito monaſterij.

¶ Trigeſimo quero vtrum ⁊ quando pertinet ad heredez preſta-
tio tributi: vel ad legatarium. dic qꝺ cum predium vectigal ſit affe-
ctum pro preterito tempore cum ſit iam debitum, heres tenetur. l.
apud iulianum. §. heres. ff. de lega. primo. pro futuris autem tem-
poribus cum nondum ſit in rerum natura debitum heres non te-
netur. facit quod no. in. l. ſi res obligata. ff. de leg. primo. nec diſtin
guitur in hac legali obligatione, an teſtator ſciuerit vel ignorauer-
rit vt per Baldum in. l. predia. C. de fideicommiſ. ⁊ intelligas pre-
teritum tempus non ſolum tempus vite teſtatoris, ſed etiam tem
pus poſt mortem teſtatoris ante euentum conditionis vel diei
ſi legatum fuiſſet factum ſub conditione vel in diem. Nam cum
48 † onus ſoluendi tributa pertineat ad eum ad quem pertinent
fructus. l. neq3 ſtipendium. ff. de impen. in reb. dot. fac. l. ſi penden-
tes. §. cloacarij. ff. de vſufr. ⁊ fructus dicto tempore pertinẽt ad he
redem. l. apud iulianum. §. fructus. ff. de leg. primo. ergo ⁊c. ſed du
bitari poteſt ſi collecta vel tributum eſſet impoſitum tempore vite
teſtantis puta de menſe martij, ⁊ ſolui deberet de menſe nouẽbris
⁊ teſtator poſt menſem Martij mortuus eſt ante menſem Nouem
bris ceſſat enim dies ſoluendi tributum de menſe Martij, ⁊ ſic in
vita teſtatoris. ſed non venit niſi de menſe Nouembris poſt mor-
tem teſtatoris quis ſoluere debebit heres vel legatarius: videtur
primo quod heres. l. incola. ff. ad municipales. in contrarium qꝺ
legatarius ſi fructus recollegit vel ſibi debẽtur, vt dicto. §. ſi quid
cloacarij. ⁊. d. l. neq3 ſtipendium. ⁊ ſi hoc caſu heres dictos fructus
legatario debitos recollegiſſet, quia tunc aut eos reſtituere debet
aut tributum ſoluere vt legatarius elegerit. argumento. l. hec di-
ſtinctio. §. cum fundum. ff. loca. ſed ſi fructus rei legate eſſent ciuiſ-
les vt poſſeſſiones domus legate que diuerſis temporibus deben-
tur vt eſt glo. in. l. ſi defuncta. ff. de vſufru. ⁊. l. idem. ff. loca. tunc di-
cendum eſt qꝺ pro rata fructuũ heres vel legatarius tenetur que
induci poſſent ad multa ⁊ maxime ad collectam papalem que vno
tempore imponitur ⁊ alio ſoluitur, ⁊ interim mutationes benefi-
ciorũ ſiũt: q2 ex predictis videbunt quis ſoluere debeat: facit qꝺ di
cit Bar. in. l. pe. §. ſi. de leg. ij. ⁊ in. l. j. C. de mul. ⁊ in quo loc. ⁊ dixit
Bal. in. d. §. heres. qꝺ legatarius tenet facere leuari de eſtimo te-
ſtantis ⁊ ponere in ſuo pro collectis que imponunt. qꝺ ſi nõ fecerit
heres ſoluendo pro futuro tempore ſolutũ repetit per actionem
neg. geſtor. ⁊ qꝺ plus eſt ſi poſſeſſor recuſaret ſoluere poſſet para-
tus ſoluere vt res pro qua ſoluit collectas adiudicet ex primo de-
creto ſm quoſdam in. d. §. heres. per ſolutionem autem cenſus vel
per eſtimũ an probetur poſſeſſio ſoluentis Bald. in. l. ſi patri. ff. de
actio. emp. dixit qꝺ non per illũ tex. ⁊ vide que habentur in. l. ſolẽ-
nibus. ff. de rei ven. ⁊. l. multum intereſt. C. ſi quis alteri vel ſibi.

Additio. Nec etiam probatur dominiũ ſm Bar. in. l. cen
ſualis. C. de do. ſi autem res tua re ſciente eſſet
poſita in meo cataſtro, mihi acquireretur dominium. Bar. in. l. ra
ra. C. de om. agro deſer. ⁊ ibi vide Alex. in apoſt. vide Decium in
conſi. xxj. in pe. col. ⁊ an per eſtimum probetur valor rei. vide Bar.
⁊ ibi Alex. in apoſt. in. l. ſi. C. de predi. naui. ⁊ an dominiũ probetur
per libros cenſuales eccleſie vide Flo. in. l. cenſus. ff. de proba. doct.
in. c. ad audientiam. de preſcrip. Roma. in conſi. cxxvij.
49 ¶ Trigeſimoprimo quero † an fiſcus pro bonis rebellium confi-
ſcatis teneatur ad ſolutionem gabelle. vide in. l. licitatio. §. fiſcus.
⁊ in. §. ſi. ff. de public. vbi fiſcus non cogitur ſoluere vectigal. qꝺ in-
telligit Bar. in. d. §. ſi. in repub. romanorum. ⁊ vide Pet. de Pe-
ruſio in conſi. quod incipit, ex forma. in. xij. lib. char. cxxxv. qui di-
cit ꝙ commune tenetur pro bonis rebellium confiſcatis communi
ſoluere gabellam emptoribus gabelle: q2 illa gabella exigebat per
eſtimum ad bona allibrata.

Additio. Uide Bertach. in trac. de gabel. in. viij. col. qui
indiſtincte tenet qꝺ fiſcus vel commune nõ te-
neatur ad gabellas per plures rationes de quibus ibi per eum. cõ-
trarium tamen videtur tenere Bart. in conſilio. cxxvj. incip. caue
tur ſtatuto montis.
50 ¶ Trigeſimoſecundo ⁊ vltimo quero † vniuerſitas emit campa-
nam que pulſatur per nouas ⁊ diuerſas cauſas, quandoq3 per ce-
lebrationem diuinorum officiorũ, quandoq3 pro funere an onus
imponatur per ſolidum et libram: an per capita. et videtur quod
iſtud onus non ſit mere perſonale, nec mere reale, ſed videtur mi-
xtum: quoniam reſpicit ſalutez anime, ſicut eſt audire diuina, per-
cipere eccleſiaſtica ſacramenta, ⁊ mortuorũ ſepultura reſpicit per-
ſonas ſingulares. c. intereſt. de offi. ordi. c. ſi ſententia. §. cum vero.
de ſen. excom. in. vj. ſed congregare vniuerſitatem per ſonum cam-
pane reſpicit vniuerſitatem. Item pulſare campanam ne caſtrum
occupetur ab inimicis vel a gentibus armorum reſpicit vniuerſita
tem. ⁊ ex his videntur qꝺ expenſe fiant partim per libram ⁊ ſolidũ
⁊ partim per capita hominum. Item ſi cõſideramus qꝺ magis eue
nire ſolet, videtur qꝺ per capita fiat diſtributio: quia plus ⁊ frequẽ
tius euenire ſolet qꝺ campana pulſatur pro congregatione popu
li ad audiendum diuina officia ⁊ pro funere ꝙ pro congregatione
vniuerſitatis ad pertinẽtia ad vniuerſitatem. nam lex adaptat ad
ea que communiter accidere ſolent. l. nu. ad ca. ff. de leg. Iudex er-
go arbitrabitur, an per capita tantum, an per ſolidum ⁊ libraz, an
vero partim per ſolidum ⁊ libram, ⁊ partim per capita ex dictis ta
men Bar. in. d. §. actor. videtur concludi qꝺ expẽſa fiat per ſolidũ
⁊ libram. ibi. dicit qꝺ in pertinentibus ad ius parochiale cõtribu-
tio fiat per ſolidum ⁊ libram: ⁊ de iure parochiali eſt celebrare ⁊ alia
facere de quibus per Innoc. in. c. j. de ſepul. ita conſuluit Pet. de
peru. in conſi. quod incipit pro intellectu. in. xvj. lib. char. xiij.

Tractatus quotidianus col-
lectarum D. Petri de Ubaldis de Peruſio, cum Additionibus
D. Feliciani de Rubeis de Camino, Finis.

Interlegendum dum mate-
riam iſtam viderem, occurrerunt nonnulle. q. non poſite per auto
rem, quas hic inſerere libuit: ſuccincte tamen.

¶ Primo quero ſi cõmunitas habeat ſoluere ſubſidium camere ⁊
non habet vnde ſoluat, an pro eo debeat poni collecta, ⁊ ſi imponi
tur qualiter imponatur. De primo habemus glo. ꝙ debeat impo
ni in. l. j. §. qꝺ ſi nemo. ff. qꝺ cuiu. vni. no. Ad. ij. dico ꝙ cũ ſit debitũ
neceſſarium, debet imponi pro viribus patrimonij ipſius cõmuni
tatis, ⁊ ſic per ſolidum ⁊ libraz. l. reſcripto. §. ſi. ff. de mune. ⁊ hono.
⁊. l. per bitiniam. C. de immu. nemi. conce. ⁊ hoc tenet Innocẽ. in. c.
granem. de ſenten. excom.

¶ Secundo quero qualiter imponatur collecta pro reperatione
murorum ciuitatis. Spec. in titu. de cen. in. §. nunc dicendum. ver.
Item pone. videtur tenere qꝺ imponatur per capita. contrarium te
net Bar. in. l. per bitiniam. C. de immu. nemi. conce. immo impo-
natur per ſolidũ ⁊ libram. pro quo facit illud qꝺ vult Bal. in. l. etiã.
C. de exe. rei iud. vbi dicit qꝺ collecta imponenda eſt per es ⁊ librã,
non ſolũ ſi imponatur pro neceſſitate publica vt cauſa ſoluẽdi es
alienum iam cõtractũ, ſed etiã ſi imponeret pro vtilitate publica.

¶ Tertio quero qualiter imponatur collecta pro expenſa que fit
pro ſcopertis ⁊ ſcoltis: dico qꝺ cum talis expenſa fiat pro tuitione
hominum ⁊ animalium, qꝺ erit imponenda per ſolidum ⁊ librã, cũ
imponatur pro viribus patrimonij cuiuſcunq3 per id qꝺ habetur
in. d. l. per bitiniam. pro quo facit illud qꝺ dicit Bart. in. l. iuj. ff. de
re iud. qꝺ indubio ſi aliud non appareat collecta eſt imponẽda pro
viribus patrimonij.

¶ Quarto quero an hoſpitalia ſint exempta ab oneribus. de eo vi
de Bar. in. l. omnia. C. de epi. ⁊ cle. Bar. in. l. ſi quis ad decimandã.
C. eo. tit. Alexan. in conſi. cxxiij. iij. col. prima par. ex quorũ dictis
concluditur qꝺ ſi ſunt conſtructa autoritate epi, qꝺ gaudent priui
legio eccleſiaſtico. per no. in. c. ad hec. cum ſi. de reli. domi. alias ſe-
cus. vt no. in. d. c. ⁊ in cle. quia contingit. eo. ti.

¶ Quinto quero an ſoluatur collecta de re profana facta eccleſia-
ſtica. de quo vidit Bar. in. l. reſcripto. §. ſciẽdum. ff. de mu. ⁊ hono

Bal.in.l.placet.ꝛ ibi Iaſ.in.ſi.lec.C.de ſac.ſan.eccle.Soci.in conſi.
cclxiij.ꝛ quid econtra, vide quod no.Bar.in.l.paulus.ff.de acquir.
hereditate.

¶ Sexto quero an onus collectarum ante traditionem rei vendi-
te ſpectet ad emptorem.de quo vide Bal.in.l.ſi.C.ſin.cen.vel rel.ꝛ
in.l.cū proponas.C.pro ſoc.ꝛ in.l.ſi negotium.ꝛ ibi Alex.C.de ne-
go.geſt.vbi concludunt qꝺ ſpectat ad emptorem cum onus colle-
ctarum ſit onus fructuum.l.ſi pendentes.ff.de vſuf.l.necꝫ.ff.de im
pen.in reb.dot.fac.ꝛ an tempore venditionis emptori fructus de-
beantur.l.iulianus.§.ſi fructibus.ff.de ac.emp.

¶ Septimo quero, collecta poſtꝗ̄ eſt vendita ſi ſit augmentatio,
cui debeatur augmentum Bal.in.l.at vbi.ff.de pre.here.dicit qꝺ
emptori debetur augmentum.idem tenet And.Barba.in tracta.
de preſtan.car.in.iij.q.xix.col.

Sequuntur duo cōſilia in eadem materia collectarum: que cum ſint excellentiſſimi Doctoris, in hoc Tractatu connectere viſum fuit.

Summarium.

1 ☞ Poſſeſſione aucta an cenſus augendus.
2 Conductor ſi propter eius diligentiam recolligit maiores fructus
non debet ei accreſci penſio.
3 Vinea ſi modico tempore non colitur, exiccatur, et in perpetuum
deterioratur.
4 Eſtimatio rei per quid probetur.
5 Collecta potius imponiᷓ habito reſpectu ad reddit⁹ ꝙ̄ ad valorē.
6 Munus patrimoniale quotuplex.
7 Collecta principaliter imponitur perſonis.
8 Cenſus an debeat augeri medio tempore.
9 Ratio legis vbi ceſſat, ergo ceſſare debet ꝛ lex.
10 Eſtimum quomodocunqꝫ augmentatur melioratis predijs.

¶ Conſilium primum.

In agro Alexandrino eſt
predium nuncupatum Fraſcheta, quod per mul-
ta tempora retroacta fuit incultum ꝛ pro paſcuis
habitum. Nunc redactum fuit ad culturam. ita vt
ex eo percipiantur plurimi fructus ꝛ redditus: in
noua confectione eſtimi ſeu cataſtri ratione cuius imponūtur col-
lecte, cenſitores auxerunt eſtimum dicto predio. Queritur an hoc
de iure fieri potuerit.

¶ Et videtur dicendū qꝺ non per tex.in.l.ſin.C.de alluuio.vbi di
cit tex. Et que paludibus vel paſcuis videbantur aſcripta, ſi ſum-
ptibus poſſeſſorum ad frugum fertilitatem tranſlata ſunt, vel vē-
di, vel peti, vel quaſi fertilia ſeparatim cenſeri vel functiones exigi
non concedimus: ꝛ ſubdit rationem, ne doleant diligentes operā
ſuam agri dediſſe culturam nec diligētiam ſuam ſibi dānoſam in-
1 telligant: ꝛ ideo dicit ibi Bald.ſummando illum tex.qꝺ † cēſus nō
eſt augendus, licet poſſeſſio reddatur fertilior ſumptis ꝛ ſollicitu-
dine poſſeſſoris.ꝛ ibi inuehit contra inſatiabiles miſeros ꝛ auaros
prelatos Sali.etiam ibi dicit ꝙ impinguatio terre vel melioramē
ta culture non faciunt tributa creſcere. Ad idem facit text.in.l.pe.
C.de omni agro deſer.libro.xi.vbi dicit tex.quod ſi aliquis ſuſce-
perit fundum ſterilem ſub pollicitatione certi canonis, ſi eum ma-
gno labore ꝛ expenſis melioraverit nullam deſcriptionem ſiue ad-
iectionem aut innouationem ſuſtinere debebit.ꝛ ibi etiam Bart.
not.illum tex.contra prelatos: pro hoc etiam facit tex.in.l.quiſqꝫ.
la.iij.in prin.eo.ti.ꝛ in.l.cum ſatis.§.caueant.C.de agricol.ꝛ cenſi.
ꝛ in.l.j.C.in qui.cauſ.col.cē.do.eo.li.ꝛ tex.in.c.ſi.extra de priuileg.

¶ Tertio adduci pro hac parte poteſt qꝺ voluit glo.ꝛ doct.in.l.ſi
2 merces.§.vis maior.ff.locat.qꝺ ſi conductor † propter eius diligen
tiā recolligit maiores fructus non debet ei accreſci penſio.pro quo
bene facit tex.in.l.ij.C.de fun.rei priua.ꝛ in.l.ij.de ſun.ꝛ al.pre.na-
uic.libro.xi.

Supradictis tamen non obſtantibus contrariā ſen
tentiam de iure puto veriorem.ꝛ pri-
mo moueor per tex.in.l.forma.ff.de cenſi.vbi tex.dicit qꝺ in cēſum
referri debet aruum qꝺ in decē annos proximos ſatum erit vinea
quot vites habeat: oliua quot arbores habeāt: ꝛ tunc nulli dubiū
eſt qꝺ ſegetes vinum ꝛ oleum ꝛ ſimilia ſunt fructus induſtriales in
quibus acquirendis plurimum verſatur induſtria ꝛ diligentia ho
minis.vt p Bar.in.l.ꝛ ex diuerſo.in.ij.col.ff.de rei vē.ꝛ in.l.ſi.in ſi.
prin.ff.ad.l.fal.ꝛ p Bal.in.l.p oneris⁹.C.de iu.do.ꝛ in ru.C.de fru.
ꝛ li.ex.pē.ꝛ in.l.j.in ſi.C.de vſu.ꝛ fruc.leg.ꝛ in.l.ancilie.in.viij.opp.
3 C.de fur.ꝛ dicit in auſ.qui rē.C.de ſac.ſan.ec.in.ij.no.qꝺ ſi † vinea
modico tēpore nō colitur exiccetur ꝛ in perpetuum deterioratur:
ergo probatur qꝺ ea que induſtria ꝛ diligentia hominis fertiliora
redduntᷓ, debent in cenſum poni ꝛ vel plus vel minus eſtimari pro
ut etiam induſtria hominis meliorata inueniuntᷓ: nam dicit Bar.
in.d.l.forma.per illum tex.qꝺ ſi res deterioratur debet cataſtrum
minui.ergo augmentari re meliorata. cum valeat argumētum de
damno ad lucrum.ꝛ probatur in illo tex.

¶ Tertio quia onera collectarum imponuntur pro modo facul-
tatum.l.j.C.de mun.patrimo.ꝛ ibi glo.l.ſi.C.quo.ciui.mun.indi.ꝛ
l.ij.ꝛ.l.pro locis.C.de anno.ꝛ trib.lib.x.Bar.in.l.j.C.de mulier.ꝛ in
quo lo.lib.xi.ꝛ docto.in.l.placet.C.de ſacroſan.eccle. Et ideo dixit
Bar.in auſ.ſed cum teſtator.in.ij.col.C.ad leg.falci.quod in ciui-
tatibus vbi ſit cataſtrum quis non preſumitur ignorare vires pa-
trimonij: facit quod voluit Bal.in.l.ij.in pe.col.ver.denuo quero
4 C.de reſcin.vēdi.quod per † cataſtrum probatur eſtimatio rei, be-
ne etiam facit qꝺ dicit Bar.ꝛ ibi ſequitur Alex.in.l.iij.C.de predi.
nauic.li.xj.qꝺ res tantum preſumitur valere quantum eſt eſtima
ta in eſtimo.ꝛ ſubdit ibi in ſi.qꝺ id quod dicitur qꝺ res tantum va
let quantum vendi poteſt, habet locū in rebus mobilibus quarū
nulli ſunt redditus: ſecus in immobilibus, quia eſtimantur ſm red
ditus.adduci etiam poteſt qꝺ voluit Ioan.And.ꝛ poſt eum He-
mi.in.c.ſi pluribus.in.j.col.de preben.lib.vj.quod beneficium dicā
tur eſſe maioris valoris quod habet plures redditus. Hoc ſtāte ſi-
le dicitur habere plures facultates qui habet plures fructus ꝛ red
ditus.vt inquit Bart.in.d.l.pro locis.qꝛ res tantum valet quan-
tum de fructibus: reſpondet ergo merito cum fructus predij ſint
augmentati ꝛ per conſequens facultates, ideo debēt qui talia pre
dia habent maiorem collectam ſubire.ꝛ ſic maius eſtimum.ꝛ bene
ad propoſitum noſtrum dixit Imol.in.l.apud iulianum.§.heres.
ff.de leg.j.refert ꝛ ſequitur Alex.in.l.reſcripto.§.ſi.ff.de mu.ꝛ ho-
5 no.qꝺ collecta † potius imponitur habito reſpectu ad redditus ꝙ̄
ad valorem rei.ꝛ hoc probatur in.d.l.forma.ibi, aruum qꝺ in decē
annos proximos ſatum erit, vinea quot vites habeāt, oliua quot
arbores.ꝛ poſt ſubdit tex.illam enim equitatem debet admittere
cenſitor, vt officio eius congruit releuari eum qui in publicis tabu
lis delato modo frui ex aliquibus cauſis non poteſt. Iſtud etiam
noſtri cenſitores obſeruant.naꝫ pro domo etiam pretioſa ſoluitur
tantum quantum pro vili, nec plus talem domum in cataſtro po-
nunt ꝙ̄ vilem: ꝛ hoc eſt: qꝛ domus pretioſa dicitur quodāmodo ſte
rilis: quia non reſpondet redditis pretio domus, vt no.Bal.per il
lum tex.in.l.ſi.§.ſin autem legata.C.de bo.que lib.ꝛ ideo ſolent no
ſtri cenſitores ſi in domo aliqua fiant apothece vel taberne meri-
torie, augere eſtimum: qꝛ per illas augentur redditus domus.

6 Reſtat modo ad adducta pro parte contraria reſpō
dere, ad quod premittēdum ꝙ eſt † ſeſt
triplex munus patrimoniale, vt per glo.in.l.j.C.de mu.ꝛ hono.li.
x.ꝛ per Bar.in.l.j.C.de mu.ꝛ in quo loco.li.xj.per doc.in.l.placet.
C.de ſacroſan.eccle.ꝛ in.c.non minus.extra de immu.eccle. Quod-
dam eſt enim qꝺ imponitur perſonis tantum nullo habito reſpe-
ctu ad res, ꝛ iſtud dicitur capitatio.l.etatem.ff.de cenſi. Quoddaꝫ
quod imponitur rebus, tamen nullo habito reſpectu ad perſonas
ꝛ iſtud vocatur tributū ſeu cēſus: ꝛ quomodo hoc imponeretur de-
clarat Pau.de ca.in.d.l.placet. Quoddam eſt qꝺ imponitur prin-
cipaliter perſonis, habito reſpectu ad res, ꝛ iſtud appellatur colle
cta: ꝛ in iſto principaliter obligatur perſona, ſecundario res.ꝛ ideo
non imponitur clericis ꝛ foreuſibus, vt eſt tex.ꝛ glo.in.l.reſcripto.
§.ſi.ff.de mu.ꝛ hono.ꝛ doc.in locis ſupra allegatis.ꝛ ideo ꝗ̄uis re-
gulariter vocetur munus patrimoniale: tamen Bald.vocat illud
mixtū in.l.predia.C.de fidei.in.l.propter.C.qui bo.ce.poſ.ꝛ in.l.ci-
uitas.in.iij.col.ff.ſi cer.pe.his ſic premiſſis dico qꝺ cōtraria loquū-
tur in tributo ꝛ in munere qꝺ imponitur tm̄ rebus, nullo habito
reſpectu ad pſonas, vt aperte apparet in illis.ll.nos vero loqmur
7 in collecta † que imponiᷓ principaliter pſonis: ratio aūt diuerſita
tis eſt: qꝛ tributa debent tātum ſolui de rebus tributarijs, ꝛ nō de
alijs: ſed ex induſtria ꝛ diligentia hominis non ſunt ſubiecte tribu
to: ſecus autem eſt in collecta que principaliter imponitur perſo-
nis propter res ꝛ iuxta modum facultatum.vnde ſiue in augmen-
to facultates interuenerint expenſe ſiue induſtria ꝛ diligentia non
eſt curandum: qꝛ in his obligatur perſona ꝛ debet ſolui de omni-
bus rebus.vnde ſi iſte expenſe non eſſent facte in illo predio, habe
rentur vel in pecunia vel in alijs rebus de quibus omnibus ſolui-
tur collecta, vt per Bar.in.d.l.j.de mul.ꝛ in quo lo.in.ij.col. Bal.
in.l.etiam.C.de execu.rei iudi, ꝛ ſimilem diſtinctionem facit Bar.
in conſi.clxxx.

¶ Sed ſpecialius reſpondendo dico qꝺ non ob.l.ſi.de alluui.nam
non dicit tex.qꝺ non debet augeri cenſus, ſed qꝺ non debent ſepa
ratim cenſeri.ꝛ ita intelligit ibi glo.in verbo, exigi.vbi ponit que
ſit vtilitas.ꝛ audio qꝺ ita intelligit Odof.quem tamen non vidi, ꝛ
aliter intelligendo contrariaretur legi precedenti.vel ſecūdo dico
8 qꝺ † nō debet augeri cēſus medio tempore: ſed quando ſit nouus
cenſus tunc non videtur dubium ꝙ poſſit augeri: qꝛ de hoc eſt tex.
in.l.vitia, que eſt.l.ij.ff.de cenſi.ꝛ ita ibi intelligit glo.vltra allegan.

d.l.ſi.de

dicta.l.ſi.de alluuio.⁊ facit dicta.l.forma.vbi dicitur quod quan-
do ſit nouus cenſus minuentur arbores que ſine culpa perierunt,
ſic etiam augentur ſi nucte ſunt:medio autem tempore non videt
licere.⁊ facit etiam in propoſito ꝙ ſicut locator non poſſit augere
conductori penſionem medio tempore propter maiores fructus
perceptos,tamẽ finita locatione poteſt carius locare ſi inuenit cõ-
ductorem.Non ob.l.penul.C.de omni agro deſer.quia in caſu no-
9 ſtro ceſſat ratio † illius legis,ergo ceſſare debet ⁊ lex.dicit enim ibi
tex.qui fundos ſteriles reddiderant magno labore ⁊ impenſa pe-
ne exhauſto patrimonio:ſed qui hoc predium coluerũt ex egenis
⁊ pauperibus diuites facti ſunt.Item poſſet dici † ibi fuerunt cõ-
pulſi a principe,vnde magis ſubuenitur cum facerent ex neceſſita-
te:preterea aduertendum eſt qḋ iſtud predium non erat ſterile ſed
incultum:quia cum eſſent pauci homines ⁊ ſufficerent predia vici-
niora,illud remãſit incultũ.accedit qḋ erat cõe pluribus pro indi-
uiſo.⁊ ideo illis diſcordãtibus negligebat.⁊ ideo cum creuiſſent
homines ⁊ pretium tandem fuiſſet diuiſum,redactum eſt ad cul-
turam.Ex quibus concluditur Cẽſitores potuiſſe iure illi augere
eſtimum.Que concluſio confirmatur ⁊ abſq; dubio procedit:quia
10 † extat conſuetudo quod eſtimum augmentatur melioratis pre-
diis quomodocunq;.Nam vt dicunt doct.in locis ſupra allegatis,
conſuetudine induci poteſt vt imponatur collecta foreñſibus, licet
alias de iure hoc non poſſit fieri,ergo facilius conſuetudine indu-
ci poterit vt eſtimum augeatur.arg.l.patre furioſo.ff.de his qui
ſunt ſui vel alie.iur.vltimo tollitur omnis difficultas propter au-
toritatẽ principis que interuenit:quia princeps poteſt augere eſti-
mum ⁊ onera,vt per Barto.in.l.j.C.de coll.do libro.x. Laus deo
et Virgini.

Summarium.

1 Onere duplici quis non debet grauari.
Vtile dominium emphyteute ſequitur perſone conditionem.
2 Ratio cum ſit falſa.ſequitur ꝙ dictum ſit falſum.
3 Coloni eccleſiarum an teneantur ad gabellas pro fructibus quos
colligunt in prediis eccleſiarum.
4 Onera matrimonii tranſcendunt redditus bonorum dotalium.
5 Eccleſiaſtica bona an collectari poſſint a domino temporali.
6 Collectans nõ poteſt collectas exigere niſi de bonis in quibus ha
bet iuriſditionem.
7 Pactum inter emphyteutam ⁊ dominum vt emphyteuta non te
neatur ad collectas ſed dominus an valeat.
8 Emphyteuta non ſoluente,tenetur ſoluere dominus.
9 Poſſeſſum an aſſumat naturam poſſeſſoris.
10 Coloni eccleſie an teneantur ad gabellas fructuum perceptorum
in bonis eccleſie.
11 Emphyteuta an poſſit collectari pro melioramentis factis in re
eccleſie.

Conſilium ſecundum.

VErtitur in dubiũ an em
phyteuta eccleſie ꝑ bonis que tenet ab eccleſia poſ
ſit a domino tẽporali collectari.In quo dubio ma-
gne autoritatis viri diuerſa ſenſerunt:quorum di
cta primo referam,⁊ poſt ſententiam noſtram ſubii-
ciam.Partem negatiuam tenuit Bar.in.l.priuate.C.de excuſat.
1 mune.lib.x.motus,quia † nõ debet duplici onere grauari.vnde cũ
ſoluat canonem eccleſie,non debet grauari in ſolutione collectarũ
eundem non tantũ Bar.ſed Ange.ſequitur ibi Jo.de pla.refert il
lud dictum Alex.in.l.licitatio.§.mercatores.ff.de publica.in.l.tiii.
in.iii.col.de re iudi.in.l.lucius.§.itẽ reſcripſit ſi conſtãte.ff.ad mu-
nicipa.in.l.reſcripto.§.ſciendum.ff.de mu.⁊ hono.in.l.j.C.de an-
no.⁊ tribut.lib.x.in apoſtil.ad Bar.⁊ eius rationem ſequitur in cõ
ſi.iiii.in.v.volu.in.ii.col.

Contrariam partem tenuit And.de iſer.l.c.
j.in ver.⁊ plauſtrũ.in.ii.
col.in tit.que ſint regal.motus ꝙ vtile dominium emphyteute ſe
quitur perſone conditionem.l.ſi.in ſi.C.de imponen.lucra.deſcri.
l.ſi.C.de inoffi.teſta.refert illum Alexã.in.d.l.priuate.ſequitur in
conſi.ci.in.vii.col.in.j.volu.Jaſ.Mainus obſeruantiſſimus prece-
ptor meus in.l.j.in.iii.glo.in.vii.col.C.de iu.emphy.allegat vtrãq;
deciſi.⁊ nihil decidit Alber.Brun.Aſten.in tra.de ſtatu.fe.⁊ line.
cognat.a ſucceſſi.exclu.in.xxii.q.viii.articuli diſputat hoc dubiũ
⁊ reprehendit vtrumq;:dicit enim qḋ ſi ratio Bar.eſſet vera ſeque
retur idem in emphyteuta priuati.qui ⁊ ipſe ſoluit canonem do-
2 mino.cõtra cõmuniter no.in.l.ii.C.de iu.emphy.cum ergo † ratio
ſit falſa ſequitur ꝙ dictum ſit falſum.Item dicit qḋ inſer.equipa-
rat emphyteutam eccleſie ⁊ fiſci,qḋ ſi eſſet verum deſtrueretur ſua
concluſio:nam deciſum eſt in emphyteuta fiſci vt non teneatur,er
go idem eſſe deberet in emphyteuta eccleſie.cuius cõtrarium ipſe
tenet:⁊ ne quis pro parte negatiua ex iſta equiparatione argumẽ-
tetur,reſpondet ꝙ non inueniuntur equiparati in hoc a lege an-
tiqua,ergo lex noua ſuperueniens in vno non trahitur ad aliud,
vt voluit Matheſil.in trac.aſtenſi.in.vi.col.Item quia non ſequi-
tur ſi cus ⁊ eccleſia equiparantur,ergo ⁊ eorum emphyteute cum
diuerſũ ſit ius domini ⁊ emphyteute:vnde ipſe diſtinguit,ꝙ aut
canon qui preſtatur per emphyteutam eſt magnus correſpondẽs
collecte,⁊ tunc non tenetur propter illam rationem:quia non dꝫ ex
duplici onere grauari,que ratio in materia onerũ recipitur, vt ha
betur in.l.honores ſubeunti.ff.de mune.⁊ hono.⁊ alibi.

Si autem canon non equiualet oneri,quod pro collecta impo-
nitur tunc tenendam putat opinionem ꝙ ſoluere teneatur colle-
ctam per rationes quas deduxerat:maxime quia iſtud ius non eſt
eccleſiaſticum ſed rei eccleſiaſtice coherens.pro quo allegat dictum
conſi.Fede.conſi.xxi.incipiẽ. queſtio talis eſt.quod dictum multi
3 docto.ſequuntur,vꝫ quod † coloni eccleſiarum tenẽtur ad gabel-
las pro fructibus quos colligunt in prediis eccleſiarum.Iſta ſunt
verba formalia,licet poſt multa alia ſubdat.Hec diſtinctio vtcũq;
intelligatur non video quomodo poſſit habere locum.nam idem
eſſet dicendum in emphyteuta priuati:ſed.l.ii.C.de iur.emphy.di
cit indiſtincte ⁊ generaliter qḋ emphyteuta tenetur ad collectas,
nec diſtinguit an ſoluatur magnus canõ vel paruus.ergo nec nos
diſtinguere debemus.l.j.cum vulg.de lega.preſtan.⁊ imputet ſibi
qui ſoluit magnum canonem:quia potuit paciſci ne teneretur.d.l.
ii.C.de iure emphy.Item eſt contra illud fundamentum propter
quod maxime tenetur quod emphyteute teneantur ad collectas,
vꝫ quia habent ius in re poſſidet ⁊ colligit fructus que omnia mi
litant ſiue ſit magnus canon ſiue paruus.tertio eſt contra rationẽ
tex.in.l.j.C.de anno.⁊ trib.lib.x.ibi qui fructus percipit ⁊ ſupplet
glo.⁊ non qui penſionem recipit ⁊ contra rationem text.in.l.neq;.
ff.de impen.in reb.dotal.fact.vbi dicit tex.ꝙ eſt onus fructuũ.nec
4 dicatur qḋ vbi nõ ſoluitur canon:quia † vt notorium eſt onera ma
trimonii tranſcẽdunt redditus bonorum dotalium.Hec ſunt que
inuenio in hoc dubio dicta per alios:quibus bene conſideratis mi
hi magis placet pars negatiua quam probabo multis mediis.

Primo per vnam rationem quã adduxit Bar.
ſed ego aliter deduco.⁊ eſt vna
maxima in materia onerũ,vꝫ qḋ nullus debet duplici onere gra
uari:ſed emphyteuta eccleſie poteſt collectari a domino eccleſiaſti-
co.ergo non poteſt a domino temporali:quia ſic ſubiret duplicem
collectam ⁊ duplex onus.concluſio manifeſta eſt,nec maior negari
poteſt:quia eſt tex.in.d.l.honores ſubeunt.minor autẽ probatur
per.xi.fundamenta que adducit excellens doc.Barth.ſoci.in cõſi.
cxix.que non eſt viſum tranſcribere.pro qua optime facit. quia nõ
debet eſſe deterioris conditionis eccleſia ꝙ priuatus.l.ſunt perſo-
ne.cum vulg.ff.de reli.⁊ ſum.fune.ſed ſi non ſolueret emphyteuta
collectam impoſitã a dño eccleſiaſtico,opus eſſet vt ſolueret eccle
ſia que eſt directa domina cõtra.l.ii.C.de iu.emphy.l.obſiſtere.C.
de anno.⁊ tribu.lib.x.
5 Secundo probatur ſic.bona † eccleſiaſtica a domino temporali
collectari nõ poſſunt.maxime munere extraordinario, vt eſt colle
cta iſta cum ſint bona eccleſiaſtica,ergo collectari non poſſunt. con
cluſio de ſe patet.Maior probatur tam de iure diuino ⁊ canonico
ꝙ ciuili:vt habetur Geneſ.c.xlvii.⁊ eſdre.j.c.vii.⁊ in.c.non minus.
de immun.eccle.⁊ in.c.ꝙꝙ.de cenſi.lib.vi.⁊ in.l.placet.C.de ſac.ſan.
eccle.⁊ ibi per glo.⁊ doct.minor vero non indiget probatione cum
directum dominium ſit apud eccle.qḋ eſt magis dignum ꝙ vtile,
vt dicit Sali.in.d.l.ii.C.de iure emphy.
6 Tertio ſic collectans † non poteſt collectas exigere niſi de bo-
nis in quibus habet iuriſditionem,ſed cum iſta ſint bona eccleſia-
ſtica,laicus in his iuriſditionem non poteſt habere: ergo conclu-
ſio manifeſta eſt.maior probatur per notata per Bar.in.l.j.in pen.
col.C.de mul.⁊ in quo lo.li.xi.⁊ per Oldra.in quodam tractatu cir
ca materiam muneris in.iii.parte:ſequitur Soci.in cõſi.cxxix.per
iura per eos ibidem allegata.minor autem probatur per.c.ſi cleri-
cus laicum.⁊.c.verum.de fo.compe.⁊.c.ceterũ.de iud.⁊ tenet Ho
ſti.⁊ Jo.an.in.c.poſtulaſti.de fo.compe.contra Inno.ibi.⁊ Bal.in
l.ſi.in.ii.col.C.ſin.cen.vel reli.

Quarto deducitur ſic.vbicũq; non eſt obligatus
dominus ad collectas, ibi-
dem nec emphyteuta:quia emphyteuta obligatur reſpectu domi
ni ⁊ eius perſona inſpecta,⁊ nõ aliter. hanc conſequentiam probo
ſic:vbicũq; quis obligat principaliter non valet pactũ inter ipſum ⁊
alium vt talis qui principaliter obligat nõ teneat ad collectas ſed
7 teneatur alter.valet † autem pactum inter emphyteutam et dñm
vt emphyteuta non teneatur ad collectas ſed teneatur dominus:
ergo emphyteuta non obligatur principaliter:cõcluſio patet. ma
ior probatur in.l.ſi.C.ſine cen.vel reliq.minor probatur in.d.l.ii.C.
de iure emphy.⁊ ideo ponamus quod eſſet factum pactum inter
emphyteutam ⁊ dominum eccleſiaſticum ꝙ emphyteuta non te-

neatur ad collectaſ, emphyteuta non poſſet collectari per. d. l. ſi. nec dominus. quia perſona eccleſiaſtica: ergo lex eſſet impoſita verbis: et credo hanc eſſe rationē decidendi in. d. l. priuate. §. q emphyteuta fiſci non tenetur: quia fiſcus etiam non tenetur: et ideo ſi emphyteuta non obligatur principaliter, nec etiam ſecūdario: quia ſi obligaretur ſecundario, hoc eſſet quia dominus eſſet obligatus principaliter: et hoc manifeſte probatur in. d. l. ij. vbi dicitur qd emphyteuta tenetur dare apochas functionum publicarum domi-
8 no quia †ipſo non ſoluēte tenetur ſoluere dominus. et melius probatur in. l. obſiſtere. C. de anno. et trib. lib. x. ſm tertiam lectu. glo. n Bar. approbatam. et per hoc infero generaliter qd vbicunque dominus directe non tenetur, q nec ibi tenetur emphyteuta et regulam que habet quod poſſidens habens ius in re et percipiens fructus tenetur ad collectam: intelligo modo bona et pſona directi domini ipſorum bonorum ſint ſuppoſita iuriſdictioni collectātis, vt per ſupraſcripta probatum eſt. Non obſt. quedā ratio Iſer. qd debet in hoc inſpici perſona accipientis et non concedentis: quia ex pluribus oſtenditur falſa: debet enim inſpici cauſa et perſona magis digna. c. quod in dubiis. de conſecra. eccle. vel alta. Item quia idem iudicium facimus de re coherenti rei eccleſiaſtice, quod de ipſa re eccleſiaſtica. l. qui religioſis. et ibi Bald. in ſummario. de rei vendi. et eſt text. not. in. c. quanto. de iudi. vbi in terminis noſtris dicit. Panor
cleſiaſticorum plenaria diſpoſitio ad Romanũ pertinet pontificẽ.
de preben. c. ij. lib. vj. romanus enim pontifex retinet in eccleſia po
teſtatem: ad eum tantum ſolum pertinet vnire eccleſias cathedra-
les. ne ſe. vac. nouit. xvj. q. j. felix. xvij. q. j. mutationes. de exceſ. pre-
la. ſicut vnire. non ob. de maio. et obe. cum inferior. quia ibi loqui-
2 tur quando pape autoritas interuenit. Et nota quod † papa eccle
ſias diœceſano ſubiectas vnit ſine cõſenſu capituli cathedralis ec-
cleſie. no. Jo. de exceſ. prela. ſicut vnire, ⁊ ſubdit ibi Hoſt. ⁊ Jo. ꝙ ca
ſus reſeruatos ſoli pape nõ ſolent expediri ſine cõſenſu cardinaliũ.
⁊ ſubdit ibidẽ ꝙ licet ex poteſtate abſoluta poſſit papa facere ea ꝗ
ſunt reſeruata pape ſine cõſilio vel cõſenſu cardinalium, tamẽ illud
non põt de poteſtate ordinata. de his que fi. a prel. c. quãto. Et no-
ta qꝺ per vnionẽ quã facit papa nõ preiudicat diœceſano quo ad
iura epalia, vt eſt caſus de religio. do. qꝛ ad monaſteriũ. ⁊ ibi per gl.

Nunc veniamus ad legatum de

latere, ⁊ hoc ordine prodamus per infraſcriptas queſtiones. Pri-
mo queritur an autoritate legati de latere poſſit fieri vnio eccleſia-
rum pertinentium ad collationem prelati diœceſani, vel inferio-
rum prelati exiſtentis in legatione ſua. dicunt quidam quod non: quia
3 † non habent poteſtatem auferendi ius vnius eccleſie dando alte-
ri eccleſie. de confir. vti. c. ſi. Sed per vnionem derogatur iuri ordi-
narij collatoris ⁊ eccleſie. que vniendo ſubijcit. ſolius enim princi-
pis eſt aliquem priuare ſuo iure vel alteri preiudicare. de reli. do. c.
conſtitutus. ⁊ c. vlti. de confir. vti. immo plus quod papa faciendo
vnionem non vult alicui preiudicare, nec ius alterius abſorbere. de
relig. do. c. ij. per qꝺ capitulum ſcḋm glo. in eo. c. poſſet dici ꝙ haben
tem ſimplices etiam capellas non poſſet vnire. ſed per ritus vnio-
nem aufertur ius cõferendi ordinario loci. quia non conceduntur
legato iura aliena in perpetuum preiu diciũ turbare, licet poſſit be
neficia non collata vacantia quandoqꝫ conferre. de offic. lega. c. j. li-
bro ſexto. legatus. dicas quod poteſt in hoc vt autor autorum: quia
legatus ordinariam habet in prouincia ſibi decreta. de offi. leg. c. ij.
lib. vj. ſicut diœceſanus. cum ergo autoritate diœceſa. poſſit fieri. de
exceſ. prela. ſicut vnire. de ſtatu mo. ne in agro. §. ad hoc. ergo ⁊ au-
toritate legati, ⁊ hoc tenet Specu. in titu. de lega. §. nunc oſtenden
dum. ver. conuerto. idem ⁊ Joan. an. in additio. ⁊ idem tenet Joã.
4 de lig. qui etiam ſubdit ꝙ † rector eccleſie poteſt alienare bona ec-
cleſie autoritate legati, etiam ſine autoritate epiſcopi. quidam ta-
men dicebant in dicto. c. vlti. de confir. vti. ꝙ legatus non põt vnã
eccleſiam alteri vnire niſi illa vnio cõfirmetur per papã ex certa ſciẽ
tia, quo caſu tenet vnio, ⁊ illa vnio cenſetur confirmata ſine preiu-
dicio diœceſani. hoc tamen operatur confirmatio ex certa ſcientia
qꝺ papa cenſetur ſupplere defectum ſiquis eſſet, vt dicit Hoſti. in
d. c. ſi. de confir. vtili. ⁊ predicta intelligũtur vt ibi declarabo p que-
ſtiones infraſcriptas. Secundo quero an beneficia deuoluta ad pa
pam ex concilio Lateraň. de quo in. c. nulla. de conceſ. prebẽ. poſſit
legatus vnire: qꝛ ⁊ ille poteſt conferre in titulum. de preben. c. pe. ⁊
5 no. de offi. deleg. c. j. lib. vj. Tertio queritur an † legatus poſſit vni-
re beneficia vacantia in curia. videtur ꝙ non: quia illorum benefi-
ciorum collatio pertinet ad ſolum papam. de preben. c. ij. lib. vj. et
c. preſenti. cle. j. vt lite penden. Item quia per vnionem preiudica-
retur iuri pape, ad quem ſpectat collatio bonorum vacantium in
curia. Nam beneficium vnitum non cenſetur. de exceſ. prela. cle. fre
quens. ver. quidem. In cõtrarium videtur ꝙ poſſit vnire: quia pa-
pa reſeruat ſibi ſoli collationem bonorum ſic vacantium, vt dictis
iuribus preallegatis. non autẽ reſeruat ſibi tãtum vnionem papa.
Aliud eſt vnire bona: quia per hoc tranſit proprietas in eccleſiam
cui fit vnio, ſed per collationem beneficij ſolus titulus queritur in
beneficijs. vt regula. j. li. vj. preterea papa licet reſeruet ſibi collatio
nem beneficiorum vacantium in curia, non intendit preiudicare le
gato de latere quoad ius vniendi quod competit legato ex quo id
non exprimit. de offi. deleg. ſuper eo.

6 # Preterea ex † duab⁹ ſeruitutibus

vna ſublata, altera remanet. ff. de ſeruit. vr. pre. ſi domus. de priui. c.
paſtoralis. remanet ergo legato ius vniendi ex quo papa illud ius
non tollit legato. ⁊ idcirco tenendum de iure. Quarto queritur an
legatus poſſit vnire beneficia que papa ſibi reſeruauit ſpecialiter.
videtur ꝙ non per rationes quas ſupra poſui. ſ. de beneficijs iam
vacantibus in curia. In contrarium videtur ꝙ poſſit illa vnire per
rationes quas poſui ſupra in queſtione de beneficijs vacãtibus in
curia. dicas ꝙ conſiderari debet mens reſeruatoris. Nam quando-
qꝫ papa reſeruat ſibi ſolum collationem beneficij, ⁊ tũc legatus po-
teſt illa reſeruata vnire ſicut ⁊ poſſet vacantia in curia per rationes
quas. ſ. poſui in precedenti. q. quãqꝫ ſibi reſeruat non ſolũ ſue colla-
tioni ſed puiſioni, diſpõni ⁊ ordinationi: tũc legatus talia ſic reſer
uata non poſſet vnire: quia iſta verba ordinare, diſpenſare ⁊ diſpo
nere includũt vnionẽ. caſus eſt de exceſ. prela. ſicut vnire. vbi deor-
dinari ſumitur pro vnione. ita tenet Joã. de lig. in. c. ſicut vnire. de
7 exceſ. prela. per verba adiecta in eo. qꝺ papa † facit debet aliqd ope
rari. de priuile. ſi papa. lib. vj. Sed ſi verbum ordinare poneretur ſo
lum pro collatione beneficij ex quo papa exprimit de collatione,
nihil operatur verbum ordinare adiectũ a papa. preterea ille qui
prohibet cõferre beneficium in titulum non prohibetur beneficiũ
illud vnire, vnde videmus ꝙ ſi ordinarius conferat beneficiũ alicui
abſenti antequã ille acceptet, non poteſt epiſcopus alteri conferre ⁊
poſſet illud vnire. de prebẽ. ſi tibi abſenti. in glo. ſed nunquid p illã
decre. ſi tibi. coniuncta glo. videtur per hoc papa ſibi reſeruare be-
neficium ſue collationi ⁊ ordinationi tamen poſſet fieri vnio: ⁊ ſic
verbum ordinare importare videtur qꝺ verbum conferre, ergo nõ
impedit vnio bñficij. eſto ꝙ papa a dñciat illud verbũ ſue ordinatio
ni ⁊ ecõtra. dicebat Abb. de offi. leg. c. pe. lib. vj. ꝙ legatus non põt
vnire bñficia que papa ſibi reſeruat.

8 # Quinto queritur

† an legat⁹ poſſit vnire benefi-
cia exẽpta. videtur ꝙ non: qꝛ ſo
lus papa eſt diœceſanus bñficiorum exẽptorum. de priuil. autorita
te. lib. vj. dicebat Jo. de lig. c. nouit. ne ſede vac. verſi. ſi inferiores. ꝙ
quando eccleſia eſt exempta ⁊ immediate ſubiecta pape: ꝙ tunc le-
gatus non põt illam vnire: qꝛ etiã ipſe reputat diœceſanus locorũ
⁊ perſonarum exẽptarum. de verb. ſigni. veniẽs. in princi. lib. vj. de
offic. leg. c. j. ⁊ c. qꝺ tranſlationem. hinc eſt ꝙ legatus de latere trã-
fert prelatos exẽptos ad aliam eccleſiam: ⁊ cõfirmat tranſlationes ⁊
electiones factas de plãtis exẽptis. de elec. c. ſi abbatem. lib. vj. hinc
eſt ꝙ legatus de latere põt concedere licẽtiam ꝙ in locis exemptis
fiant oratoria ⁊ capelle, eſto ꝙ papa dicat id fieri non poſſe ſine licẽ
tia ſpeciali ſedis apoſtolice, vt. d. c. autoritate. lib. vj. de priuileg. in
gloſ. ſuper verbo, ſedis apoſtolice. licet ergo papa aliquid ſpeciale
ſibi reſeruet: tamẽ in talibus reſeruatis pape legatus de latere ha-
bet poteſtatem, vt ibi dicit glo. ad idem qꝺ not. gl. in. d. c. ſi abbate.
⁊ facit qꝺ no. glo. ſup verbo ſubiectio. in. c. cupientes. de elec. lib. vj.
dicebat Abb. de ſtatu mona. in cle. ne in agro. §. ad hec. ſup verbo
locorum. ꝙ ad conſultationem ipſius abbatis qui fuit diſcipulus
9 Jo. an. dñs Jo. reſpõdit in hec verba: vcʒ ꝙ † pro vniõe prioratuũ
exẽptorũ recurri debet ad papã. ad hec. c. autoritate. de priuil. li. vj.
de vbo. ſigni. veniẽs. de tẽpo. ord. cum nullus. §. vlti. lib. vj. ſed hoc
videtur verũ in vnione locorum ab inferiore faciẽda. ⁊ que ſubſunt
pape immediate, ſecus ſi ſubſunt alijs: qꝛ tũc illius cõſenſus cui ſub-
ſunt ſufficit, nec requiritur pape licentia. poteſt etiam epiſcopus
in eccl̃ia ſibi ſubiecta in qua habet abbas exẽptionẽ. in ſtitutionẽ ⁊
deſtitutionẽ rectoris ipſi monaſterio exempto vnire. ad hoc quod
metus cauſa. cum dilectus. in fin. glo. de priuil. tuarum. de reſtitu.
ſpoli. olim cauſam. ⁊ qꝺ ibi not. per Ber, Innocen. ⁊ Hoſti. de do-
na. inter dilectos. ⁊ idem tenet Joan. de lig. in. d. §. ad hoc. ſuper
verbo, per locorum.

Sed queritur an legatus

ſedis apoſtoli-
ce eccleſiam ſibi
ſubiectam ex iure legationis poſſit vnire eccleſie exempte immedia-
te romano põtifici. videtur ꝙ ſic, per ea que dicit Abb. in. d. §. hoc.
10 vbi dicit ꝙ † epiſcopus eccleſiam ſibi ſubiectam põt vnire monaſte
rio exempto: eſto ꝙ Abbas habeat in illa eccleſia inſtitutionem et
deſtitutionẽ. Preterea quo ad poteſtatẽ vniendi cõſideramus an
eccleſia vnita ſit ſubiecta prelato vnienti. de exceſ. prela. ſicut vnire.
Preterea hoc probatur p ea que dicit ſupra Joan. an. vbi dicit qꝺ
in vnione locorum exẽptorum ad inuicẽ requiritur licẽtia abbatis:
quaſi vult dicere ꝙ requiratur non ſolum eccleſiam que vnitur eſſe
exẽptam: ſed etiam eccleſiam cui ſit vnio eſſe exemptam, ⁊ hoc vult
illud verbum ad inuicẽ dicẽdum videtur de iure qꝺ legatus eccleſiã
ſibi ſubiectam iure legationis non poſſit vnire eccleſie exẽpte ⁊ im-
mediate ſubiecte romano pontifici, quod probo p hanc rationem
in vnione eccleſiarum requiritur eccleſie cognitio. que reſpicit nõ
ſolum eccleſiam vnitam ſed etiam eccleſiã cui fit vnio. Sed an ſubſit
cauſa legitima reſpectu eccleſie cui fit vnio, non poteſt legatus co-
gnoſcere ſed ſolus papa. per hanc rationem dicendum eſt quod
legatus eccleſiam ſibi ſubiectam non poteſt vnire eccleſie que eſt
extra prouinciam legationis, ex hac autem ratione dico quod epi-
ſcopus eccleſiam ſibi ſubiectam non poſſet vnire eccleſie exempte,
nec etiam eccleſie que eſt extra ſuam diœceſim. nam in hac vnione
requiritur quod vtraqꝫ eccleſia ſit epiſcopo ſubiecta. de exceſſi. pre-
lato. ſicut vnire.

11 # Sexto queritur

† an legatus poſſit vnire eccleſias
collegiatas. videtur ꝙ nõ. de offi.
le. c. pe. lib. vj. vbi legatus nõ põt ordinare eccleſias collegiatas nec
illas cõferre, nec de eis prouidere, nec diſponere de eis, nec de ipſis
ordinandis conferẽdis vel diſponẽdis aliquatenus ſe intromittat
nec aliquid facere, quominus illi ad quos pertinet eligere vel po-
ſtulare libere valeat cum vacabunt. Illud autem verbum ordinare
ſumitur etiam pro vnione. ne ſe. vac. c. nouit. de prebẽ. ſi tibi abſen-
ti. lib. vj. de religi. do. quia monaſterium. de exceſ. prela. ſicut vnire,
Quandoqꝫ verbum ordinare ſumitur pro electione ⁊ cõfirmatione,
de elec.

de elec.ſi eo tpe.ſz et in dicto.c.pe.reſtringitur.de offi.lega.lib.vi.ſi
gnificatio illorũ verborũ ſolum ad actum collationis ſed etiam ad
actum vnionis.nã vt pꝫ in.d.c.pe.conferre.ordinare, prouidere,
diſponere ⁊ intromittere ponũtur vt diuerſa,⁊ ſic impedit nõ ſolũ
collatio, ſed etiã vnio.⁊ ita tꝫ Fede.de ſenis in cõſilijs ſuis.cxc.vbi
etiã dicit ꝙ lꝫ legatus non põt alterare collationẽ,conſtituere,de
regulare collegium quod erat ſeculare,nec collegiũ deſtruere vniẽ
do eccleſiam collegiatã.ibi etiã ſubdit ꝙ legatus in ditis canonicis
non põt autoritatem preſtare plebanis volentibus permutare ip
12 ſas eccleſias collegiatas:quia † qui non põt conferre nec autoritatẽ
vnioni preſtare.facit qꝺ no. Jo.an.in cle.ij.de regulari.in glo.ꝙ cõ
ſtitutã.ſubdit enim ibi Fede.ꝙ ſi epũs haberet collationẽ ibi in eccle
ſia collegiata.nõ poſſet illam cõferre legatus,vt no. Joã.an.⁊ Ar
chi.de offi.leg.c.iiij.lib.vj.ibi etiam ſubdit ꝙ legatus etiã de cõſen
ſu epi non poſſet vnire eccleſias collegiatas.ibi etiã ſubdit ꝙ epũs ſi
ne cõſenſu ſui capituli non põt alienare bona pertinẽtia ad ſuã mẽ
ſam etiã autoritate legati,lꝫ epũs de ſui capituli licẽtia id poſſit. xij.q.
ij.ſine.ab.in.d.c.pe.de offi.le.lib.vj.dicebat ꝙ legatus de latere ⁊ ſi
nõ poſſet diſponere de eccl'ia collegiata per viam collationis:tamẽ
põt diſponere per viã vnionis.opi.Fede.eſt verior,⁊ hoc clare pro
baſ per illã decre.dũ dicit tex.nec de ipſis ordinandis conferendis
vel diſponendis ſe aliquatenus intromittant:cõſtat aũt ꝙ vniẽ
do ſe intromittit,⁊ eccleſiam ordinat per talem vnionẽ. Septimo
13 queritur an † legatus poſſit vnire eccleſias regulares.rñdeo qꝛ de
cre.deliberatione de offi.leg.li.vj.etiã de regularibus eccleſijs loq
tur. Octauo queritur an poſſit vnire dignitatem eccleſiarũ cathe
draliũ ad quas hi qui pficiunſ eiſdem maiores eccleſiarꝫ earum
poſt epõs exiſtant,⁊ qui habent per viam electionis aſſumi rñdeo
non.ſic ergo poteſtas legatorũ eccleſias non ſolum quo ad actũ col
lationis,ſed etiam vnionis circa eccleſias de quibus loquitur dicta
decre.deliberatione que loquiſ de eccleſijs cathedralibus. Idẽ de
eccleſijs regularibꝰ.idem de eccleſijs collegiatis.itẽ de dignitatibꝰ
que ſunt in eccleſijs cathedralibus quibus prouidetur per viã ele
ctionis:et quãdo tales promoti ſunt in capitulo poſt epiſcopum
eſt reſtricta.

Nono queritur an legatꝰ poſſit vnire dignitates que ſunt in eccleſia cathedrali ma
iores poſt epõs quibus pꝫuideſ per viã collationis.vř ꝙ ſic. qꝛ de
cre.illa deliberatione.loquiſ de dignitatibus ad quas quis aſſumi
tur per viam electionis nõ collationis.inter collationẽ ⁊ electionẽ
differentia eſt.de preben.cum in illis.lib.vj. Decimo queritur an
14 legatꝰ † poſſit vnire dignitates que ſunt in eccleſia cathedrali, nõ
tamen ſunt maiores poſt epõs.rñdeo põt vnire:qꝛ decre.delibera
tione ſolum loquitur qñ ille dignitates ſunt maiores poſt epiſco
pum. Undecimo queritur an legatꝰ poſſit vnire eccleſiã habentem
patronũ.rñdeo aut eſt patronus eccleſiaſticus ⁊ illam põt vnire:qꝛ
poteſt etiã conferre inuito patrono. de hoc in.c.dilectus.de offic.
leg.de preben.c.dilectus.de iurepa.c.cum dilectus.aut patronus
eſt laicus:⁊ tũc poteſt etiã legatus illam vnire,licet enim nõ poſſet
illam cõferre inuito patrono.vt.d.c.cum dilectus.tamẽ talis eccle
ſia ſubeſt legato:vt dicit glo.in.d.c.dilectus.de offi.leg.⁊ in preallegato.c.cũ dilectus. Preterea eadẽ eſt autoritas ⁊ poteſtas ⁊ iuriſ
15 ditio legati † quo ad beneficia cõſtituta in pꝛouincia ſibi decreta que
epĩs eſt in bñficijs ſue dioceſis:quia vtraqꝫ eſt ordinaria poteſtas.
de offi.leg.c.i.lib.vj. Sed epũs poſſet vnire tales eccleſias hñtes pa
tronũ,ergo ⁊ legatꝰ id poterit:ſimiliter ſi eccleſia haberet duos pa
tronos quorum vnus eſſet clericus alter laicus, poſſet legatꝰ vni
re talem eccleſiã:qꝛ etiã iſto caſu poſſet cõfirmare inuitis patronis,
⁊ hoc vltimo de tali collatione ponebat Fede.in conſilio ſuo.lxiij.
Concludamus ergo ꝙ ſiue eccleſia pertineat ad patronũ clericũ
ſiue ad patronũ laicum ſiue ad duos patronos:quorum vnus eſt
clericus,alter laicus,ꝙ legatus poſſit illam vnire:fateor tamẽ ꝙ il
la vnio deberet fieri de cõſenſu patronorũ,vt dicam infra quinto.
c.principali.vbi tractabo quorũ ꝯſenſus requiraſ in vnione. Duo
16 decimo queritur an † legatus poſſit vnire hoſpitalia. hoc declara
bo per infraſcriptas queſtiones.

Primo queritur an legatus poſſit vnire hoſpita le qꝺ nõ eſt cõſtructũ autoritate
epi.reſpondeo nõ poteſt vnire:qꝛ tale hoſpitale eſt in dominio fun
datoris hoſpitalis,⁊ ideo talis fundator põt illud autoritate pro
pria cõſtruere ⁊ deſtruere.de reli.do.cle.quia cõtingit.in glo. mag.
cenſetur talis locus potius profanus ꝙ religioſus.de reli.do.c.iij.
Secundo queritur ſi hoſpitale eſt conſtructum autoritate dioceſa
ni,an legatus poſſit illud vnire:qꝛ non põt illud conferre.eſt enim
poteſtas legati reſtricta vt hoſpitalia cõferre non poſſit, ergo nec
vnire de preben.cle.per literas in gloſ.qꝺ non repetit ⁊c. preterea
illa cle.intelligitur de hoſpitali cõſtructo autoritate epiſcopi, qꝺ
patet:quia ibi illud hoſpitale habebat ſub ſe eccleſias,capellas,de
cimas et iura ſpiritualia, que iura non poſſent accedere hoſpitali
non conſtructo autoritate dioceſani. Tertio queritur an legatus
poſſit vnire hoſpitalia que ſolent clericis in beneficijs aſſignari in
duobus caſibus in quibus loquitur cle.quia contingit.§.vt a dic.
ver.niſi in illorum fundatione.dicit Jo.in dicta cle.p lrãs.in gl.in
ver.prouideri.quod legatus nõ poteſt illa conferre.quia cle.p lite
ras.generaliter loquitur non diſtincte an ſoleant in beneficijs con
17 ferri,vel non. Quarto queritur ſi hoſpitale † et eccleſia ſint vnita
an poterit legatus tale hoſpitale vnire alteri eccleſie vel loco reli
gioſo,reſpondeo ꝙ aut hoſpitale eſt principale cui accedit eccleſia
⁊ tunc legatus non poteſt illud vnire.ſi vero conuertas ꝙ eccleſia
ſit principalis hñs annexum hoſpitale,tunc poſſet vnire illam ec
cleſiam,⁊ iure acceſſorũ ſub vnione que ſit de eccleſia vniet illud ho
ſpitale ſicut annexũ qꝺ principaliter nõ veniret,facit de preben. ſu
per eo.li.vj.in regula acceſſoriũ.facit optime qꝺ no.glo.in dicta cle.
per literas.ver.eccleſias.ver.aduerte.

Quinto queritur ſi hoſpitale et eccleſia ſunt vni ta.et dubitatur an hoſpitale ſit vnitum eccleſie an eccleſia ſit vni
ta hoſpitali,⁊ ſic dubitatur an eccleſia accedat hoſpitali,vel econ
tra:an poterit vnire illam eccleſiam ⁊ hoſpitale alicui loco religio
ſo.reſpondeo ſi apparet poſſeſſio ⁊ donatio per quam poſſumꝰ al
teram preeligere illud ſequitur.de preben.cum de beneficio.lib.vi.
vnde ſi principaliter ille locus vnitus hoſpitali,tunc eccleſia cenſe
tur tanꝙ acceſſoria ad hoſpitale:⁊ ſic non tenet vnio. Si autem ille
locus denominaretur ab eccleſia,tunc hoſpitale cenſeſ tanꝙ acceſ
ſorium ad eccleſiam,⁊ ideo tenet vnio que fieret de eccleſia alteri lo
co,⁊ vnita eccleſia tranſit hoſpitale tanꝙ accedens ad eccleſiam.fa
cit optime quod no.glo.in dicta cle.per literas.in.d.ver.adijcitur.
18 Sexto † queritur ſi eccleſia ⁊ hoſpitale ſit vnitum nec apparet poſ
ſeſſio vel donatio,an iſto caſu poterit legatus vnire iſtam eccleſiam,
⁊ hoſpitale alteri loco religioſo.reſpondeo nõ poteſt vnire. cõſtat
enim de hoſpitali nec cunſtat quod illud accedat eccleſie. Nã ſi ho
ſpitale ⁊ eccleſia ſunt annexa,ita qꝺ neutrum ſit principale:tũc nõ
preſumitur ꝙ ex illo accedat alteri ⁊ ideo legatus nõ poſſet vnire
talem eccleſiam ⁊ hoſpitale alteri loco religioſo. Et ideo in tali caſu
incũberet probatio eccleſie cui facta eſt vnio.⁊ facit qꝺ not.gloſ.in
d.cle.per literas. Septimo queritur ſi ſit aliqua eccleſia exempta et
hoſpitale inuicem vnitum cum eccleſia an eandem eccleſiam poſ
ſit legatus vnire alicui loco religioſo.reſpondeo ſi hoſpitale ſit vni
tum eccleſie exempte,tunc procedit vnio.ratio eſt,quia eccleſiã exẽ
ptã legatus poteſt vnire vt ſuperius dixi ⁊ conſideramus eccleſiam
ꝙ ſit principale.dic vt.ſ.proxi.q.que in iſta.q.repetita intelligan
19 tur.dicas qꝺ tenendo opi.Jo.de lig.⁊ abbatis,ꝙ † legatꝰ nõ poſ
ſit vnire eccleſias exẽptas.vt.ſ.dixi:nec etiam hoſpitale poſſet vni
re.vt.d.cle.per literas.qꝛ non procedit vnio ſi hoſpitale accedat ec
cleſie exempte,ſiue eccleſia exẽpta accedat hoſpitali,ſiue dubitat
an eccleſia accedat hoſpitali vel ecõtra, qꝺ autem legatus nõ poſ
ſit vnire hoſpitalia.videſ caſus in cle.quia cõtingit.de reli.do.vbi di
cit tex.legando hoſpitalibus ea que ad certũ vſum largitione deſti
nata fideliũ ad illuꝫ vſum.⁊ nõ ad aliũ ſalua quidẽ apoſtolice ſedis
autoritate cunuerti. Sed de vnione que fieret de hoſpitali alteri fie
ret conuẽtio ad alium vſum.⁊ idem Joan.and.⁊ hoc dictum podit
Federi.in conſilio.cexe.

Expedito de vnione eccleſiarum autoritate le gati videamus de vnio
20 ne ſẽda autoritate metropolitani. Et hic queritur an † metropo
litanus poſſit vnire beneficia pertinentia ad collationeꝫ ſui ſuffra
ganei.reſpondeo non põt vnire ſine conſenſu ſui ſuffraganei.caſus
eſt de exceſ.prela.ſicut vnire. Secũdo queritur an metropolitanus
vacãte eccleſia cathedrali poſſit illã vnire alteri eccleſie cathedrali.
dicebat Archi.in.d.c.⁊ tẽporis.⁊ Hoſ.in.d.c.cum inferior. de ma.
⁊ ob.ꝙ metropolitanus id poterit de conſenſu capituli cathedra
lis eccleſie vacantis:dicas id non poſſe fieri ſine pape licẽtia, vt eſt
expreſſum in.d.c.ſicut vnire,⁊.d.c.⁊ tẽporis.de tranſla.ꝙ trãſlatio.
de offi.le.quod tranſlationẽ. nõ obſtat.c.cum inferior.quia ibi illud
proceſſit de pape licentia, vt ibi dicit glo.

¶ Expedito de vnione eccleſiarum autoritate metropolitani vi
deamus de vnione eccleſiarum autoritate dioceſani,⁊ hunc artic
lum declarabo per infraſcriptas queſtiões.premitto tñ primo qꝺ
21 † de iuriſditione ⁊ iure epali eſt vnire eccleſias ſue dioceſis de ex
ceſſibus prela.ſicut vnire.de ſta.mo.ne in agro.§.ad hoc.xxj.q.i.re
latio. Nam in poteſtate epiſcopi eſt qualiter eccleſie conſiſtere de
bent.lxx.diſtin.ſanctorum.x.q.i.decre.⁊.c.regenda.non enim po
teſt fieri vnio ſine autoritate dioceſani.facit quod no.in.c.cum dile
ctus,qꝺ me.cauſa.ſtatus tamen eccleſie non poteſt mutari ſine au
toritate epiſcopi,vt dicit Jo.de dona.inter dilectos.ſuper gloſ.ſꝫ
qualiter. Incidẽter queritur ſi epiſcopus tali vnioni non vult con
ſentire cum ageretur vt nil ſibi detraheretur,reſpondeo per ſupe
riorem compellitur ar.de iurepa.c.iolitus.viij.qꝺ.iij. Artaldus.ix.
q.ij.nunc vero.⁊ ita dicit Archi.in dicto.c.⁊ temporis.dicas qꝺ ad
id epiſcopus compelli non poteſt niſi per ſolum papam.⁊ ita intel
ligatur.c.nullius.de iur.pa.⁊ facit qꝺ nota.gloſ.de elect.ſi religio
22 ſus.lib.vj.no deſt generale.qꝺ locorum † vnio debet fieri per ordi

narios locorum, vt in. d. §. ad hoc. ⁊ ordinarij locorum dicũtur epi
ſcopi eorum ſuperiores ad quos de iure cõmuni hoc pertinet. facit de
exceſ. prela. ſicut vnire. de reb. eccl. cle. ſi vna. vel per alia ex priuile.
vel conſuetudine preſcripta. de preſcrip. auditis. de exceſ. prela. ac
cedentibus. ⁊ ita dicit Abbas in. d. §. ad hoc. ſuper verbo ordina
rios. hoc premiſſo,

Primo queritur an epiſcopus poſſit vnire
eccleſias quorum collatio deuoluta eſt ad papam ex conſilio latera
neñ. propter negligentiam ordinarij collatoris, de quo cõſilio habe
tur mentio in. c. nulla. de conceſ. preben. videtur φ non poſſit vni
re: quia per vnionem derogatur iuri pape qui nõ poſſet cõferre ec
cleſiam vnitam: quia per vnionem nõ cenſetur amplius vacare. de
exceſ. prela. cle. frequens. ver. quidam etiam. In contrarium videt
qđ poſſit vnire: quia per negligentiam ordinarij collatoris deuol
23 uitur ad papam ius † conferendi tantum. de ſup. neg. prela. c. ij. ⁊
c. literas. ⁊. c. ſi. non autem tollitur ordinaria poteſtas que cõpetit
dioceſano in vnione eccleſiarum. Item ſublato vno iure nõ intelli
gitur ſublatum aliud ius quod non dependet a primo iure ſubla
to. de priuil. c. paſtoralis. de ſeruitu. vrba. predi. l. ſi domo. Secũdo
queritur an epiſcopus poſſit vnire beneficia vacantia in curia. non
videtur: quia per vnionem derogatur iuri pape. de prebẽ. c. ij. ⁊. iij.
lib. vj. non autem tollitur ordinario ius vniẽdi talia beneficia. Itẽ
quia ius cõmune non diſponit de iure vniendi, nec illud abdicat
a dioceſano, ergo preſeruetur ius illud ſibi vniendi. Itẽ quia ſub
lato vno iure remanet aliud ius non dependens a primo iure ex
quo vtrũq ius habet ſe vt eque principale. facit in ratione ſui. ff. de
24 fideiuſ. l. generaliter. Tertio queritur an † epiſcopus poſſit vnire
beneficia que papa ſibi reſeruauit. Reſpondeo attenditur modus
reſeruationis. nam aut papa ſibi reſeruat collationem, ⁊ poteſt il
lam vnire: aut reſeruat ſibi collationem ⁊ ordinationem ⁊ diſpoſi
tionem, ⁊ tunc non poteſt illam vnire vt dixi. ſ. de autoritate lega
ti in qua queſtione dicebat Io. de lig. in. d. c. ſicut vnire. qđ quidã
dicebant quod poteſt vnire ſi per illam vnionẽ nõ preiudicatur
pape quin illud poſſit conferre: ſed ibi dicit φ aut papa ſibi reſer
nat ſolum collationem, ⁊ tunc epiſcopus poteſt illud vnire. Si au
tem reſeruat ſibi collationem ⁊ ordinationem eccleſie, tunc iſto ca
ſu non poteſt illud vnire. facit de elec. ſi ro tempore li. vj. Eſt tamẽ
differentia inter cõferre ⁊ ordinare. de preben. cũ illis. li. vj.

25 **Quarto queritur an** † epiſcopus poſſit vnire
beneficia exẽpta ⁊ imme
diate ſubiecta pape. reſpondeo non: quia vnio debet fieri per dio
ceſanũ, vt. d. c. ſicut vnire. ſed papa proprie eſt dioceſanus eccleſia
rum exemptarum. de priuileg. c. autoritate. lib. vj. Item dioceſanus
habet poteſtatem vniendi eccleſias ſibi ſubiectas: vt. d. c. ſicut vni
re. vnde dicit ibi glo. ſuper verbo, in tuis. φ ſi ambe eccleſie ſint exẽ
pte ſiue altera tantũ, non poteſt epiſcopus illas vnire. ⁊ idẽ tenet
Io. in. d. c. ſicut vnire.

26 **Quinto** queritur an epiſcopus † poſſit vnire duas eccle
ſias diuerſorũ ordinum ⁊ diuerſarum profeſſio
nũ, et diuerſorum habituum quo ad illos religioſos, ita qđ vtraq
dictarum eccleſiarum remaneat ſalua ſua priuilegia ⁊ bona, et ha
beant vnicum prelatum ad regimẽ vtriuſq eccleſie. videtur enĩ qđ
non. tunc enim eſſet dare qđ vna ex illis eccleſijs eligeret in prelatũ
illum qui non eſſet illius profeſſionis cuius ſunt eligentes. reſpon
deo qđ licet remaneant vtriq eccleſie priuilegia ſalua, ⁊ ſic diuerſi
tas habituum ⁊ profeſſionum, ita quod non fiat bonorum confu
ſio nec vtriuſq monaſterij monachorum vnio non poſſet tunc vnire
talia monaſteria. quia contingeret eligi vnam alterius profeſſio
nis ⁊ habitus, quod eſt contra cle. j. de elec. ⁊ ibi etiam de hoc p do
minũ Io. de lig. in dicto. c. ſicut vnire. quod tunc epiſcopus nõ po
teſt vnire obſtante. d. cle. j. de elec. ſed ſi fiat vnio confuſiua de mona
chis vnius monaſterij, ſic ⁊ monaſterium alterius monaſterij que
vniuntur tunc poteſt vnire. ⁊ ita tenet Pau. in. d. cle. j. de elec. ⁊ ibi
Io. de lig. dicebat Hoſtiẽ. in. c. olim. j. de reſtitu. ſpo. quod religioſi
alterius ordinis non poſſunt mutare regulam inſtitutam; in loco
vel habitum vel ſtatum antiquum illius loci vel alteri loco ſubijce
re ſine licentia et autoritate epiſcopi, nec epiſcopus debet talibus
conſentire ſine conſenſu ſui capituli. de ſup. neg. prela. c. ij. de con
ſue. cũ conſuetudinis. de his que fiunt a prela. nonit. ⁊ de reli. do.
c. inter quatuor. ⁊ ne cle. vel mona. c. relatum. hoc verum niſi fierent
autoritate pape. de ecc. edi. ad audientiam. ij. de cle. non reſi. frater
27 nitatis. de here. excommunicamus. §. quia vero. bene † tamen poſ
ſunt religioſi tráſire ad arctiorem religionem. de reli. licet, ⁊ ex quo
ad arctiorem religionem tranſeunt non poſſunt redire ad primũ
ordinem, quia non erat artior prout dicit Ioan. in dicto. c. olim. ſu
per gloſ. que incipit ponte vide quod no. gloſ. quod me. cauſa. cum
dilectus. ibi dicit gloſ. quod licet religioſi poſſunt tranſire ad artio
rem religionem, tamen eorum eccleſiam non poſſunt ſubijcere al
teri ordini incõſulto dioceſano. de exceſ. prela. ſicut vnire. Sed poſt
modum ſubdit ibi gloſ. qđ tales religioſi poſſunt in eorum preiudi
cium eorum eccleſiam ſubijcere etiam alteri ordini ſed non in preiu
dicium epiſcopale, ſed epiſcopus habebit ius epiſcopale ſicut con
ſueuit. de relig. do. quia monaſterium. finaliter dicit glo. φ ſubijce
re eccleſiam alteri ordini nõ pertinet ad illos religioſos ſed ad dio
ceſanum. dicit Hoſtien. in. d. c. cum dilectus. qđ religioſi tanq ſin
guli poſſunt tranſire ad artiorem religionem ſi remanentes in lo
co non poſſunt artiorem regulam profiteri nec ſe ⁊ locum ad aliũ
locum transferre ſine dioceſani conſenſu de ecc. edi. c. ad audiẽtiã.
de reb. eccle. non alie. c. poſſeſſiones. de reli. do. c. inter quatuor. co.
titu. c. vnico. lib. vj. requiritur etiam tunc omnium conſenſus po
28 teſt † etiam epiſcopus ratificare ſubiectionem factam per illos reli
gioſos de eorum eccleſia alteri ordini. de his que fi. a pre. c. iij. in ſi.
⁊c. etiam ibi Io. in dicto. c. cum dilectus. ſuper glo. j. in ſi. qđ ſi epi
ſcopus nollet conſentire tranſlationi fiende per illos religioſos
ad alium ordinẽ vbi ageretur qđ nullũ preiudicium fieret dioceſa
no, cogi poſſet per ſuperiorem. de iurepa. nobis. viij. qđ. iij. artab
dus. ix. q. iij. nunc vero.

Sexto queritur an epiſcopus poſſit vnire
prioratum regularem alteri prioratui regulari quando ambo ſunt
ſubiecti eidem monaſterio. reſpondeo vnire poteſt. caſus eſt in cle.
ne in agro. §. ad hoc de ſta. mo. iſto caſu rector monaſterij prioratus
qui vnitur ad clauſtrum reuocatur. vt in. d. §. ad hoc. Et notandũ
qđ poteſtas epiſcoporũ quo ad ius vniendi nõ reperitur reſtrictũ
niſi quo ad eccleſias cathedrales diuerſarum religionum profeſſio
num ⁊ habituum de quibus. ſ. dixi.

¶ Expedito de vnione fienda autoritate dioceſani videamus de
vnione fienda autoritate epiſcopali vacante ſede epiſcopali. Que
29 ritur ergo an † vacante ſede epiſcopali poſſit capitulum autorari
vnioni eccleſiarum ſubiectarum dioceſano. rñdeo ſic, dũmodo eiſ
debeat iuri epiſcopali. alias ſecus, quod no. Io. an. de ma. ⁊ obe. c.
vnico. lib. vj. ⁊ ita dicit Ioan. de lig. in. d. cle. ſi vna. §. ad hoc. ſuper
verbo, ordinario.

¶ Expedito de vnione fienda autoritate epiſcopali vacante ſede
epiſcopali videamus de vnione fienda ab inferiore ab epõ. ⁊ queri
tur an inferior ab epiſcopo poſſit vnire eccleſias: dicunt Innocen.
⁊ Io. de exceſ. pla. φ Abbas eccleſias etiã pleno iure ſibi ſubiectas
non poſſit vnire. ⁊ ita tenet glo. in. d. cle. ne in agro. §. ad hoc. et in
cle. ſi vna. de reb. ⁊c.

30 **Sed circa hoc queritur** † an abbates poſ
ſint pſcribere ius
vni in preiudicium dioceſani. dicebat Archi. in. c. cum ſingula. de
preben. lib. vj. qđ ſic. de exceſ. prela. accedentibus. allegat ad cõtra
rium. c. diſtin. contra morem. illud tenet ibi qđ poſſunt preſcribe
re. ſaltem contra prioratus ſimplices manuales non habẽtes curã
ſic poſſent vnire poſſeſſiones monaſterij quicunq aſſignantur ali
quibus pro eorum ſeruitio. facit de lega. j. quod in. §. ſi. de lega. ij. l.
gains. §. ſi. de ver. ſig. l. lacus. ⁊ facit quod no. de preben. tue. glo. di
cebat in. d. cle. ne in agro. ad hoc φ cum vnire ſit dignitatis ⁊ iuris
dictorum tẽporalis, ⁊ non ordinis qđ preſcribi poſſit, tamen cũ ti
tulo. niſi preſcriptio ſit talis cuius contrarij non extet memoria: φ
iſto caſu procederet preſcriptio ſine titulo. de pſcrip. c. j. lib. vj. ⁊ fa
cit quod no. Ioan. de preſcrip. c. auditis. ⁊ de priuil. accredentibus.
31 Notandum eſt circa predicta φ † religioſi beneficia ad eorum colla
tionem pertinentia ſuis menſis applicare non poſſunt: quia talis
vnio debet fieri per epiſcopum. de ſta. mo. ne in agro. §. ad hoc. ⁊ φ
dioceſani habent iuriſdictionẽ vel autoritatem nedum ſuper non
exemptis, ſed etiam ſuper exemptis qui eorum menſe vellent talia
beneficia applicare, vt in cle. vnica. de ſup. negl. prela. vide omnino
quod no. Ioan. de lig. in cle. ſi vna, ſuper verbo, decernimus. Sed
iuxta predicta queritur, quid ſi vna eccleſia ſit alteri vnita, an poſ
ſit preſcribi qđ illa eccleſia cenſeatur tanquã vnita, eſto φ nõ pro
betur de vnione. reſpõdeo, procedit preſcriptio: quia ſi põt preſcri
bi eccleſia vt proprietas. de preſcrip. auditis. ſic etiam poteſt pſcri
bi qđ vna eccleſia cenſeatur tanquã vnita. licet enim non poſſit pre
ſcribi eccleſia vt ſit tanquã in titulum: quia beneficium eccleſiaſticũ
ſine inſtitutione canonica ⁊c. vt in regula. j. de regu. iur. li. vj. tamẽ
poteſt preſcribi vt obtineatur tanq̃ proprietas. vt dicto. c. auditis
32 de preſcrip. per † actum enim vnionis non confertur eccleſia vt ti
tulus, ſed conceditur tanq̃ proprietas. ita dicit Io. de lig. in dicto
c. ſicut vnire. pro quo facit, quia quando non conſtat φ bona ſint
de mẽſa prelati, poteſt pſcribere qđ cẽſeatur tanquã de mẽſa, quia
ſint recepta vt bona menſe de reb. ec. c. poſſeſſiones. ſi ergo tenuit
aliquam eccleſiam tanto tẽpore φ ſufficiat preſcriptionem: proce
dit illa preſcriptio.

Deinde principaliter queritur an vicarius
epiſcopi poſſit duas eccleſias vnire cum mandato ſibi conceſſo ab
epiſcopo. videtur φ non: quia ea que expediuntur de plano de
creto non ſunt delegabilia, vt. l. ij. de eo qui vicem alteri. gerit. con
trarium videtur verum: quia ea que ſunt meri imperij ſunt delega
bilia

bilia.de nup.in archiepiſcopatu.ita dicit Joã.in dicto.c.ſicut.ego
allego decre.vit.de offi.vic.lib.vj.nam vnio beneficij habet ſe per
viam donationis ſicut relatio beneficij.Sed conſtat qḋ iſta põt cõ-
mittere epiſcopus cum ſpeciali mandato ſuo vicario.Deinũ que-
33 ritur an † religioſi vnius monaſterij poſſint tranſire ad aliud mona
ſterium ⁊ eorum eccleſiã alteri monaſterio ſubijcere. Dicebat Jo.
an.⁊ Hoſt.in.c.olĩ de reſti.ſpo.q religioſi poſſunt trãſire ad aliud
monaſterium artioris regule.de regu.licet.quod dic vt in.c.cũ ſin-
gula.de preben.lib.vj.Et ex quo tranſeunt ad artiorem regulã ſecũ
di monaſterij:nõ poſſunt redire ad primum monaſterium laxioris
regule.⁊ ſubdunt ibi qḋ regulam inſtitutam in monaſterio vel ha-
bitum antiquum iſtius monaſterij immutare vel alteri loco ſubij-
cere ſine autoritate epiſcopi non poſſunt,nec epiſcopus debet ta-
libus conſentire ſine conſilio capituli ſui.de ſupplẽ. neg. prela.c.ij.
hoc verum niſi fieret autoritate pape.de ec.edifi.ad audientiam. et
idem tenet glo.in.c.cum dilectus.quod met.cauſa. Et ſubdũt Ho
34 ſtien.⁊ Joan.an.qḋ † religioſi vnius monaſterij poſſunt tranſire
tanquã ſinguli ad aliud monaſterium artioris regule,ſed remanẽ-
tes in primo monaſterio artiorem regulam profiteri, nec etiam ſe
poſſunt ad aliud monaſterium transferre ſine dioceſani cõſēſu.de
eccle.edifi.ad audientiam.de reb.eccl.poſſeſſiones. ſubdebat etiã
ibi Jo.q vbi religioſi eorum eccleſiam vellent alteri ſubijcere abſq
preiudicio dioceſani:vt epiſcopus nollet conſentire:tunc cogi poſ
ſet per ſuperiorem:qḋ tali tranſlatione conſentiret.de turpa.vul-
lus.viij.q.iij.artaldus.⁊.ix.q.iij.nunc vero.dicit etiã ibi Hoſt. q ſi
religioſi ſine licẽtia ſui dioceſani ſubiecerũt ſuã eccleſiã alteri eccle
ſie,poteſt dioceſanus illam tranſlationem ratam habere.

Summarium.

1 Conſenſus quorum requiratur in vnione eccleſiarũ fienda.
2 Epiſcopatu vacante an capl'm vel alius admittatur ad agendum.
Vacatio a iure reprobatur.
3 Unio fit ex cauſa,ſine qua fieri non debet.
4 Beneficia conferri debent ſine diminutione et diuiſione.
5 Eccleſia ſi non vacat ſed habet rectorem an poſſit vniri ſine conſen
ſu rectoris.
6 Preiudicium rectori paratur in alienatione rerũ eccl'ie,ideo eius
conſenſus requiritur.
7 Eccleſia poteſt vniri non vocato rectore eccleſie.
8 Epũ nunquid poſſit alienare ſub cõditione vt valeat poſt mortem
rectoris ſine eius conſenſu.
9 Eccleſia ſi non vacat et papa mandat de illa prouideri alicui perſo
ne cum vacauerit an poterit ipſe illam non dum vacantem vnire in
preiudicium expectantis. 10.
Eccleſia que vnitur ſi eſt collegiata an in illa vnione requiratur cõ
ſenſus collegij.
11 Electio prelati pertinet ad collegium.
12 Eccleſia an poſſit vniri inuitis clericis,et ſic inuito collegio.
13 Eccleſia vacans poteſt vniri nullo defenſore ei dato.
14 Conſenſus inferioris prelati,ad quẽ ſpectat ius cõferendi eccleſiã
que vnitur,an requiratur in vnione quam facit epiſcopus.
15 Largior et maior eſt poteſtas legati q̃ epiſcopi.
16 Epũs an de cõſuetudine poſſit vnire ſine conſenſu capituli eccleſiã
alteri eccleſie ad edificationem.
17 Epũs an poſſit preſcribere q ſine caplõ poſſit alienare.
18 Legatus apoſtolice ſedis an poſſit vnire eccleſiam ſine cõſenſu ſui
capituli cathedralis eccleſie.
19 Legatus ea que pertinent ad officium legationis exercet ſine con-
ſenſu capituli cathedralis eccleſie.
Epũs an poſſit vnire eccleſiam ſue menſe de conſenſu capituli, vel
menſe capituli. 20.21.27.
22 Effectus legis dãnantis nunquid reſpiciat conſuetudinem.
23 Locupletari cũ aliena iactura repugnat legi.
24 Epiſcopus an donare poſſit ſuo capitulo ea que pertinent ad mẽ
ſam epiſcopi.
25 Autorari nemo poteſt in re ſua. 26.

Capitulum quintum.

1 Nunc venio ad quintum capitulum principale.ſ.quorum † conſenſus requiratur in vnione fienda.premitto qḋ Joã.de lig.in c.ſicut vnire.dicit ſuper verbo:vnire qḋ epiſcopus non poteſt vnam eccleſiam alteri eccleſie vnire niſi vocatis quorum intereſt.papa autẽ de plenitudine poteſtatis nõ artatur aliquẽ vocare.iſtud declaro per infraſcriptas queſtiones.
Primo queritur an eccleſia vacans poſſit vniri.videtur qḋ nõ, põt vni
ri,vt dicit Jnnocen.⁊ Hoſt.vt ec.be.vt noſtrum.in fi.vbi tenent ec
cleſiam vacantem vniri poſſe,ſicut et dignitas vacãs poſſe ſummi et
tolli.de conſti.cum acceſſiſſent.immo melius q̃ non vacans.xxj.q.
j.⁊ temporis qualitas ſicut fructuum retentio.vt ec.be.c. vnico.et
prebende diuiſio.de preben.vacare.Jn contrarium videt qḋ non
poſſit vniri.ne ſe.va.c.j.vbi ſe.va.non diſſoluitur vnio eque.igi ne
videretur qḋ ex quo vacat, vniri non poſſit.reſpondeo illud in epi
ſcopalibus ſedibus,ſecus in inferioribus quorũ epiſcopus eſt tu-
2 tor ⁊ defenſor nomine earum.de ſuc.ab inteſt.c.vlti.ſed † epiſcopa
tu vacante nec capitulũ nec alius admittitur ad agendum niſi da-
retur viſitator.vij.q.j.frater.xij.q.ij.vulteranus.de elec.as cui.li.vj.
et hoc per Jnno.in.d.c.j.ne ſede va.dicens qḋ ille tex.non habet lo
cum in eccleſijs inferioribus ⁊ cathedralibus.allegat ipſe.c.vnicũ.
vt ec.be.qḋ facit in contrarium.c.dudum.de reb.ec.ſed Hoſt.in.d.
c.ne ſe.va.vel dic melius qḋ vacatio ſedis epiſcopalis non fuit ibi
cauſa finalis impedimenti diſſolutionis illius vnionis, ſed papa
principaliter id ſtatuit.ne reprehendi poſſet de ſubita mutatione
diſſolutionis vnionis cum primitus vnionem feciſſet,vacatio au-
tem a iure reprobatur,vt in cle.cũ illuſtris.de renũ.⁊ ne videatur vnio
nem feciſſe potius contẽplatione perſone q̃ eccleſie.Jſta ſunt ho-
die determinata per cle.ſi vna.de reb.ecc.vbi etiam vacans poteſt
vniri.⁊ per illam cle.reprobatur opi.Hoſt.⁊ Jnno.in.d.c.vt noſtrũ
in fi.vt ec.be.vbi tenent eccleſiam vacantem vniri ⁊ donari poſſe ſi-
cut dignitas vacans ſupprimi.de conſti.cum acceſſiſſent.⁊ dic ple-
ne vt no.glo.in.d.cle.ſi vna.ſuper verbo, vacabat.Nec ob.c.j.ne ſe.
va.quia ibi non loquitur qḋ vnio poſſit diſſolui vacante eccl'ia. va
3 cante enim eccl'ia poſſit fieri vnio:quia † vnio fit ex cauſa ſine qua
fieri non debet:ſed vnio iam facta non poteſt diſſolui vacante eccle
ſia.ſed oportet dare defenſorem vacanti eccleſie qui vnione defen-
dat et diſſolutam impediat. quia agitur de leſione iuris per vnio-
nem cauſarum.et ita dicit Joã.de lig.in.d.cle. ſi vna. ſuper verbo,
vacans.

Sed incidenter queritur an eccleſia poſ-
ſit vniri defen-
ſore non dato illi eccleſie vacanti.videtur q non:quia ſi res eccleſie
vacantis ex cauſa dignitati donetur oportet defenſorem dare.de
reb.eccle.dudum.lib.vj.hec ſunt determinata per.d.cle.ſi vna.vbi
eccleſia vacans poteſt vniri,⁊ defenſore non dato illi eccleſie:res au
tem eccleſie vacantis non poſſunt alienari niſi dato defenſore illi
eccleſie.facit qḋ no.in.c.nemo deinceps.de elec.lib. vj. de conſue.c.
cum dilectus.in.iiij.gloſ.de tranſ.c.vlti.in gloſ.pen.⁊ vide qḋ not.
Jnnocen.de ele.ſignificaſti.q epiſcopus ⁊ capitulum poſſunt il-
lud ſtatuere ſuper beneficio vacante:⁊ electus illud ſeruare tenet.
vt ec.bene.c.vnico.quod intelligit ibi Hoſt. ex cauſa ⁊ ad tempus:
ſed perpetuum preiudicium non poſſet facere dignitati vel recto-
ris ipſa vacante de reb.eccle.c.j.lib.vj.de inſtitu.cum veniſſent. nã
4 † beneficia conferri debent ſine diminutione ⁊ diuiſione.de prebẽ.
maioribus.poteſt ergo eccleſia vacans in totũ vniri alteri eccleſie:
quia illud permittitur a iure ſicut ⁊ poteſt in totum dignitas.de cõ
ſti.cum acceſſiſſent.tũc enim non fit diminutio cum tota eccleſia
vnitur ſed pars redditũum non põt in perpetuum alteri eccl'ie cõ-
cedere ea eccleſia vacante non deputato defenſore.ita tenet Hoſt.
in dicto.c.vnico.vt ec.bene.⁊ idem tenebat Joan.de lig. in. d.cle.ſi
vna.ſuper verbo,vacabat.poteſt ergo eccleſia vacans in totum tol
li.de conſti.cum acceſſiſſent.vel loco religioſo conferri. de dona.c.
conſultationibus.⁊.c.paſtoralis.⁊ vide quod no.gloſ.in cle. ſi vna.
ſuper verbo, defenſore. Not.aũt qḋ licet eccleſia vacãs poſſit vniri
defenſore non dato, tamen ſi decima pertineret ad eccleſiam va-
cantem , non poſſet illa decima alteri eccleſie concedi defenſore
non dato. de reb. eccle.cap.j.libr.vj. ratio differentie, quia quan-
do eccleſia vnitur, non fit alienatio bonorũ, nec preiudicaret recto
ri:ſed qñ fit alienatio rerum, preiudicaretur rectori.facit quod no.
Jo.de lig.in.d.cle.ſi vna.in ver.ſi vna.

5 Secundo principaliter queritur ſi eccle-
ſia † non vacat ſed
habet rectorem an poſſit vniri ſine conſenſu rectoris.reſpondeo ſic
etiam illo rectore non vocato,vt eſt caſus in.d.cle.ſi vna per hanc
tamen vnionem non preiudicatur rectori eccleſie quia eam regat ⁊
gubernet vt ante vnionem.de dona.conſultationibus.facit quod
no.x.diſtin.c.j.xiij.q.ij.ſi epiſcopus.⁊ per illam cle.reprobatur opi.
Hoſt.quam ponebat in cle.ſicut vnire.de exceſ.prela.qui dicit qḋ
epiſcopus non poteſt vnire ſine conſenſu rectoris ⁊ aliarum eccle-
ſiarum.de reb.eccle.c.j.de conſtitu.cum dilectus.in.iij.glo.de reb.
eccle.c.j.lib.vj.vbi epiſcopus non alienat bona eccleſie inuito recto
re.Si ergo prohibetur illa alienatio que habet ſe vt minus. de ſen
ten.excom.cum illorũ.de regula.licet.igitur ⁊ iſta que habet ſe vt
maius.Solu.iſte caſus vniendi eccleſiam inuito rectore eſt ſpẽalis
contra regulam,⁊ ratio ſpecialitatis eſt:quia per vnionẽ non pre
iudicaretur rectori eccleſie.de dona.c.conſultationibus. in preiu-
dicium enim rectoris non poſſet vnire.de reb.eccle.c.poſſeſſiones.
de dona.c.conſultationibus.xij.q.ij.ſi epiſcopus.in fi. vlti.glo. Jn
6 † alienatione enim rerum eccleſie paratur preiudicium rectori et

ideo eius conſenſus requiritur, vt in.c.j.de reb.eccle.lib.vj. et facit
quod no. Joan.de lig.in.d.cle.ſi vna ſuper verbo, rectori. dicebat
Hoſt.de exceſ.pre.ſicut.q episcopus non poteſt vnire ſine cõſenſu
ambarum eccleſiarum.ſ.eccleſie que vnitur.ꝛ eccleſie cui fit vnio.et
idem tenet Artaldus in.d.c.ꝛ temporis.hec opi.artaldi.ꝛ Hoſtië.
eſt reprobata per cle.ſi vna de reb.eccle.vbi eccleſia vacans põt vni-
ri defenſore ei nõ dato.ꝛ ſi eccleſia non vacat, põt vniri non vocato
rectore eccleſie.non ergo requiritur conſenſus illarum eccleſiarum
d.cle.ſi vna.vt tenet Joan.an.in.d.c.ſicut.ſuper verbo, ita.ꝛ vide
quod notat glo.ſuper verbo vocatus in cle.ſi vna. que recitat no-
tata per Hoſt.in.d.c.vt noſtrum.vt ex.bene.dicebat q dignitas in
ſtituta minui non põt irrequiſito illo ad quem dignitas pertine-
bat, vt in titulum ſine cauſe cognitione.conclude ergo per.d.cle.ſi
7 vna, qđ † vniri poteſt eccleſia non vocato rectore eccleſie.ꝛ per illaꝫ
cle.reprobatur opi.Hoſt.qui contrariũ tenebat.vt.ec.bene.vt no-
ſtrum.ꝛ archi.qui eum ſequebatur per.c.dudum.ꝛ Hug. q poſuit
xvj.q.j.eccleſie.ꝛ opinio Ber.quam poſuit de reb.eccle. dudũ.lib.
vj.de reli.do.conſtitutus.ꝛ Jo.an.qui hoc tenebat in.c.dudũ.de
reb.eccle.lib.vj.facit ad hoc qđ no.x.di.c.j.pro iſta parte faciunt in
ra.ſ.de his quę ſi.a pre.c.dudum.lib.vj.vbi dicitur q eccleſia illa va
cante rectore non poterit decimas illius eccleſie concedere archi-
diaconatui ſecundũ Jo.an.ibidẽ.ꝛ Archi.qui dicunt q ibi fuit al-
legata iuſta cauſa propter quã fuerunt conceſſe decime, nõ erat ta
men vera.ꝛ ſi fuiſſet probata valuiſſet conceſſio illa facta etiã vacan
te eccleſia, ꝛ ſic nõ eſt cõtra:quia licet ex iuſta cauſa poſſet epiſcop⁹
cõſentire capitulo vnã eccleſiam alteri vnire ꝛ loco religioſo dona-
re etiam inuitis clericis ꝛ rectoribus ꝛ vacantib⁹ eccleſijs. vt.d.c.
dudum.ꝛ ſic non eſt contra.

8 **Sed nunquid epiſcopus** † poſſit aliena re ſub cõditiõe
vt vaieat poſt mortẽ rectoris ſine eius conſenſu, cũ modo tracte-
mus de preiudicio eccleſie futuri rectoris.inſpicimus initium, im-
mo et ſi vacaret hoc non poſſet ſine cõſenſu defenſoris.de reb.ec.c.
j.lib.vj.per vnionem ergo non paratur preiudicium eccleſie, imo
quandoqꝫ eius defectus ſuppletur.x.q.iij.vnio.xvj.q.j.ꝛ temporis
vnde non datur defenſor etiam ſi donetur eccleſie in vſus religio-
ſorum:defectus inſtitutorum ſuppletur per religioſos vel eis pre-
ſentantibus vel inſtituentibus per alios:ſed pars redditũ cedit
in eorum vſus et hoc operatur fauor religionis.idez eſt ſi detur ceſ
ſio dignitati vel prebende vt dicebat Hoſtien.in dicto.c.conſulta-
tionibus.de dona.quia pars redditutum datur ad ſuſtentationeꝫ
collegij habentis dignitatem vel prebendam, hoc operatur fauor
maiorum eccleſie.de preben.expoſuiſti.et facit quod no. Joã. de lig.
in dicto.c.ſi vna .de reb.eccle.ſuper verbo, rectori.in ver.ſed nũqd.
Juxta predicta incidenter queritur de duobus .primo incidenter
9 queritur ſi eccleſia † non vacat et papa mandat de illa prouideri ali
cui perſone cum vacauerit, vt patet de offic.delega.ex parte. N.an
poterit ipſe illam nondum vacantem vnire in preiudicium expe-
ctantis.videtur qđ non:quia per vnionem non eſt poſſibile vaca-
re.de exceſ.prela.cle.frequens.ergo preiudicaretur expectanti cui
prouideri debeat in caſu in quo vacabit. Jn contrarium videtur
qđ poſſit fieri vnio, quia ſi poteſt fieri vnio non vocato rectore ec-
cleſie qui habet ius in re, vt.d.cle.ſi vna.fortius poterit fieri non vo
cato eo expectante qui habet ius ad rem.de conceſ.preben.c.penul
ti.lib.vj.reſpondeo poteſt fieri illa vnio abſqꝫ preiudicio illi⁹ expe-
ctantis.mortuo ergo rectore illius eccleſie, deberetur illa eccleſia ex
pectanti. ſicut enim quando fit vnio eccleſie non vacantis preiudi
catur rectori quin eccleſiam teneat ad eius vitam.de donatio.con
ſultationibus.ita nec preiudicabitur expectanti. Secundo incidẽ-
10 ter queritur.epiſcopus † eccleſiaꝫ vacantem confert alicui abſenti
queritur ante q abſens ratificet illa collationem poſſit epiſcopus
illam eccleſiam vnire, et an poſt illam vnionem ille abſens poſſit il
lam collationem ratificare.reſpondeo qđ fieri poteſt illa vnio abſ-
qꝫ preiudicio tamen illius abſentis.at poſt illam vnionem poterit
ille abſens ratificans illam collationem factam ſibi ante illam vnio
neꝫ.de prebẽ.ſi tibi abſenti.in glo.que incipit, acceptando. Ex qui
bus pꝫ qđ ſicut per vnionem non preiudicatur rectori hñti ius in
re, vt in.c.conſultationibus.de dona.ita nec habenti ius ad rem,
vt.d.c.ſi tibi abſenti.

Tertio principaliter queritur ſi eccle ſia que
vnitur eſt collegiata an illa vnione requiratur conſenſus collegij.
videtur qđ ſic:quia per illam vnionem eccleſia deſinit eſſe collegia-
ta, et perdit iura ſua.ꝛ ſic perdit collegium ſuum ius collegij. facit
quod no.xvij.q.prima.ꝛ temporis.preterea tale collegium ex quo
11 deſinit eſſe collegium non habet ius eligendi prelatum, cum † ad
collegium pertineat electio prelati. de elec.c.j.preterea illud ius col
legij non poteſt adimi a collegio abſqꝫ eius voluntate : quia id qđ
meum eſt non poteſt a me, me inuito auferri:ve in regula id quod
noſtrum.de regu.iur.xj.qđ.prima.ſi monaſterium.ꝛ.c. romanus.ꝛ
ita tenet Joan.de lig.de rebus eccle.ſi vna, ſuper verbo rectore. in
ſua glo.que incipit, ꝛ nunquid. contrarium eſt veritas :quia eccle-
ſia poteſt vniri ſine conſenſu prelati:vt in cle.ſi vna.ergo ꝛ ſine con
ſenſu collegij:preterea vnio eccleſiarum poteſt fieri ſine cõſenſu ec-
cleſiarũ:vt dicebat Hoſt.ergo ꝛ ſine cõſenſu collegij. Nam eccleſia ſu-
mitur pro prelato ꝛ capitulo, vt de his que ſiunt a prela.c.nouit.q
eccleſia collegiata ſi vnitur deſinit eſſe collegiata:vt no.in.xvj.q.ꝛ
temporis.ꝛ illi de collegio perdunt ius eligendi prelatum eccleſie
12 cui fit vnio.vt no.in.d.c.ꝛ temporis.ꝛ qđ † eccleſia poſſit vniri inui
tis clericis ꝛ ſic inuito collegio.ponit Jo.de lig.in.d.cle.ſi vna.ſup
verbo, extitit.ibi enim dicit, inuitis clericis.

Quarto principaliter queritur ſi
eccleſia cui fit vnio ſit collegiata an in vnione que ſibi fit requiratur
cõſenſus ſui collegij.videtur q ſic:quia quando ambe eccleſie ſunt
collegiate, ꝛ collegia remanent in vtraqꝫ eccleſia:vtrũqꝫ collegium
habet vocem in electione prelati:vt dicit glo.in dicto capitulo ꝛ tẽ
poris.ꝛ.c.nouit.ne ſe.va.ꝛ ſic collegium eccleſie cui ſit vnio non ha-
bet liberam poteſtatem eligendi prelatum abſqꝫ collegio eccleſie
que vnitur.preterea collegium eccleſie cui fit vnio non cogitur cõ-
municare vocez eligendi illis qui non ſunt de collegio illo.de poſt.
prela.c bone.de cã poſ.cum eccleſia ſutrina. preterea non põt epũ
ſtatuere qđ eccleſia eligat prelatum de gremio alterius eccleſie.de
cõſue.cũ dilect⁹.rñdeo põt fieri illa vnio abſqꝫ cõſenſu eccleſie cui fit
vnio:quia vnio poteſt fieri abſqꝫ conſenſu illarum eccleſiarum qđ
13 etiam patet:qr † eccleſia vacans poteſt vniri nullo defenſore ei da-
to, vt.d.cle.ſi vnam. Nec obſtant rationes in cõtrarium ſuperi⁹ alle
gate:quia illa iura loquuntur quando eccleſiarũ illarum non eſt fa
cta vnio. Quinto principaliter queritur ſi eccleſia que vnitur habet
patronum an in illa vnione requiratur cõſenſus patroni. dicebat
Hoſt.in ſumma de his que ſi.a prela.§.j.ver.ſed nec aliquid.qđ re-
quiritur conſenſus patroni.facit.xvj.q.vij.c.filijs atqꝫ nepotibus.
ꝛ.c.monaſterium.ꝛ.c.pe.ꝛ Abb.de offi.or.ad hoc. Cum enim p ta-
lem vnionem eccleſia que vnitur patiatur quãdam capitis diminu
tionem.ij.q.vj.ec cõtra ergo intereſt patroni ne eccleſia vergatur in
deteriorem exitũ preterea ex quo illa eccleſia que vnitur poſt vni
ta non erat collegiata patronus per illam vnionem perdit ius pre
ſentandi ꝛ ſpem alimentorum quã facilius habuiſſet ante vnioneꝫ
quã poſt vnionem quãdo tranſiuit ad incognitos. Jteꝫ de iure p-
feſſionis dico licet enim prelatus eccleſie cui facta eſt vnio teneat
patrono ad alimenta ꝛ proceſſionem nomine eccleſie vnite, nõ ta-
men ſic facilius exhibebit. Jtẽ patronus in eccleſia collegiata per-
dit honorem cõſenſus prebẽdi in electione celebranda.de iurepa.
c.nobis.ꝛ ita tenet Jo.de lig.in.d.cle.ſi vna. ſuper verbo, vacabat.
ver.ſed nunquid requiritur.

14 **Sexto principaliter queritur** an in † vnio
ne quam facit epiſcopus requiratur cõſenſus inferioris prelati ad
quem ſpectat ius cõferendi eccleſiam que vnitur.reſpondeo requi
ritur cõſenſus illius prelati.caſus eſt in.d.cle.ne in agro.de ſta.mo.
§.ad hec.ꝛ facit quod no.glo.in cle.ſi vna.de reb.ec. Sed incidẽter
queritur cum autoritate legati poſſit fieri vnio, an talem vnionem
poſſit facere legatus ſine conſenſu ordinarij collatoris.ſ. illius ad
quem pertinet ius conferendi.dicebat Abbas in.d.cle.ne in agro.
§.ad hec qđ legatus poteſt vnire ſine conſenſu ordinarij collatoris
ꝛ idem tenet Jo.de lig.in.d.§.ad hec.ꝛ poteſt eſſe ratio, quia lega-
tus eſt maior omnibus preter Romanum pontificem, in prouin-
cia ſibi decreta de elec.ſi abbatem.lib.vj. Eſt enim largior ꝛ maior le
15 gati poteſtas q epiſcopi † cum legatus gerat vices apoſtolice ſe-
dis.de offi.legati qđ tranſlationem. Jn contrarium videtur qđ le
gatus ex ordinaria poteſtate vnit beneficia, ſicut epiſcopus nõ po
teſt vnire ſine conſenſu ordinarij collatoris, ita nec legatus. Septi
mo principaliter queritur ſi in vnione quã facit epiſcopus requi-
ratur ſui capituli conſenſus.reſpondeo, requiritur.caſus eſt in cle.
ſi vna.de reb.ec. Et notandum q in hoc caſu non ſufficit capituli
conſilium ſed requiritur conſenſus, ꝛ ſic reprobatur qđ not. Hoſt.
de his que ſi.a prela.c.nouit.vbi dicit epiſcopũ ſine capitulo poſſe
donare eccleſiam loco egenti ad ſuſtentationem miniſtrorũ.de con
ſue.conſultationibus. Jtem q facit prouidendo egentibus, ꝛ hoc
caſu officium ſuũ exercet.xj.q.j.precipimos.ꝛ.c. ſe.ꝛ.x.q.prima.cgẽ
ti.ꝛ.c.decretum.ergo non eſt laus contradictioni.de preben.extir-
pande.ſi.reſpon.dicebat tamen qđ tutius erat conſiliuꝫ canonico
rum requirere. Sed certe prout pꝫ in cle.ſi vnica.qđ requirit cõſen
ſus capituli.ꝛ ita intelligat de exceſ.pre.ſicut vnire.ꝛ.c. ex tuarũ, de
priuil.ꝛ vide quod no.glo.xij.q.ij.ſi epiſ.in prin.viri.gl.ꝛ qđ no.gl.
q me cã.cum dilectus.xvj.q.j.§.ſicut duo.ꝛ.c.ꝛ tpis.ꝛ hoc plene p
cle.ſi vna.de rebus eccle.ſuper ver.conſentiente.

16 **Octauo queritur** † an de cõſuetudine poſſet vni re, epiſcop⁹ ſine cõſenſu capitu
li eccleſiam alteri eccleſie ad edificationem.videtur qđ ſic.nõ obſtat
eodem.c.ſi tua.ꝛ de dona.c.paſtoralis.qr iſta iura loquunt de iure
cõmuni.ſ.q requiratur cõſenſus capituli:ſed ex cõſuetudine predi
cta id

eta id poteſt.ꝛ ſubdit ibidem ꝙ voluntaria conceſſio que fit vni ec-
cleſie habenti cōgruam ſuſtentationem, qꝺ iſtud non poſſet.j.q.ij.
paſtor.ꝛ que fieret laico dicit Jo.an.in cle.ſi vna.de reb.eccle.in cle.
que incipit, non eſt iſte caſus.qꝺ epūs etiam ex conſuetudine preſcri
pta non poteſt vnire ſine conſenſu ſui capituli nec tenet cōſuetudo
in caſu premiſſo.

¶ Caſus primus eſt quādo agitur de collatione eccleſie vt in titu-
lum.ꝛ tunc vȝ conſuetudo preſcripta, quod epiſcopus cōferat ſine
conſenſu ſui capituli,ꝛ ita loquitur de his que fi.a prel.c.ea noſcit.
et eſt caſus ne ſe.vac.c.j.§.ij.lib.vj.Secūdus caſus eſt quando eccle
ſia conceditur in proprietatem, ſicut eſt quando vnitur alteri eccle
ſie vel cum in perpetuum eccleſia donatur alteri loco,ꝛ tunc omni
no eſt neceſſarius conſenſus capituli nec poſſet ex conſuetudine cō
trarium facere.ꝛ ita intelligitur.c.paſtoralis.in fi.de dona.ꝛ de his
17 que fi.a prela.c.tua.dicebat Jo.de lig.l.c.ſicut vnire.qꝺ † epiſcop⁹
poteſt pſcribere qꝺ ſine capl'o poſſit alienare, vt no.in.d.c.paſtora
lis.de do.Reſpondeo vnio non eſt alienatio: quia iura remanent
circa eccleſiam vnitam. Iſta lec. Jo.non eſt vera, quia vnio eſt alie-
natio, quod pꝫ:qꝛ eccleſia vnita vna cum bonis ſuis tranſit in pro
prietatem eccleſie cui fit vnio.de reli.do.quia monaſteriuȝ.Aduer-
te ſi iſta cle.intelligatur qꝺ dānetur cōſuetudo, non ſolum que di-
ſponebat vt poſſit vnire ſue menſe vel menſe capituli,ꝛ etiā qꝺ dā-
netur conſuetudo vt epiſcopus non poſſit vnire ſine cōſenſu ſui ca
pituli, cum illa cle.diſponat capituli conſenſum debere interueni-
re, tunc eſt ibi caſus ꝙ non teneat conſuetudo ꝙ epiſcopus vniat
ſine conſenſu capituli.Sed ſi intelligamus illam cle.ad duos caſus
tantum de quibus in ver.ꝙ ſi epiſcopus poſſit vnire ſine ꝯſenſu ca
pituli tamen veritas eſt conſuetudinē non tenere.

18 Ultimo queritur an legatus † apo
ſtoli-
ce ſedis poſſit vnire eccleſiam ſine conſenſu ſui capituli cathedra-
lis eccleſie.Reſpondeo non requiritur conſenſus eccleſie cathedra
lis: quia poteſtas vniendi libere competit legato, nec eſt vlla com-
munio nec conuentio inter legatum ex vna parte ꝛ capitulum ec-
cleſie cathedralis ex altera parte.nec obſtat cle.ſi vna.vbi requiritur
conſenſus capituli: quia ibi loquitur in epiſcopo inter quem ꝛ ca-
pitulum eſt cōmunio ꝛ cōuentio.de teſt.requiſiti.ꝛ in tantum po-
teſtas ꝛ iuriſditio epiſcopi reſtricta, ꝙ pertinentia ad epiſcopalem
iuriſditionem ſine cōſenſu ſui capituli exercere non pōt, vt in.c.no
uit.ꝛ in.c.iij.de his que fi.a prela.Sed iuriſditio ꝛ poteſtas legati
non eſt ſic reſtricta ꝛ artata, ꝛ ideo legatus ea que pertinēt ad offi-
19 cium legationis † exercet ſine conſenſu capituli cathedralis eccle-
ſie.ne offi.leg.qꝺ tranſlationem.Preterea conſideranda ſunt ver-
ba illius cle.ſi vna.que loquitur in epiſcopo ꝛ ſubdito ſuo conſen-
tiēte capitulo ꝛc.Sed capitulū eccleſie cathedralis non eſt nec cen
ſetur capitulum legati de latere.

Demum queritur an epūs poſſit vnire eccleſiā ſue
mēſe de ꝯſenſu capli vel mēſe
capituli. Reſpondeo non eſt caſus in.d.cle.ſi vna.facit qꝺ no.de
dona.paſtoralis.ꝛ per illam cle.reprobat opi. Inno.poſita in.c.vt
noſtrum.vt ec.bene.vbi dicit ꝙ epiſcopus poterit eccleſiaȝ in ſuos
vſus conuertere de conſenſu ſui capituli.ꝛ vide qꝺ not.in.d.cle.ſi
20 vna.ſuper ver.quid ſi epiſcopus.Eſt autē ratio quia † epiſcopus
non poteſt vnire eccleſiā ſue menſe etiam de conſenſu ſui capituli,
quia nō poteſt autorari in facto ſuo proprio ſicut nec econom⁹.x.
q.ij.hec vſus.nec tutor.ff.de aut.tu.l.ij.ꝛ.l.pupillus.de inſti.c.ſi.ſi
mulier.ꝛ capituluȝ non poteſt conſentire vnioni que fieret ſue mē
ſe diuiſe a menſa epiſcopi.ꝛ notandum qꝺ ſi eſſet vnita tantū men
ſe que pertinet ad prelatum cōmuniter ꝛ capitulum nō poſſet vni
ri eccleſia menſe de autoritate prelati ꝛ capituli.Et vide quod no-
tatur in Spec.de his que fi.a prela.in fi.Et qꝺ notat Jo.de cenſi.
prohibemus.de hoc in dicta cle.ſi vna.ſuper ver.menſe ſue.Demū
21 queritur an epiſcopus de conſuetudine † poſſit vnire eccleſiā ſue
menſe vel menſe capituli.tex.dicit ꝙ non in.d.cle.ſi vna.Aduerte
qꝺ ibi reprobatur conſuetudo ſiue conſuetudo fuiſſet ante illā cle.
ſiue conſuetudo induceretur poſt illam cle.Et ſic.d.cle.non ſolū
tollit veterem conſuetudinem ſed impedit ne noua poſſit induci.
Et vide qꝺ no.glo.d.cle.ſi vna.ſuper verbo decernimus.Et no.qꝺ
illa conſuetudo reprobatur cuius contrarium non erat memoria
vt ibi dicit glo.ſi.

Aduerte qꝺ illa gloſ.videtur dicere qꝺ quādo pn-
rceps per ſuam legem dānat cōſue
tudinem ſimpliciter tunc cenſetur damnata conſuetudo que erat
ante legem, nō autem impedire nouam conſuetudinē induci poſt
ipſam legem.dicit Barto.in.l.ſi mihi ꝛ tibi.de lega.j.§.in legatis.
22 qꝺ † effectus legis dānantis reſpicit conſuetudinem.non ſolū vi-
gentem tempore legis ſed etiam conſuetudinem futuram inducē-
tem poſt ipſaruȝ legem.de ſerui.vrba.predio.l.ſi ſeruitus.Aduer-
te ad tres caſus. Primus eſt quando lex damnat conſuetudinem
referendo ſe ad tempus quo conſuetudo erat ante legem: nō autē
intelligitur reprobata conſuetudo que ſequeretur poſt ipſam le-
gem.ꝛ ita intelligitur cle.dudum.§.verum.in ver.nos enim de ſe-
pul.Secundus eſt quando noua lex damnat futuras conſuetudi
nes ꝛ tunc ad illas tm̄ ſe extēdit.ꝛ ita intelligitur quod no.de poſt.
c.vnico.lib.vj.Tertius caſus quando lex noua damnat conſuetu-
dines ſimpliciter non exprimendo de conſuetudine futura,ꝛ tunc
ſm̄ opi.doc.decretalium videtur impediri noua conſuetudo indu
cenda poſt ipſam legem.vt.d.l.ſi ſeruitus.ꝛ eſt vtile hoc ſcire pro-
pter.d.cle.dudū.§.nos autem.verū poſt illaȝ cle.que reſtat quar
tā parochialis eccleſie poſſit induci noua cōſuetudo, vt detur mi
nus quarta vel etiam nihil,ꝛ puto qꝺ valeat conſuetudo: quia il-
la cle.reuocat conſuetudinem ſed non cadit reuocatio in eo qꝺ nō
eſt in rerum natura.ꝛ no.qꝺ illa cle.ſi vna.quia ꝛ ſi per illam reprо-
betur conſuetudo que erat ante legem vel que induceretur poſt.
qꝺ non teneret conſuetudo qꝺ quis poſſit autorari in facto ꝓprio
eſſet enim valde periculoſa iſta conſuetudo, quia tenderet vt quis
23 poſſet † locupletari cum aliena iactura.qꝺ repugnat legi.vt.ff.de
condi.inde.nam ꝛ hec natura.in.d.cle.ſi vna.in fi.Pau.ꝛ Joā.de
lig.dicunt ꝙ illa cle.ſi vna.damnat effectuȝ conſuetudinis circa fu
tura,ꝛ ipſam conſuetudinem de nouo inducendā,ꝛ non dicit pl⁹.
ꝛ ſic patet euidenter ꝙ quādo lex dānat ſimpliciter conſuetudinē
non poteſt induci noua conſuetudo poſt illam legem, ꝛ que cōtra
ipſam legem.quod eſt bene notandum.dicit ibi Jo.de lig.qꝺ illa
cle.damnat conſuetudines preteritas ꝛ non futuras: nun̄ꝗ enim
eſſet qꝺ preterite vniones diſſoluerentur qui habet opi.dec.vt po
nit Hoſt.que opi.doctoralis excuſat a pena iuris vt dicit ve.de fa
ſo.de ap.vt debitus.Nota qꝺ dicit de cōſuetudine quod debet in-
telligi reprobata pro tempore futuro.Item non obſtat ratio anti
quis quia non dꝫ inferri qꝺ cōmuni opi.legitime vnionis declarāt
exterioꝛa de poſt.c.vnico.lib.vj.

Sed iuxta predicta incidēter que-
ritur
24 an † epiſcopus poſſit donare ſuo capitulo ea que pertinēt ad mē-
ſam epiſcopi.dicebat Hoſt.de his que fi.a prela.c.nouit. ꝙ poteſt
donare quando capitulum eſt egenus ꝛ epiſcopus abundans:ꝛ hoc
habet qꝺ dicta donatio teneat etiam ſi epiſcopus iuraſſet nō alie-
nare inconſulto Romano pontifice, cum nō ſit proprie alienare,
cum in dominio eccleſie remaneat.de leg.ij.l.vnum ex fami.ꝛ.l.im-
perator.§.ſi.cum.l.ſeq tutius tamen eſt ꝙ illa donatio fiat autori-
tate ſuperioris ipſius epiſcopi.ꝛ ita dicebat glo.in.d.cle.ſi vna.ſup
verbo, eccleſiaȝ.Aduerte quādo epiſcopus iurat nō alienare incō
ſulto papa iſto caſu non poſſet alienare, etiam vbi alias eſſet licita
alienatio de iure cōmuni.de immu.ec.c.aduerſum.facit quod not.
Jo.de ferüs.c.ſi.Sed nunquid quando in bonis ſpectantibus ad
menſaȝ epiſcopi illa bona donare vellet capitulo eccleſie cathedra
lis poſſit epiſcopus autorari pecunia recepta, qꝺ nil aliud eſt quā
alienare ꝛ transferre in capituluȝ ius directi dominiꝫ quod ſpectat
ad menſam.ꝛ videtur qꝺ ſic etiam ſine conſenſu epi: quia hec nō vi
detur alienatio cum epiſcopus ꝛ capitulum ſit vnū corpus.de his
que fi.a prela.nouit.vū.q.j.ſcire.ff.de lega.ij.cum patec.§.quidam.
25 In contrarium videtur: quia † in re ſua nullus autorari poteſt. vt
in cle.ſi vna.ꝛ.l.j.de aut.tu.hoſ.tenet qꝺ hoc caſu eſt neceſſaria au-
toritas ꝛ decretum archiepiſcopi vel pape.ita not.de his que fi.a
prela.c.nouit.ꝛ hoc tenet Joan.de lig.in.d.cle.ſi vna.ſuper verbo,
vna.ver.ſed nunquid.debet enim eſſe perſonalis differentia ꝛ di-
ſtinctio inter perſonam cui autoritas interponitur ſicut inſtituen-
tem ꝛ inſtitutum.de inſtitu.c.ſi.ꝛ inter preſentatum ꝛ preſentantē.
de iurepa.c.per tuas.ꝛ inter baptizanteȝ et baptizatum.de baptiſ.
cap.debitum.

Sed dices quare prelatus cognoſcet
de cā eccle
ſie,ꝛ de iniuria ſibi irrogata.de cle.ma.c.j.de fo.compe.c.quanto in
cle.xxiij.q.iiij.ſi is qui nō interponit autoritatē facto ſuo cū cogni
tio tunc non procedat ſine autoritate.ſo.hic loquimur de contra-
ctu licet poteſtas efficiens cauſetur a iuriſditione capituli: non au
tem loquitur de iuriſditione ſimpliciter contētioſa vel voluntaria
que eſt iuriſditio ꝛ executio.ſicut autem prohibetur propter ſuſpi
tionem affectionis proprie voluntatis augmentande illud no. qꝛ
tunc de iure pronunciat ꝛ cognoſcit ꝛ aſſignat, non eſt remedium
appellationi,ꝛ forte hoc conſiderat cle.ſi vna.dicit decernimus. et
non declaramus.ꝛ facit.d.cle.quod no.Hoſt.d.§.ꝛ verum.§.xū.in
fi.vbi tenet, ꝙ laicus habens decimas in antiquum feudum ab il-
la eccleſia non poteſt illam donare epiſcopo, vt epiſcopus autori-
zet in facto proprio, poſſet tamen donare capitulo epiſcopali au-
toritate epiſcopi ſine capitulo, vt in decre.cum apoſtolica.de his
26 que fi.non poteſt dici qꝺ † capitulum eo caſu autorizet in facto p-
prio ſed in vnione vel dat eccleſie: ſecus cum in conſenſu capituli ſit
neceſſarius.de his que fi.a prela.c.tua.de dona.c.paſtoralis. Item
facit illa cle.loquens de autoritate interponenda pro ꝛ contra ꝛ cō
ſti.cum acceſſiſſent.vbi tractat Hoſt.qꝺ dignitas non confirmata

per papam de eccleſia cathedrali poteſt per ipſius capitulum ex iu
ſta cauſa ⁊ epiſcopo autorizante ſi bona epiſcopi ⁊ capituli ſunt di
uiſa: ſi vero eſſent cōmunia, tunc non poſſet epiſcopus id: quia au
torizaret in proprio facto, ⁊ tunc eo caſu eſſet recurrendum ad me
tropolitanum, vel ad papam. de iure pa. ſulius. ſed Hoſtien. in di
cto. c. cum acceſſiſſent: ſed certe non eſt iſte caſus quo pro autorita
te interponenda poſſit recurri ad metropolitanum. facit optime
de exceſ. prela. ſicut vnire. ⁊ tunc recurrendum eſſet ad papam. Et
vide quod predictis plene not. in dicta clemen. ſi vna. ſuper verbo,
menſe ſue.

27 **Et notandum quod licet** † epiſcop' nō poſſit vnire ec
cleſiam menſe capituli vt. d. cle. ſi vna tamen ſingulari prebēde poſ
ſet epiſcopus eccleſiam cum conſenſu ſui capituli vnire, vt. d. cle. ſi
vna. poteſt ergo epiſcopus de conſenſu capituli vnire eccleſiam di
gnitati pertinenti ad capitulum, ⁊ etiā prebende canonice cathe
dralis eccleſie. vt. d. cle. ſi vna. ratio eſt. quia tunc epiſcopus nō au
torizat in facto proprio: quia aliud eſt loqui de capitulo, aliud eſt
loqui de ſingularibus ipſius capituli. xii. q. ii. qui manumittitur. et
facit qđ no. Joan. de lig. in. d. cle. ſi vna. ſuper verbo, capitulo. ⁊ fa
cit gloſ. in eadē cle. in eodē verbo. Sed queritur an epūs ea q̄ ſunt de
menſa ſua poſſit vnire menſe capituli. dicit Hoſt. in ſumma de de
cre. non poteſt vnire. ibi etiam dicit quod laicus tenens decimas
ab eccleſia parochiali non poteſt eas donare epiſcopo etiam de cō
ſenſu capituli cum in talibus requiratur autoritas epiſcopalis in
facto proprio, non poteſt autorizare, qđ etiā tenet Jo. de lig. in. d.
cle. ſi vna. ſuper verbo, capitulo.

Summarium.

1 Quarū et qualium eccleſiarum fiat vnio.
2 Jura loquentia de vnione eccleſiarum, de quibus loquantur.

Capitulum. vj.

Nunc veniamus ad ſextū
1 capitulum principale quarum † ⁊ qualium eccle
ſiarum fiat vnio. ⁊ iſtud colligitur per enumeratio
nem quorūdam caſuum. Primus caſus eſt quādo
ambe eccleſie ſunt ſine cura. Secundus caſus eſt
quando ambe eccleſie ſunt curate. Tertius caſus eſt quando vna
eſt curata ⁊ alia ſine cura. Quartus caſus eſt quando ambe eccleſie
ſunt ſeculares. Quintus caſus eſt quando vna eccleſia eſt ſecularis
⁊ alia regularis. Sextus caſus eſt quando ambe eccleſie ſunt regu
lares eiuſdem ordinis, religionis, profeſſionis ⁊ habitus, quo ad
religioſos eiuſdem ordinis. Septimus caſus eſt quando vna eccle
ſia eſt eiuſdem religionis ⁊ ordinis, ⁊ alia eſt alterius religionis ⁊ or
dinis. Octauus caſus eſt quando ambe eccleſie ſunt collegiate. No
nus caſus eſt quando vna eſt collegiata ⁊ altera non. Et nota qđ
2 † iura loquentia de vnione eccleſiarum non diſtinguendo de qua
litate earum, quia dicunt ſimpliciter vnam eccleſiā vniri alteri. de
exceſ. prela. ſicut vnire. ⁊ in cle. ſi vna. de reb. eccle. Item quando ec
cleſia vnitur prebende vt in dicta cle. ⁊ de preben. extirpande. §. qui
vero ⁊. c. expoſuiſti. Item quando vnum monaſterium vnitur alte
ri monaſterio. de reli. do. quia monaſterium. item quando vnus or
do arcte religionis vnitur ordini alterius religionis de ſta. mo. re
colentes. item quando eccleſia regularis vnitur alteri eccleſie regula
ri. de ſta. mo. ne in agro. §. ad hec.

Summarium.

1 Eccleſie vnite cum regantur ſub vno prelato, que etas et qua
litas requiratur in tali prelato.
2 Curata eccleſia ſi vniatur eccleſie non curate que etas requiratur in
curato.
3 Prelatus inferior ab epiſcopo an habeat iuriſditionē fori conten
tioſi in parochianos.
4 Eccleſia regularis vnius ordinis ſi vniatur alteri eccleſie regulari
alterius ordinis, quis poſſit aſſumi ad regimen talium eccleſiarū.

Capitulum. vij.

Nunc veniam' ad ſeptimum
1 capitulum principale. cum † enim eccleſie vnite re
gantur ſub vno prelato. xvj. q. prima. et temporis. ne
ſe. va. c. j. que etas ⁊ qualitas requiratur in tali prelato. hoc declara
bo per infraſcriptas queſtiones. Primo queritur ſi ambe eccleſie
ſint ſine cura. reſpondeo maior: ſeptēnio ſiue ſeptennis reputatur ad ſi ta
lis eccleſia ex priuilegio, conſuetudine vel ſtatuto factum ordinem
requireret. de hoc plene in. c. ſi eo tēpore. de reſcrip. de etate ⁊ qua
litate. c. ex ratione. Secūdo queritur ſi ambe eccleſie ſunt curate. re
ſpondeo, requiritur etas. xxv. annorum ⁊ ſufficit etas cepta, vt in
c. cum in cunctis. §. inferiora. ⁊ de electio. de hoc plene in dicto. §.
inferiora. tunc habet locum quod habetur de electio. cum ex eo. et
c. licet canon. lib. vi. ⁊ de inſtitu. c. ſecūdo libro. vi. Tertio queritur ſi
2 eccleſia † curata vniatur eccleſie non curate quia parochialis eccle
ſia ſit annexa beneficio ſine cura que etas requirat. reſpondeo etas
xxv. annorum ratio eſt, quia rector non curatus habet curā illius
parochialis eccleſie ānexe. de preben. ſup eo. li. vj. ⁊ facit quod no.
gloſ. in. c. ſi eo tempore. Quarto queritur ſi eccleſia regularis vnia
tur alteri regulari que etas requiratur in prelato. reſpondeo ſi pre
latus eſt conuentualis, requiritur etas. xxv. annorum, incepta, li
cet non perfecta.

Sed incidenter queritur an ſuper huiuſ modi etate poſ
ſit epiſcopus diſpenſare. reſpondeo non. de eta. ⁊ qua. c. nos li. vj.
nam tales prioratus conuentuales ſunt curati reſpectu collegij et
perſonarum ipſius in quas habet iuriſditionē fori penitentialis.
de offi. ordi. quanto. de ma. ⁊ ob. cum in eccleſijs. ⁊ per hoc patet φ
3 † prelatus inferior ab epiſcopo eſto φ ſit prioratus conuentualis
prelatus non habet iuriſditionem fori cōtentioſi in parochianos
ſed penitentialis ſic. intelligitur quod no. ii. q. prima. nemo. ⁊ de of
fi. ordi. cum ab eccleſiarum. vbi de hoc plene. ⁊ vide quod no. in. c. ſi
ſacerdos. eo. titu. ⁊ iſta dicit Jo. de lig. in cle. j. de ſta. mo. §. veterū.
⁊ idem tenet ibi Pau. de leaz. Sed queritur quando prioratus nō
conuentualis que etas requiratur in iſto. reſpōdeo φ ſi nihil opor
tet exerceri per ipſum priorem eſto quod ipſe prioratus ſit manua
lis requiritur etas. xxv. annorum, licet de mente iuris qđ clauſtra
lis gerat curam. de cap. mo. c. j. vbi vero talis cura exerceretur nō per
ipſum priorem ſed per preſbyterum ſecularem, tunc requirit etas
xx. annorum perfecta, vt in. d. §. ceterum. ⁊ facit gloſ. ibi. ⁊ illud idē
tenet Jo. de lig. ⁊ ibi habet an debeat ſe facere ad ſacerdotiū promoueri.
⁊ de preben. nō facientū ſe promoueri ad ordines. Quinto q̄ritur ſi ec
4 cleſia † regularis vni' ordinis ⁊ religionis pfeſſionis ⁊ habit' quo
ad religioſos vniatur alteri eccleſie regulari vnius ordinis ⁊ religio
nis. profeſſionis ⁊ habitus quis poſſit aſſumi ad regimē talium ec
cleſiarum. rñdeo ille qui eſt expreſſe profeſſus vt in cle. ne in agro.
de ſta. mo. §. ſane. vbi eſt caſus. Sexto queritur an talis debeat eſſe
profeſſionis ordinis eccleſie regularis cui ſit vnio. quia illius eccle
ſie principalis prelatus reputatur ne ſe. va. c. j. ⁊ facit qđ no. gloſ. de
reſcriptis. gratia lib. vj. tamen. xiij. q. prima. et temporis. videtur
dicere qđ cenſetur etiam prelatus vtriuſq;. et vide caſum de elect.
nullus. lib. vj.

Summarium.

1 Eccleſie due vnite cum regantur ſub vnico prelato, in qua illa
rum reſidebit prelatus.
2 Qualitas temporis eſt inſpicienda vt prelatus poſſit reſidentiam
facere in vna ſuarum eccleſiarum vnitarum.

Capitulum. viij.

Nunc venio ad octauum
1 capitulum principale videlicet, cum † due eccleſie
vnite regantur ſub vnico prelato in qua illarum
reſidebit prelatus. text. in cap. et temporis. xij. q. j.
dicit qđ ibi reſidebit, vbi cōmodius ⁊ vtilius eſſet
et ex tribus verbis, pondera. primum verbum dicit commodius.
iſtud verbum reſpicit commoditatem quo ad perſonam prelati.
patet exemplum, vnus locus eſt in peſtifero aere. de renun. ad ſup
plicationem. Item ſi vnus locus eſt in medio nationis peruerſe.
de elect. cap. officij. Item ſi locus propter hoſtilitatem eſt deſola
tus. de relig. domi. quia monaſterium. item ſi locus ſit ab infide
libus captus, et ſub poteſtate detentus. de parochi. ſuper eo. et in
dicto. c. j. ne ſe. va. de verbo. ſignifi. c. j. lib. vj. §. primo. Item ſi locus
eſt deſertus nec habitatus nec cultus. de ver. ſignl. c. j. li. vj. §. j. Itē
ſi populus illius loci ſit indomitus. de renū. cū pridem. §. pro gra
ui. Itē ſi in illo loco ſint ſciſmatici, heretici vel infideles. de pſcrip.
c. j. Item ſi locus ille ſit interdictus. de ſen. excō. ſi ſententia. lib. vj.
Itē ſi ille ſit in rebellione, vt loquunt iura de ma. ⁊ ob. cū in eccleſiis.
de offi. dele. ga. ſane. de preben. c. fina. de cenſi. nuper. de ſtatu mona.
ea que. de noui oper. nuncia. c. ij. de ſenten. excom. vt fame. de re iu
dicata

dica.de.paſtorali. Item ſi in loco habitant capitales inimici vel lite non conteſta. accedens. ⁊ in clemen. paſtoralis. de re iudi. Item ſi in loco non poſſet habitare propter partialitates. facit quod no. Jo. de cle. non reſi. c. vnico. libro. vi. item ſi non audet intrare in illo loco Item ſi timetur de tyrannide preſidentis in illo loco vt hec duo probantur de reſcrip. ſtatutum. §. cum vero. libro. vi. Et pro regula di-
2 cendum eſt quod in † quo reſideat inſpicitur qualitas temporis. et in. d. c. ⁊ temporis qualitas ⁊ locorū. Secundo ponderamus illud verbum. vtilius, quod eſt in. d. c. ⁊ temporis. ⁊ illud reſpicit vtilitatē eccleſiarum, quid ſit vtilius vni eccleſie vel alteri. Tertio ponderamus illud verbum, etiam proſpexerit, quod eſt in. d. c. ⁊ tēporis. per quod apparet quod in arbitrio prelati eſt in quo loco reſideat, ⁊ in arbitrio prelati eſt quid ſit cōmodius ⁊ vtilius. Notandum autem eſt qđ ſi eccleſia curata ſit anneya prebende eccleſie cathedralis, reſidere debet in eccleſia cathedrali, ⁊ vbi quis hʒ diſpenſatiue duo iura, reſidebit in maiori ⁊ in minori deſeruit per vicarium. de quo plene in. c. extirpande. §. quia vero. de preben. ⁊ ibi per Hoſti. ⁊ Joan. and. ⁊ ſequaces.

Summarium.

1 Eccleſie due quando ſunt vnite que reguntur ſub vnico prelato et moritur, an poſt mortem huius dicantur vacare ambe eccleſie.
2 Eccleſia que eſt de menſa non dicitur amplius vacare.
3 Eccleſia dicitur vacare mortuo prelato.
4 Emptor vel colonus fructuum eccleſie an habeat ius, in eccleſia vnita quo ad proprietatem vel quo ad poſſeſſionem.

Capitulum. ix.

Nunc veniamus ad nonū capitulum principale videlicet quando † due eccleſie ſunt vnite que reguntur ſub vnico prelato et prelatus moritur. an poſt mortem huius prelati dicantur vacare ambe eccleſie, an vero altera: ⁊ que: an videlicet eccleſia que vnitur, an eccleſia vero cui ſit vnio. videtur quod per mortem prelati vacet vtraqʒ eccleſia. ratio, quia vtriuſqʒ eccleſie ipſe eſt prelatus. xvi. q. i. ⁊ temporis. in contrarium videtur quod ſolum dicatur vacare eccleſia cui facta eſt. ne ſed. vac. c. nouit. Item quia eccleſia vnita non dicitur amplius vacare. de exceſ. prela. cle. frequens. verſi. quidam. Item quia ex quo dignitas eſt vnita alteri eccleſie perinde eſt ac ſi dignitas eſſet ſuppreſſa et ſublata, vt not. glo. in. d. c. ſed conſtat quia dignitas ſuppreſſa ⁊ ſublata nō dicitur amplius vacare. de conſtitu. cum acceſſiſſent. Preterea quando eccleſia vnitur alteri per collationem que ſit de eccleſia cui facta eſt vnio intelligitur collata eccleſia que vnitur. de reſcript. c. gratia. libro. vi. nec enim requiritur collatio eccleſie vnite vt ibi dicit gloſ. Preterea hoc videtur probare in. d. c. i. ne ſed. vac. vbi monaſteriū vnitum eccleſie cathedrali ⁊ per mortem prelati ſolum dicitur vacare eccleſia cathedralis cui facta erat vnio. reſpondet. quandoqʒ due eccleſie vniuntur ita qđ quelibet remanet de per ſe, et tunc quelibet dicitur vacare per mortem prelati. quandoqʒ vna eccleſia vnitur alteri, ⁊ tunc non dicitur eccleſia vnita vacare, ſed dicitur vacare eccleſia cui facta eſt vnio. vt. d. clemen. frequens. de exceſ. prel. Et eſt hoc vtile ſcire propter modum impetrandi talia beneficia: quia quādo eccleſia eſt vnita alteri, illa ſola impetrabitur vt vacans cui facta eſt vnio.

2 Sciendum autem eſt quod † eccleſia que eſt de menſa non dicitur amplius vacare. ⁊ ideo ſi prelatus eccleſie cuius menſe facta eſt vnio non inſtituat ibi rectorem, non deuoluitur ad ſuperiorem ius conferendi illam eccleſiam. de quo per glo. ordinariam. de ſup. negli. prela. cle. vnica. ſuper verbo, de menſa. probatur hoc de exceſ. prela. cle. frequens. verſiculo quidam etiam. Idem dicit Paul. in dicta cle vnica. ſed videtur quod eccleſia que eſt vnita menſe dicatur vacare. videtur caſus ne ſe. vac. c. nouit. dicit ibi text. quod ſede vac. nihil eſt innouandum. illud verbum, ſede vacante, refertur non ſolum ad epiſcopum cui facta erat vnio, ſed etiam ad epiſcopatum qui erat vnitus. Preterea hoc probatur per eandem decre. verſi. interim autem. vbi mortuo epiſcopo qui erat prelatus ambarum eccleſiarum papa conſtituit quendaʒ priorem qui habet curam monaſteriū quod erat vnitum, ergo monaſterium dicatur vacare. Preterea vnus ⁊ idem rector vtriuſqʒ eſt eccleſie, ergo per mor-
3 tem prelati vtriuſqʒ eccleſie vtraqʒ vacabit eccleſia: quia † eccleſia dicitur vacare per mortem prelati, vt. c. i. ⁊. ii. de conceſ. preben.

Preterea ſi mortuo prelato diceremus eccleſiā vnitam nō vacare, quis eēt rector eccleſie vnite certe nullus, quod repugnat iuri; quia eccleſia non vacans non debet eſſe ſine rectore. de cle. non reſi. c. ſi. de prebē. cum ſingula. lib. vi. preterea per collationem que ſit de eccleſia cui facta eſt vnio intelligitur collata eccleſia que eſt vnita. de reſcrip. gratia. lib. vi. ergo talis eccleſia vnita dicitur vacare, quia ſi non vacaret non intelligeretur etiam facta collatio de illa eccleſia vnita: quia beneficia non vacantia non conferuntur, vt in. c. i. ⁊. ii. de conceſ. preben. non obſtat. d. cle. frequens. verſi. quidam etiaʒ, que dicit quod vbi eccleſia eſt de menſa non vacat, quia ibi non loquitur quando prelatus cuius menſe facta eſt vnio decederet. Sed loquitur quādo prelatus cuius menſe facta eſt vnio locat bona eccleſie vnite, vel vēdit fructus illius eccleſie: quo caſu per mortem talis tēporis vel co-
4 loni non vacat talis eccleſia vnita: quia talis † emptor vel colonus non habet ius in eccleſia vnita vel quo ad proprietatem vel poſſeſſionem. Et ita intelligitur. §. ille per Jo. de lig. ſuper verbo: non vacent. ⁊ eo. modo glo. in clemen. i. de reſcrip. ſuper verbo, haberēt intelligit dictam cle. frequens. verſi. ſi quidem. ⁊ per hoc patet quod vnus ⁊ idem ſit prelatus vtriuſqʒ eccleſie. ne ſede vac. c. i. ex quo per mortem prelati vacat eccleſia vnita, quod poſſit impetrari tanquā vacans, dummodo in reſcripto fieret mentio de vnione, ſicut dicimus de eccleſia conceſſa in commendam que poteſt impetrari vt vacans. dummodo in reſcripto fiat mentio de commenda. de electio. nemo deinceps. lib. vi. Sed queritur ſi parochialis eccleſia vnitur prebende ⁊ moriatur prebendarius an dicatur vacare parochialis eccleſia, eſto quod habeat vicarium perpetuum ſecundum formaʒ capituli extirpande. §. qui vero. reſpondeo dicitur vacare tamē ex quo alius canonicus inſtituitur in loco canonici premortui, tūc per collationē canonicatus intelligitur collata eccleſia vnita. de reſcri. gratia. libro. vi. tamen a regimine illius eccleſie non remouebitur vicarius in inſtitutione cum ſit ibi perpetuus vicarius: vt in. c. extirpande. §. quatuor.

Summarium.

1 Dioceſano que iura remaneant in eccleſia vnita.
2 Papa ſi vnit monaſteria diuerſorum dioceſum. quilibet dioceſanus in monaſterio ſue dioceſis iuriſditionem epiſcopalem exercet.
3 Ordo confunditur, ſi vnicuiqʒ epiſcopo ſua iuriſditio non ſeruet.
4 Denominatio ſit a capite.

Capitulum. x.

Nunc venio ad decimum ca-
1 pitulum principale que † iura remaneant dioceſani in eccleſia vnita. dicebat Inno. de priuile. c. paſtoralis. qđ eadem iura que dioceſanus retinet in eccleſia cōceſſa in proprios vſus: eadem retinet ſi vniat duas eccleſias quocunqʒ genere vnionis, ergo dioceſanus in eccleſia vnita habebit inſtitutionem ⁊ procurationē vt breuiter omnia ſpiritualia ⁊ omnem iuriſditionem ſm̄ Inno. in. d. c. paſtoralis. Aduerte qđ dicit Inn. in. c. paſtoralis. qđ dioceſanus in eccleſia vnita habet ius inſtituendi, non dixit procedere, quia vnita non vacat, vt cle. frequens. ergo non ſit inſtitutio rectoris in ea, ſed ſolum in ea cui ſit vnio.

Deinde queritur ſi eccleſia vnita eſt vnius dioceſani, et eccleſia cui ſit vnio eſt alterius, ⁊ agatur de alienatione rerum eccleſie vnite quis ex illis dioceſanis autorabitur illi alienationi. rñdeo dioceſanus eccleſie vnite. in. d. c. paſtoralis. ⁊ ibi ſubdit qꝙ ſi vna eccleſia ſola ſit vnius dioceſani que habeat bona in alia dioceſi quod in alienatione bonorum illorum autoritatem interponet dioceſanus q̄ preeſt illi eccleſie quod proſequere vt ibi dicit Inno. tex. in. c. quia mo-
2 naſterium. dicit quod † ſi papa vnit monaſteria diuerſorum dioceſum, quilibet dioceſanus in monaſterio ſue dioceſis iuriſditionem epiſcopalem exercet. Jo. an. autem dicit quod cuilibet ex dioceſanis ſeruatur ius epiſcopale: quia locus vnitus alteri eccleſie non mutat naturam: ſed ſi locus mutaret naturā ſuam, tūc acciperet iura à iure vel cōſuetudine cōmutatione nature: ſicut ⁊ videt in monaſterio facta capella qđ aſſumit iura cōpetentia capelle. etiā cum ſuo preiudicio. de cap. mo. dilectus. de ec. ędi. ad audientiā. ſi. de maio. ⁊ obe. cū olim. de ſta. mo. recolētes. per illā em̄ vnionē ius ep̄ale nō tollitur, ſicut nec ꝓpter acquiſitionē territorij ius cōuentuale nō mutatur. xvi. q. v. poſſeſſiones. ⁊. q. iij. ſic. per talē ergo vnionē quam facit papa in. d. c. qꝛ monaſteriū, nō intendit iuri dioceſani vel alterius derogare niſi hoc exprimat. idē colligit de cōſuetudine. cū olim. de auto. ⁊ vſu pallij. ex tuard. de offi. ordi. lʒ. de maio. ⁊ obe. cū inferior. ff. ne quid in loco pub. ſi quid a principe. de decimis. ex multiplici.
3 eccleſiaſticus † namqʒ ordo cōfunditur ſi vnicuiqʒ ep̄o ſua iuriſditio nō ſeruetur. xi. q. i. peruenit. de dona. inter dilectos. Illud ergo monaſterium vnitum reſpondebit de iuribus epiſcopalibus ep̄o in cuius dioceſi eſt illud monaſterium. Aliud vero monaſteriū cui facta eſt vnio rñdebit de iuribus epiſcopalibus ep̄o in cuius dioceſi eſt illud monaſterium: et ſic apparet quod monaſteria ſunt ſub

iuriſditione epiſcopi.⁊ hec ponuntur per Inno.Hoſtien.Jo.an.⁊
Jo.de lig.in.d.c.quia monaſterium.

Sed queritur ſi vnum monaſterium vniatur alteri ſic cum ambo monaſteria regant ſub regimine vnius abbatis:vt.c.⁊ tēpoꝛis.quis cōfirmabit illum abbatē an ille dioceſanus monaſterij vniti,an vero dioceſanus monaſterij cui facta eſt vnio.dicebat Jo.de lig.in.d.c.qꝛ monaſteriū.qd confirmatio pertinet ad dioceſanū monaſterij cui facta eſt vnio.vtitur tn̄ ipſe his verbis,qd epiſcopus maioꝛis monaſterij habebit cōfirma-
4 re.quia † ſit denominatio a capite.ff.de reli.l.cum in diuerſis.iſtud non videt verum:qꝛ cum epo reſeruetur iuriſdictio epiſcopalis i monaſterio ſue dioceſis cui facta eſt vnio, videt q vterq; dioceſanus debeat illum abbatem cōfirmare:aliſ derogaretur iuriſditioni monaſterij vniti,qd fieri nō debet:vt.d.c.qꝛ monaſterium.

Summarium.

1 Eccleſie due quando vniuntur,an ſub regimine vnius prelati conſiſtant.
2 Eps qua ex cauſa capellam poſſit vnire prebende. 3.
4 Epiſcopus quo caſu debeat prouidere canonico egenti.
5 Capella vnita prebende,an conſtituendus vicarius.
6 Vicarius vbi eſt inſtituendus perpetuus quis eum inſtituet.
7 Eccleſia parochialis ſi vnitur prebende quis dicetur prebendarius ipſius eccleſie.
8 Prebendarius quando habeat curam ſtrictam.
9 Induſtria perſone eſt electa in vicario.
10 Capitulum vacāte ſede habet adminiſtrationem in tempoꝛalibus ⁊ ſpiritualibus.
11 Dignitas licet ſit in eccleſia,tamen eccleſia non tenetur ad debita illius dignitatis.

Capitulum.xi.

1 **VEnio nunc ad vndecimum** capitulū principale qd̄ † qn̄ due eccleſie vniunt,ſub regimine vnius prelati conſiſtunt:⁊ vtriuſq; eccleſie ille prelatus adminiſtrator dicitur quecūq; vel de eorum pluꝛis.vel clerici ordinatione ⁊ promotione atq; alia que viſa fuerint ordinare vel diſponere habebit vt ꝓprius ſacerdos liberā licētiam obtinēdo.xvj.q.j.⁊ tpis.qn̄q; tn̄ ꝯtingit q eccleſia curata vnit prebende canonice eccleſie cathedralis vt patet de prebē.extirpande.§.qui vero.⁊.c.expoſuiſti.eo.ti.⁊.c.ſup eo.lib.vj.que decre.de huius vnione loquitur.Ideo pro illarum decretalium intellectu hec declaro per infraſcriptas queſtiones.

¶ Primo querit cuius autoꝛitate talis eccleſia curata vniatur dicte prebende.videtur enim q requirat autoꝛitas pape.na3 tēpoꝛe gn̄alis cōcilij de quo in.c.extirpāde.§.qui vero.pauce aut nulle capelle inueniebant annexe,nec videbat prelatis q poſſent de nouo annectere:qꝛ dicebat conciliū ſi nō erat annexa opoꝛtebat q rectoꝛ in propria perſona deſeruiret.vnde ſi annecterēt timebāt facere cōtra concilium qd futura reſpicere videbatur.de conſtit.cognoſcentes.tamen ante illud concilium decernebant capelle a canonicatis. Nam ſi fuiſſent ab antiquo prebēdis annexe.non debuiſſet eis auferri.dicas qd eps.autoꝛitate oꝛdinaria pōt vnire talem eccleſiā illi prebende de cōſenſu ſui capituli de reb.ec.cle.ſi vna.

2 **Secūdo principaliter** † queritur ex qua cā eps illā capellā vniat illi prebēde.tex.in prealleg.c.expoſuiſti.dicit q propter euidentez vtilitatem vel neceſſitatē illa vnio fieri pōt de autoꝛitate epi.eſt euidens neceſſitas.qꝛ nulli ſunt canonici in eccleſia cathedrali vel paucíſſimi.de cle.nō reſi.ad hoc.de elec.cū eccleſia.vtilitas autē dicitur adeſſe qn̄ in eccleſia cathedrali ſunt canonici tam ſimplices ⁊ idiote ⁊ quaſi nulli vel nō ſunt.ita boni ſicut inuenirent ſi prebende eſſent pinguioꝛes.dз ergo eps in hmōi vnione diſcretione preuia vti, ne ſcз neceſſitatē vel vtilitatē que nō eſt ſubeſſe putet.de reſcrip.cū cōtingat.oſtcreteꝙ; prouideat ne eccleſiarū cura pericliteſ ꝓpter prebendarum paupertatē.ſit illa vnio propter quā damnificabaſ eccleſia cathedralis:qꝛ non reperiebant perſone idonee.que tante paupertati vellent ſe obligare.⁊ etiam indecēs erat q debeāt mendica-
3 re.de cler.egro.c.j.⁊ de preben.cum.ſed propter † neceſſitatē vel vtilitatem predictā pōt eps prebēdas eccleſie cathedralis de capellis annectēdis illi prebēde augmētare.Et augmētare dicit aſſignādo in capellis certas penſiones.nec obſtat de preben.extirpande.in ſi. qꝛ ibi fiebat in fraudē.ſed in.c.expoſuiſti.fiebat bona fide ⁊ cā rationabili.vel dic augmētare admittēdo capellas.nec ob.decre.extirpāde.§.qꝛ vero.qꝛ ibi ab illo ſtatuto ⁊ quolibet alio neceſſitas vel vtilitas eccleſie tacite intelligatur excepta.decre.de multa.de prebend. §.ſi.in gl.ſi.¶ Ex his patet quod ex magna ⁊ probabili cā pōt epiſcopus vnire contra illud concilium extirpande.⁊ eo.ti.c.vacante.
nec illa conſuetudo teneret per quā impediretur vnio ſubſiſtente neceſſitate vel vtilitate predicta. Et ſi talis capella non eſt tanta ꝑ quam prebenda poſſit augmentari.tunc in nullo grauanda eſt, vt vitetur periculum animarum:⁊ iſto caſu melius eſt extra quam in eccleſia cathedrali inſtituantur canonici quales poſſunt inueniri qui vt eorum prebendis q meliores canonici inueniantur ſtatu vniō capellarum que poſſet nullum ſufficientem inuenire rectoꝛem.de
4 his que ſi.a prela.c.paſtoꝛalis.Iſto enim caſu epiſcopus † debebit prouidere canonico egenti de cle.egro.c.de rectoꝛibus.in fin.ſcḋm Hoſt.in.d.c.expoſuiſti.licet tamen Hoſti.dicat q ex cauſa rationabili epiſcopus poteſt venire contra cōcilium de quo.c.extirpande dicas q ibi concilium non prohibet vnionem ſed permittit annexionem de eccleſia vacante,vt ibi no.

Tertio queritur an propter neceſſitatem vel vtilitatē de quo loquitur.c.expoſuiſti.eps teneatur facere etiam illam annexionem vel vnionem tex.in.c.expoſuiſti.dicit q epiſcopus poteſt id diſcretione preuia, ⁊ ſic videtur relinqui in arbitrio epi.verbum enim pōt impoꝛtat voluntatem ⁊ non neceſſitatē.vt not.in regula beneficium.de reg.iur. lib.vi.Inno.in.d.c.expoſuiſti.ver.imperpetuum admittendum.

5. ¶ Quinto principaliter querit † an in tali capella ſic vnita tali prebende cōſtituet vicarius.⁊ ſi dз cōſtitui vicarius an ille vicarius erit perpetuus vel tempoꝛalis.tex.in.d.c.extirpande.§.qui vero.dicit qd dз conſtitui vicarius ⁊ erit perpetuus:ſed dicebat glo.in cle.frequens.de exceſ.prela.verſi.quidā qd quando eccleſia annexa prebēde recipit inſtitutionē ad regimen eccleſie vel ſaltem populi,tūc locum habet,qd ibi ponitur vicarius perpetuus.⁊ ita loquitur.c.extirpande.§.qui vero.de iurepatro.clemen.j.aut pleno iure ſpectat ad prebendarium ⁊ quo ad ſpiritualia,intantum quod vicariū vel rectoꝛem perpetuum non habet alium quam cui facta eſt annexio, ⁊ tunc ibi ponitur vicarius tēpoꝛalis etiam ſi talis eccleſia ſic curata per hoc vide qd not.de preben.c.de monachis.

6 ¶ Sexto querit eo caſu † quo dз inſtitui vicarius perpetuus quis inſtituet talem vicarium.dicūt quidā qd dioceſanus.de cap.mo.c.j. lib vi.Alij dicunt qd canonicus prebēdarius talem vicariū preſentabit epo.⁊ epiſcopus illū inſtituet:ſed ſi infra ſex menſes illuз epo non preſentat priuabit ptāte preſentandi ea vice.⁊ ita dicebat Jo. de lig.in.d.c.extirpande.§.qui vero.

Septimo queritur eo caſu quo prebendarius nō preſentet talem vicariuз epo,an punietur aliqua pena.reſpondeo,priuabit illa eccleſia ſic annexa ⁊ ipſo iure priuat. vt dicit glo.in.d.c.extirpande.§.qui vero.⁊ iſta priuatio durabit eo toto tēpoꝛe quo viuit ille prebendarius qui negligens fuit in preſentando:eo vero moꝛtuo qui ſubrogabit in locum illius premoꝛtui recuperabit illam eccleſiam.⁊ ſic ptз quod non diſſoluit vnio ꝓpter negligentiam prebendarij ſm Joan.de lig.in.d.§.qui vero.qui ſubdit quod ſi prebendarius eſt negligens in preſentando, illa eccleſia que erat vnita poterit alteri conferri, ſed illa collatio reſcindetur poſtq̄ alius canonicus ſubrogatur in locum illius premoꝛtui qui negligens fuit.

7 ¶ Octauo querit.ſi † eccleſia parochialis vnitur prebēde quis dicetur prebēdarius ipſius eccleſie,⁊ ad quē pertinebit cura illius eccleſie parochialis.an immediate ad prebendatū an vero ad ꝑpetuū vicarium gl.l.c.expoſuiſti.de prebē.dicebat q prebēdarius erat prelatus illius eccleſie curate vt ſacerdos qui in eccleſia curata cōſtituitur,erit loco perpetui vicarij.ſubdebat tamē ibi glo.vз qd ſi prebendarius recipit certam poꝛtionem de prouentibus eccleſie vnite nec ſibi aliquam iuriſditionem exercet, tunc vicarius perpetuus cenſet rectoꝛ illius parochialis eccleſie.⁊ animarum curā habet.dicit Inn. ⁊ Jo.in.d.decre.expoſuiſti.qd ſi parochialis eccleſia donaretur alicui collegio vt cedat in ſuos vſus,tunc cura pertinet ad collegium, non aūt ad ſingulos de collegio.xij.q.ij.qui manumittitur.qn̄ vero eccleſia vnitur prebende:tunc prebēdarius eſt prelatus illius eccleſie,⁊ hз curam illius eccleſie.Similiter vicarius perpetuus hз curaз de offic.vic.c.j.⁊.ij.Juſtum eſt enī vt qui percipiat emolumentū, ita qd onus cure percipiat.de prebē.c.ſecundū vbi prebēdario aſſignatur tn̄ certa prouiſio de bonis illius eccleſie.dicebat tamen Innoc.
8 in.c.extirpande.§.q vero.qd qn̄q; † prebēdarius hз curā ſtrictā, vt qꝛ ſcз ſuper vicariū vel in certis caſibus tn̄:qn̄q; eſt latioꝛ vt gn̄aliter poſſit interdicere,excōicare ⁊ exercere ſimilia que ſunt de cura. eſt ergo hic vicarius perpetuus vicarius penitentialis foꝛi.text.in c.ſuper eo.de prebē.dicit qd prebēdarius hз ſpiritualem iuriſditionem,exercere ergo curam habet.

Vltimo queritur,cū vicario perpetuo parochialis eccleſie aſſignetur cōgrua poꝛtio de prouentibus eccleſie, quāta erit iſta poꝛtio dicebat glo.in.d.c.expoſuiſti, q dз eſſe tanta poꝛtio ex qua iura epalia ſoluere poſſit ⁊ hoſpites recipere. de ꝑbē. de monachis.vicarius vero congruam dз habere poꝛtionem ⁊ reſiduum aſſignare prebendario.⁊ vide quod not.c.ij.de offic. vica. dicit glo.quod talis vicarius debet eſſe ſacerdos cū habeat curam animarum,⁊ dз eſſe perpetuus canonice inſtitutus cū certa poꝛtione.

Ex quibus

Et quibus caſibus conſti. perpetui vicarij vide per Hoſtie. in.c.ex
tirpande.§.qui vero.de preben. vide qḋ not.in.c. clericos. de offic.
vi. vbi perpetuus vicarius de quo loquitur.c.extirpande.§.q vero
9 non pōt inſtituere alium vicariū:q2 † in vicario eſt electa induſtria
perſone.de offi.deleg.§.is cui.lib.vi. ꝛ qḋ not.in cle.j.de offi. delega.
ꝛ quia certum miniſteriū eſt ſibi cōmiſſum.de offi. deleg.c.ſi. ad tps
tamen modicum ꝛ ex cā magna pōt alium vicarium ſubſtituere ſm
Hoſt.ꝛ Jo.an.in.d.c.clericos.ꝛ dicebat ibi Hoſt.qḋ non obſt.qḋ ſub-
ſtituere pōt procurator.de procu.c.j.lib.vj. Et ideo procedit, quia
procuratoris induſtria non eſt electa.ꝛ vide de iſtis perpetuis vica
rijs qui debent ad ſacerdotium promoueri ꝛ eſſe debent illius eta-
tis cuius eſſe debent promoti ad curam animaꝝ,ꝛ quod vocetur
beneficium curatū de offi.vic.cle.que de eccleſijs.vbi glo. ponit etiā
de vicarijs temporalibus.ꝛ vide de fide inſtru.c.perpetuus.vbi ha
betur an vicarius dicaf habere ius ꝛ titulum in re,ꝛ an poſſit agere
ꝛ defendere prout vica.

Demum queritur Titius erat archipreſbyter
eccleſie cathedralis,ꝛ eius pre
benda fuit eccleſie curate.ꝛ in dicta eccleſia curata poſuit perpetuū
vicarium cui promiſit dare certam annuatim quantitatem, deinde
iſte archipreſbyter aſſumitur in epiſcopum cathedralis eccleſie, et
fructus dicte curate eccleſie reſeruauit archipreſbytero: p̄dict⁹ aūt
Titius archipreſbyter ſoluit predicto vicario perpetuo certā par-
tem dicte pecunie pro tpe quo fuit archipreſbyter. Nō q̄rit p̄ reſi-
duo dicte pecunie nō ſolute quis teneaf ad ſoluēdū dicto vicario, an
p̄fatus aſſumptus in epm̄,an vero capl'm eccl'ie cathedralis,an vero
nouus archipreſbyter qui ſubſtituitur in locū dicti archipreſbyte
10 ri tranſlati ad dictum epiſcopatum. premitte qḋ † capitulū vacāte
ſede habet adminiſtrationem in temporalibus ꝛ ſpiritualibus. de
ſup.negli.prela.c.pluraliter.lib.vj.ꝛ habet cuſtodire ꝛ ſeruare fru-
ctus, redditus ꝛ obuentiones futuro ſucceſſori. vt.c.qi ſepe.de ele.
in.vj.ad quem pertinet emolumentū,ad illum pertinet onus.C.de
cadu.tol.l.vlti.de reg.iur.qui ſentit.li.vj.cū glo. ꝛ vſufructuarius
tenetur ad onera ꝛ tributa.ff.de vſufructu.l.hactenus.l.ſi penden-
tes.ꝛ ſucceſſori tenetur ſoluere debita ſui predeceſſoris pro vtilita-
te eccleſie contracta.de ſolu.c.j.hoc premiſſo dicendū eſt ꝙ ab eo tē
pore quo cepit ad alium pertinere ius adminiſtrandi, bona dicte
eccleſie curate ille tenebitur vicario ad ſolutionē reſidui dicte pecu
nie. Ante ergo ꝙ̄ ſit facta prouiſio alicui de dicto archipreſbytera-
tu vacante tūc tenetur capitulū cathedralis eccleſie ſoluere reſiduū
dicte pecunie dicto vicario. Dicas qḋ iſte creatus epiſcopus nō te-
netur quia non promiſit vt epiſcopus, qḋ patet:q2 promiſit anteꝙ̄
eſſet tranſlatus ad epiſcopatū. Item non tenetur vt archipreſby-
ter,q2 deſiuit eſſe archipreſbyter ex quo tranſlatus eſt ad epiſcopa
tum. Item non tenetur vt Titius,q2 non promiſit vt priuata per-
ſona,ſed vt archipreſbyter.ꝛ ſic ſub ratione dignitatis. facit de p̄
cura.l.qui procuratori.ꝛ pro emptore.de immu. eccle.c. aduerſus.
Item nō tenetur capitulū cathedralis eccleſie:q2 capitulū nō pro-
mittit pro rectore eccleſie qui eſt de membris eccleſie cathedralis:q2
11 † licet dignitas ſit in eccleſia, vt patet de offi.leg.c. pluraliter li.vj.
tamen eccleſia non teneſ ad debita illius dignitatis. Cōclude ergo
qḋ ſuccedens in archipreſbyteratu, tenetur ad dictum ſalarium.

Summarium.

1 Unio eccleſiarum an ſit perpetua vel temporalis.
2 Unio an preſumatur facta contemplatione eccleſie, vel rectoris ec-
cleſie cui facta eſt vnio.
3 Unio quando preſumatur facta contemplatione perſone.

Quibus modis vnio dicatur perpetua ſiue temporalis.

ET ante omnia premittendū
1 eſt qḋ ſolet dubitari an † vnio ſit perpetua vel tēporalis.
Rn̄d⁹o quod eſt perpetua in tribus caſibus.
Primo qn̄ id exprimiſ in vnione.de prebē.extirpāde.§.q vero.
ibi cum dicit tex.in perpetuū. Secūdus caſus eſt qn̄ vnio ſit cōtem
platione eccleſie cui ſit vnio:q2 dignitas non moritur:vt eſt caſus in
c.nouit. ne ſede vac. ibi dum dicit, ne plus cauiſſet perſone ꝛc. Ter-
tius caſus eſt qn̄ vnio ſit ad beneplacitum apoſtolice ſedis.de reſcri.
ſi gratioſe.lib.vj. Quandoq3 vnio eſt temporalis vt q2 in vnione id
exprimitur vel quia ſit contemplatione perſone, quia mortua per-
ſona extinguitur vnio.facit de offi.deleg.quoniam abbas.
2 Secūdo queriſ an † vnio preſumaſ facta contēplatione eccleſie
vel rectoris eccleſie cui facta eſt vnio. Rn̄deo facta contemplatione
eccleſie:vt.d.c.nouit.verſi.maxime.vbi eſt caſus.
Tertio queriſ ſi in vnione exprimaſ eccleſia cui facta eſt vnio et
perſona nominatim rectoris eccleſie que vnit ꝛ ſiat expreſſio pſone
per propriū nomen perſone an preſumaſ facta vnio cōtemplatio-
ne perſone vel eccleſie:rn̄deo preſumiſ facta contēplatione eccleſie.
caſus eſt in.d.c.nouit.verſi.maxime.vbi vnio erat facta eccleſie Ba-
ronenſi expreſſo proprio nomine ſagarixa, qui erat epūs eccleſie Ba
cionenſis:ꝛ tamen text.in.d.§.maxime.dicit qḋ preſumiſ facta cō
templatione eccleſie ꝛ nō perſone.ꝛ facit qḋ no. Jo. de teſta.c.requi
ſiſti.vbi dicit Joan.ꝙ ſi legatur alicui eccleſie expreſſo proprio noīe
prelati:preſumitur legatum contemplatione eccleſie.
3 Ultimo queritur quando † preſumatur facta vnio contempla-
tione perſone.reſpōdeo quando viuēte prelato eccleſie cui ſit vnio,
illo quidem prelato mortuo ſtatim illa vnio reuocatur.caſus eſt ad
literam in.c.nouit.§.ſi quid eo viuente.ne ſede vacante.

Explicit Tractatus de vnio-
ne eccleſiarum domini Petri de Peruſio.

Tractatus de reuocatione vnionis exquiſitiſſimi doctoris domini Petri de Peruſio, Incipit.

¶ Prefatio.

Poſtquã vidimus de vnione eccleſiarum nunc reſtat videre de reuocatione vnionis. et hunc articulũ proſequar ad ſeptem capitula principalia. ¶ Primum capitulum principale ex quibus cauſis reuocetur vnio. ¶ Secundũ ad quorum petitionem reuocetur vnio. ¶ Tertium quo tempore poſſit peti ꝙ reuocetur vnio. ¶ Quartum cuius autoritate reuocatur vnio. ¶ Quintum an in reuocatione vnionis vertatur cauſe cognitio. ¶ Sexto qui citari debeant cum petitur reuocatio vnionis. ¶ Septimũ in quo ſtatu remanent eccleſie reuocata vnione.

Summarium.

1 Vnio quibus ex cauſis reuocetur.
Cauſa finali ceſſante, ceſſat effectus.
2 Vnio ſicut fit cum monaſterium eſſet poſitũ in loco nationis peruerſe, ita et cum deſinit natio peruerſa reuocabitur vnio.
3 Eccleſia vnita quando propter vnionem vergit in deteriorem ſtatum eccleſie vnite, reuocatur vnio.
4 Vnionem reuocant cõſuetudines que inferunt grauamẽ eccleſijs.

¶ Capitulum. j.

Venio ad primum ca-
1 pitulum principale† ex quibus cauſis reuocatur vnio. et ſuper hoc trado tres regulas. ¶ Prima quidẽ regula talis eſt, vbi vnio fit per certam et determinatam et finalem cãm. Illa quidem finali cauſa poſtmodũ ceſſante reuocabitur vnio. Nam ceſſante cauſa finali ceſſat effectus. de hoc plene in. c. poſt trãſlationem. de renun. in glo. arg. et optime facit in ratione ſui. de decimis. c. ſuggeſtum. et facit qꝺ plene not. in regula decet. lib. vj. et huius regule patẽt exempla. Primo per paupertatẽ eccleſie fit vnio. de ſtatu mona. c. j. § ad hec. ſi poſtmodũ augeantur facultates eccleſie reuocabitur vnio, ſicut excreſcentibus facultatibus eccleſie augetur numerus canonicorũ. de conſti. cũ. M. Item ſicut deficiente populo reuocabitur vnio. Item ſicut ꝓpter hoſtilitatẽ recedẽtibus monachis a monaſterio fit vnio. de relig. do. quia ad monaſteriũ. ita et ceſſante hoſtilitate et redeuntibus monachis ad monaſterium re-
2 uocabitur vnio. Item ſicut † fit vnio cũ monaſterium eſſet poſitũ in loco nationis peruerſe. de elec. officij. ita et cũ deſinit natio peruerſa reuocabitur vnio. Item ſicut capto loco ab infidelibus fieret vnio. de paro. c. ij. ſicut deſerto loco eo modo quo deſertus locus accipitur de verbo. ſig. c. j. lib. vj. ita ceſſante deſertione reuocaretur illa vnio. Item cum perſecutionis rabie ſeuiente cũ proficere nequeat prelatus in regimine paſtoralis. de renun. poſt trãſlationem. vel ꝓpter malitiam plebis, quã plebs adeo dure ceruicis exiſtit vt proficere nequeat prelatus apud ipſam. de renun. niſi cum pridẽ. § propter malitiam, fieret vnio. Nam ceſſante illa malitia plebis et perſecutione reuocatur illa vnio. Item cũ eccleſia eſſet in rebellione romane eccleſie propter illaꝫ quidẽ cãm poſſet vniri illa eccleſia alteri eccleſie que non eſſet in rebellione Romane eccleſie. Ceſſante ergo illa rebellione reuocatur vnio.

3 Secunda regula talis eſt: quãdo † propter vnionem eccleſia vnita vergit in deteriorem ſtatum eccleſie vnite reuocatur vnio. hec regula probatur ne ſe. va. c. j. ibi dum dicit tex. cũ per ipſam diſſolueretur religio fraudaretur elemoſyna et hoſpitalitas tolleretur. debet enim ſuperior prouidere ꝫ bonũ ſtatũ eccleſie. vt. d. c. nouit. de ſup. negl. prela. ſicut. dꝫ enim prouidere indẽnitati eccleſie. de elec. ne ꝓ defectu. et. c. nihil eſt. de elec. et. c. cupientes. et. c. indemnitatibus. lib. vj. ¶ Tertia eſt, propter neceſſitatem vel vtilitatem eccleſie poteſt reuocari vnio. Nam ꝓpter neceſſitatem poteſt fieri vnio vel vtilitatem eccleſie. de preben. c. expoſuiſti. Ita propter neceſſitatem vel vtilitatem eccleſie poteſt reuocari vnio: et pꝫ ex iſtas cauſas vt prouideatur indemnitati eccleſiarum et neceſſitati et vtilitati et ſtatui eccleſie publica reuocata ſtatuta que vergent in detrimentum eccleſiarum. de conſtitu. que in eccleſiarũ. et. c. eccleſia. de rebus eccle. c. ſi. de immu. eccle. c. non minus. et. c. aduerſa. et eodem titu. c. j. libro. vj.

4 ¶ Item reuocat conſuetudines † que inferunt grauamen eccleſijs. de conſu. c. j. Item reuocat priuilegia et decretum ſuggeſtum, et propter predictas cauſas publica punit negligentiam prelatorum non conferentium beneficia tempore debito. de conceſ. prebend. c. nulla. et negligentiam non eligentium tempore debito. de electio. nihil eſt ec. ne pro defectu, et negligentiam prelatorum contra temporalia eccleſie. de relig. do. quia contingit. in cle. et prelatorum alienantium bona eccleſie. de rebus eccle. non alie. ſi quis presbyterorũ et clericorum procurantium bona eccleſiarum occupari. de elec. generali. lib. vj. et in multis caſibus qui ponuntur de rebus eccle. hoc conſultiſſimo. lib. vj.

Summarium.

1 Vnio ad quorum petitionem reuocetur.
2 Vnionem remanere aut diſſolui quorum intereſt.

¶ Capitulum. ij.

Venio ad ſecundum capitu-
1 lum principale vꝫ ad † quorũ petitionem reuocetur vnio. Reſpondeo quod reuocatio poteſt peti ad petitionem eorum de quibus infra dicam. in primo ad petitionem capituli et conuentus eccleſie vnite, vt eſt caſus ne ſed. va. c. j. ¶ Item ad petitionem conuentus et capituli cui facta eſt vnio vt. d. c. nouit. ¶ Item ad petitioneꝫ epiſcoporum et prelatorũ prouincie in qua conſtituta eſt eccleſia vnita, vt. d. c. nouit. ¶ Item ad petitionem laicorum vt. d. c. nouit. dum loquitur de rege et magnatibus regni. ¶ Item ad petitionem patronorum.
2 ¶ Item ad petitionem parochianorum eccleſie. omnium † enim iſtorum intereſt aut vnionẽ remanere aut eam diſſolui. quod autem dixi de laicis intelligo ſi ſunt patroni. Et nota qꝺ quando petitur reuocatio vnionis debet exprimi cauſa quare petitur reuocatio vnionis, vt eſt caſus in. d. c. nouit. dum dicit text. quod ſine ſcandalo eccleſie vnite poterat fieri vnio. et dum ibi dicitur quod religio diſſoluebatur et hoſpitalitas tollebatur, et elemoſyna fraudabatur, ergo non procederet libellus generalis ſine expreſſione cauſe, ſicut diximus in perſonali actione qui debet exprimere cauſam in libello vt l. vult. de an. excep.

Summarium.

1 Reuocatio vnionis quo tempore peti poſſit.
2 Vnione durante eccleſia vnita remanet ſub dominio eccleſie cui facta eſt vnio.
3 Reuocatio fit cum cauſe cognitione.
4 Vnio an poſſit reuocari vacante eccleſia defenſore non dato.

¶ Capitulum. iij.

Venio ad tertium capitulũ
1 principale ſcilicet quo † tempore poſſit peti reuocatio vnionis et reuocari vnionem. hic declaro per vnam queſtionem. Et queritur cum eccleſie adinuicem vnite regãtur ſub vno prelato tantum. xvj. queſtio. j. et temporis. An mortuo illo prelato et ſic vacante alia eccleſia, vt in. c. nouit. poſſit reuocari illa vnio. videtur quod non: quia caſus eſt in dicto. c. nouit. ne ſe. va. Preterea non eſt qui teneat ius eccleſie vacantis, et hanc rationem conſiderat papa in preallegato. c. j. ne ſe. va. Preterea preiudicatur eccleſie
2 cui facta eſt vnio: quia † durante vnione eccleſia vnita remanet ſub dominio eccleſie cui facta eſt vnio. de relig. do. c. ij. ſed reuocata vnione eccleſia vnita ſeparatur ab eccleſia cui facta erat vnio. Preterea durante vnione vnius tantummodo erat prelatus vtriuſqꝫ eccleſie, vt dicto. c. et temporis. ſed reuocata vnione erunt duo prelati vnius eccleſie vnite et alter eccleſie cui facta eſt vnio. vt dicto. c. ij. de relig. domi. reuocata vnione illa bona redibunt ad eccleſiam vnitã, et ſic inſurgit alienatio illorum bonorũ: ſed vacante eccleſia non poſſunt alienare bona eccleſie vacantis, niſi defenſore dato eccleſie, vt in. c. j. de reb. eccle. lib. vj.
3 Preterea † reuocatio fit cum cauſe cognitione, et ſic in foro contentioſo: ſed contra vacantem eccleſiam non poteſt lis moueri, immo et ſi mota eſſet viuente prelato ſuperſedetur in lite donec vacat eccleſia. ne ſe. vac. c. ij.
¶ In contrarium videtur qꝺ eccleſia vacans poteſt vniri alteri eccleſie etiam defenſore non dato eccleſie vacanti, vt in clemen. ſi vna. de re. eccle.

de re.eccle.ergo illa vnio non pōt reuocari. Nec obſtat.c.j.ne ſe.vac.
quia illud loquitur in eccleſiis cathedralibus nos aūt tēt in inferio
ribus ab eccleſia cathedrali vt dicit Inno.in.d.c.j. Non obſtat ratio
quia non eſt qui tueatur ius ſicut eſt dioceſanus ad quē ſpectat cu
ra animarum vacantium vt in.c.vlti.de ſucceſſio.ab inteſta.

¶ Ego puto qꝺ reuocatio vnionis non poſſet fieri eccleſia vacāte
niſi defenſore dato eccleſie vacanti, ⁊ reperio qꝺ Jo.de lig.in.c.cle.
ſi vna de reb.eccle.ſuper verbo vocatur etiam tenebat hanc opinio.
4 qꝺ non † poterat reuocari vnio eccleſia vacante niſi defenſore da
to: quia in diſſolutione vnius iam facte, requiritur cauſe cognitio.
Nam cum vnio ſit facta ex cauſa ſine qua fieri non dꝫ: in illa diſſoluē
da expedit eccleſiam habere defenſorē qui vnionē defendat ⁊ diſſo
lutionem impediat: q2 agitur de leſione iuris per vnionē. Et nota
diligenter illam decretalem.

Summarium.

1 Vnio cuius autoritate reuocetur.
2 Priuilegium debet eſſe perpetuum.
3 Legatus non poteſt quid contra ea que facit papa ex plenitudine poteſtatis.
4 Papa eſt ſolus dioceſanus beneficiorum exemptorum.
Hoſpitalia ſi ſunt adinuicem vnita an legatus poſſit illam vnionē reuocare.
5 Epiſcopus ſi eccleſias ſibi ſubiectas vnierit, legatus an poſſit illam vnionem reuocare.
6 Pape ſoli competit ius vnius eccleſie tollere ⁊ alteri dare.
7 Juramentum ⁊ illa que referuntur ad perſonam iurantis ſtricte interpretantur.
8 Epiſcopus an poſſit reuocare vnionem factam a papa.
9 Beneficia vnita ſi ſunt exempta an epiſcopus poterit reuocare vnionem.
Vnionem factam a legato an ep̄s poſſit reuocare.
10 Epiſcopus an poſſit reuocare vnionem a ſe factam.
11 Capitulum vacante ſede epiſcopali ſi vniat eccleſiam prebende, vel dignitati, vel duas eccleſias adinuicem, an epiſcopus poſtmodum creatus poſſit illam reuocare.
12 Ep̄s ſine conſenſu capituli an poſſit reuocare vnionem factā a capitulo vacante ſede.
13 Eccleſie due ſi ſint vnite, quarum vna in vna dioce, alia in alia dioceſi, an vnius ex epiſcopis poſſit illam vnionem reuocare.
14 Reuocatio vnionis an poſſit fieri per capitulum vacante ſede epiſcopali.
Proconſul exercet iuriſditionem vſq3 ad aduentum futuri ſucceſſoris.
15 Juriſditio que competebat ep̄o vacante ſede, transfertur in ep̄m poſtmodum creatum.
16 Vnionis reuocatio que fit a capitulo vacante ſede, ex iuriſditione epiſcopali fit, tunc in eum tranſlata.
17 Capitulum vacante ſede an exerceat iuriſditionē epiſcopalē vt curator datus bonis epiſcopalibus.

¶ Capitulum.iiij.

Nunc venio ad quartum

1 capitulum principale, cuius † autoritate reuocatur
vnio. hec declaro per infraſcripta capitula. Primū
capitulū principale eſt de reuocatione vnionis que
fit per legatum de latere, qꝺ declaro per infraſcri
ptas queſtiones. ¶ Primo querit an vnio facta per papā poſſit
reuocari per legatū de latere. videt qꝺ nō: q2 de his que procedunt
ex facto pape nō licet cuiq3 contrauenire. de iud.cum veniſſet. Pre
terea non pōt inferior reuocare vnionē que fit a ſuperiore. de exceſ.
prela.ſicut vnire. vbi etiam per glo. Preterea illa vnio que fit p pa
pam habet ſe per viam priuilegij, ſed priuilegium a papa conceſſuʒ
nō poteſt reuocari ab inferiore, vt in regula decet.lib.vj. Preterea
2 priuilegium † debet eſſe perpetuum, vt in prealleg. regula decet.
Preterea in reuocatione vnionis vertitur cauſe cognitio, an vide
licet ex legitima cauſa debeat reuocari vnio. ergo declarare ⁊ inter
pretari cauſam ſpectat ad papam. de officio ordinarij li.vj. de puil.
c.cum perſone.eo.lib. ¶ In contrarium videtur quod licet papa
vnierit eccleſias, poteſtatem reuocandi vnionem ſibi non reſerua
uit. ergo illud ius reuocandi vnioneʒ competit legationi qui habet
ordinariam poteſtatē. de offi.le.c.j.lib.vj. Preterea reuocatio vnio
nis ⁊ ſi competat pape, competit ex ordinaria poteſtate, ⁊ ſic ex ordi
naria iuriſditione, ſed legatus habet ordinariā poteſtatem. de offi.
le.c.j.lib.vj. Reſpondeo poteſt legatus talem vnionem reuocare: ⁊
per hoc concludo quod etiam ſi beneficia eſſent deuoluta ad papā
vel etiam vacantia in curia vel reſeruātur pape, ⁊ per papam forent
vnita, qꝺ talem vnioneʒ poſſet legatus reuocare ſicut ⁊ poſſet vni
re, vt.ſ. ſcripſi de vnione fienda autoritate legati in quarto princi
pali capitulo.

¶ De primo caſu qñ fit ex ordinaria poteſtate quod.ſ. dixi quod
legatus poteſt illam vnionē reuocare. De ſecundo vero caſu quā
do vnio fit ex plenitudine poteſtatis nō videt q legatus poſſet illā
3 vnionem reuocare: quia † non pōt legatus cōtra ea que facit papa
ex plenitudine ptātis. De tertio vero caſu cū papa facit vnionem
proprio motu q ex ordinaria poteſtate fit illa vnio, ⁊ ſic legatus po
teſt illam reuocare. proprius ergo motus pape reſtringit poteſta
tem legati quoad reuocationem vnionis: nec gratiam ampliat ſed
ſurreptionem tantum excludit. de preben. per literas. licet que pa
pa facit proprio motu interpretemur largiſſime. de preben.ſi pluri
bus.libro.vj.

Secundo queritur

an legatus de latere poſſit reuocare vnionē bñficioruʒ
exemptorum que immediate ſubſunt romano pontifici. Rñdeo
non pōt: q2 talia bñficia poſſet vnire, vt dixi ſupra de vnione bñfi
ciorum. ⁊ ſic eſt reſtricta ptās legati nō ſolum circa vnionē ſed cōtra
reuocationē vnionis. ⁊ illud hꝫ locū non ſolū qñ bñficia vnita ſunt
exempta, ſed ēt qñ vnū ſolum eſt exemptum. facit qꝺ not.in.c.ſicut
4 vnire. de exceſ.prela. Nam † papa ſolus eſt dioceſanus bñficiorum
exemptorum. de priuile.c.autoritate.lib.vj.

¶ Tertio queritur ſi hoſpitalia ſunt adinuicem vnita an legatus
poſſit illaʒ vnionē reuocare. Rñdeo nō, q2 circa hoſpitalia eſt reſtri
cta poteſtas legati, ⁊ illa non pōt cōfirmare nec vnire. de preben. per
literas. ergo nec vnionē reuocare hoc intelligo non ſolum qñ duo
hoſpitalia ſunt vnita: ſed ⁊ ſi hoſpitale eſſet vnitum alicui eccleſie,
vel eccleſia eſſet vnita hoſpitali. Circa hoc tñ vide que not. gl. in.d.
cle. per literas. de preben.

¶ Quarto queritur an dignitas de qua loquitur.c.de liberatione
de offi.leg.lib.vj. ſi tales dignitates ſunt vnite an poſſet legatus ta
lem vnionem reuocare. Reſpondeo non pōt. ratio eſt. q2 cōtra ta
les dignitates non pōt aliquid ordinare vel diſponere, de his ſe in
tromittere, vt.d.c.deliberatione. ergo nec reuocare vnionem: quia
nec reuocatio vnionis ſe habet per modum diſpoſitionis et ordi
nationis.

5 ¶ † Quinto queritur ſi ep̄s eccleſias ſibi ſubiectas vnierit an poſ
ſet legatus illaʒ vnionē reuocare. Rñdeo reuocare pōt: q2 ſicut ep̄s
poſſet illam reuocare ex ordinaria poteſtate quā hꝫ ſic et legatus q
habet ordinariam. de offi.de leg.c.j.lib.vj.

¶ Sexto principalr̄ querit ſi eccleſia ſit vnita mēſe ep̄i ita qꝺ pprie
cenſeatur de mēſa ep̄i, vt ptꝫ in cle, frequēs.§.quidā. an poſſit lega
tus talem vnionē reuocare, ⁊ videt q non: q2 per talē reuocationeʒ
leditur ius dioceſani. Nam cū remanēte vnione fructus eccleſie vni
te fiat apud dioceſanū. de reb.eccle.vt ſuper. vt illud dioceſano au
feratur reuocata vnione cū eccleſia reducat ad veterē ſtatū. ne ſe.va.
c.nouit. quo caſu fructus illius eccleſie non pertinent ad dioceſanū
vt eccle.benefi.vt noſtrum.

6 **Preterea** † tollere ius vnius eccleſie ⁊ dare alteri cōpetit
ſoli pape. de cōsue.c.ū dilectus. de ec.edi.ad au
dientiam. ⁊ de reli.do.c.cōſtitutus. Rñdeo reuocare pōt illā vnionē
q2 ſicut ep̄s ex ordinaria ptāte pōt illā vnionē reuocare: vt inferius
dicam de epiſcopo, ſic ⁊ legatus qui hꝫ ordinariam: vt.d.c. de offic.
leg.lib.vj.

¶ Septimo principalr̄ querit ſi eccleſia ſit vnita mēſe ep̄i, ita qꝺ ſit
propria de menſa ep̄i, vt.d.cle.frequēs.ver.quidā. ep̄o mortuo poſ
ſet legatus illam vnionem reuocare. Rñdeo non: q2 ſe.va.eſt non
nandum. ne ſe.va.c.nouit. vbi eſt caſus.

¶ Octauo principaliter queritur ſi eccleſia ſit vnita mēſe ep̄i vt.d.
clemen.frequens ⁊ ep̄s iurauerit non alienare ea que pertinent ad
menſam ſuam inconſulto romano pontifice ⁊c. Reſpondeo reuo
7 care poteſt, ratio eſt quia † iuramentū ⁊ illa que referantur ad perſo
nam iurantis ſtricte interpretantur. de iureiurā.c.pe. nec ſit exten
ſio iuramenti relati ad aliam perſonam ꝙ expreſſa in iuramento. de
iureiuran.c.veritas. fateor tamen qꝺ ep̄s ſic iurans nō poteſt vnio
nem reuocare de licentia legati. legatus enim non poteſt concedere
licentiam epiſcopo vel poteſtatem alienandi qñ epiſcopus iurauit
non alienare inconſulto romano pontifice, vt dicit Joan. de eccle.
edifican.tua.

¶ Nono principaliter queritur ſi ſunt due eccleſie vnite adinuiceʒ
quarum vna eſt in prouincia decreta legato, alia extra prouinciam
legato decretam, an legatus poſſet illam reuocare ſine cōſenſu epi
ſcopi in cuius dioceſi eſt eccleſia cui facta eſt vnio. de exceſ.pre.ſicut
vnire. vbi per glo.

Nunc videamus de reuocatione

fienda per epiſcopum, quod declarabo per infraſcriptas que
ſtiones.

8 ¶ Primo an † ep̄s poſſet reuocare vnionem factam a papa. Re
ſpondeo reuocare poteſt vnionē factam a papa, ſi illa vnio facta ſit

ex ordinaria poteſtate, papa enim vniendo beneficia non intendit derogare iuri dioceſani quo ad poteſtatem reuocandi dominium. de relig. domi. c. ij.

¶ Ex hic concludo qd cum epo poſſet vnire beneficia quorũ collatio deuoluta eſt ad papaʒ, vel vacantia in curia, vel reſeruata pape qd licet illa eſſent per papam vnita, poterit epiſcopus illam vnionem reuocare, ſecus in bñficijs exemptis p papã vnitis: qꝛ reuocatio vnionis competit ſoli pape qui eſt dioceſanus quo ad beneficia exempta et immediate romano pontifici. de priuileg. autoritate. libro. vj.

9 ¶ Secundo principaliter queritur ſi beneficia † vnita ſunt exempta an epo poterit reuocare vnionem. Reſpondeo non: quia reuocatio vnionis competit ſoli pape qui eſt dioceſanus beneficiorum exemptorum et immediate ſubiectoꝝ romano pontifici. de priuile. autoritate. li. vj. qd intellige ſiue ambo bñficia ſint excepta ſiue vnuʒ ſolum ex illis. de exceſ. prela. ſicut vnire vbi per glo.

¶ Tertio principaliter queritur an epõs poteſt reuocare vnionẽ factam a legato. Rñdeo poteſt reuocare, qꝛ legatus vnit ex ordinaria poteſtate. & dioceſanus reuocat ex ordinaria poteſtate: nec vna ex illis ordinarijs iuriſditionibus eſt maior altera, ſed ſunt equalis iuriſditionis. de offi. leg. c. j. lib. vj.

¶ Item quando non potuit legatus vnire in preiudicium dioceſani quo ad poteſtatem reuocandi vnionem: nec tollere ius dioceſani immo plus dico qd ſi legatus feciſſet vnionẽ de mãdato pape, bene epõs poſſet reuocare in illis caſibus in quibus poſſet reuocare vnionem factam a papa vt ſupra dixi.

10 **Quarto principaliter** queritur an † epõs poſſet reuocare vnionem factam a ſe. Reſpondeo põt reuocare. rõ eſt, qꝛ nunc ex iuriſditione epali procedit vnio. de exceſ. prela. ſicut vnire. Ita ex eadẽ poteſtate procedit reuocatio vnionis.

¶ Quinto principaliter queritur ſi eccleſia ſit vnita menſe ita qd proprie cenſeatur de mẽſa an epiſcopus poſſit reuocare illam vnionem. videtur quod non: qꝛ ſicut non poteſt eccleſiam vnire ſue mẽſe cum non poſſet autorari in facto proprio. vt in clemen. ſi de vita. de rebus eccle. ita nec vnionem reuocare. Reſpondeo reuocare poteſt quia per reuocationem vnius non autoratur in facto proprio nec ad propriam vtilitatem: quia immo per reuocationem leditur ius epiſcopi.

11 ¶ Sexto principaliter queritur ſi † capitulum vacante ſede epali vniat eccleſiam prebende vel dignitati: vel duas eccleſias adinuicẽ, quam vnionem facere põt vt notatur in. d. c. j. de ma. & obe. c. j. An epõs poſtmodum creatus poteſt illam vnionem reuocare. Reſpondeo poteſt reuocare. ratio eſt qꝛ ex iuriſditione epali procedit reuocatio: & epiſcopalis iuriſditio que competebat capitulo vacante ſede transfertur poſtmodum in epm, & illa epiſcopalis iuriſditio que competebat capitulo vacante ſede admittiſ a capitulo, & ideo capitulum non poſſet illam vnionẽ reuocare: ex quo epõ eſt ibi creatus reuocabit ergo epõ ex ordinaria iuriſditione ex quo epũ eſt ibi creatus. Preterea nõ eſt maioris virtutis vnio que fit per capitulũ vacante ſede q̃ ſit vnio que fit per epm. qꝛ vtrũq; procedit ex epali iuriſditione. ergo ſicut epiſcopus ex cauſa legitima poteſt reuocare, vnionem a capitulo factam vacante ſede. ſicut vidimus qd epiſcopus reuocat ſtatuta facta a capitulo vacante ſede, vt dicit Feder. in conſilio. xvj.

12 **Septimo principaliter** queritur an † epõs ſine conſenſu capituli poſſit reuocare vnionem factam a capitulo vacante ſede. videt qd ſic: nam capitulum non põt venire contra factum proprium. de elc. coniug. c. diuerſis. vbi per Inno. de elect. noſti. In contrarium eſt veritas qꝛ ſicut in vnione que ſit per epiſcopum requiritur ſui cõſenſus capituli, vt in cle. ſi vna. de rebus eccl. & ita in reuocatione requiritur conſenſus. Preterea contra factũ ſuum poteſt quis venire ex cauſa legitima. de rebus eccl. c. ſi quis presbyterorũ. & per Inn. in. d. c. noſti. Preterea ſi bene conſideres capitulum vniendo eccleſiam vacante ſede non venit contra factum ſuum, licet conſentiat reuocationi vnionis que fit per epiſcopum. Nam vnionem fecit ex iuriſditione epali tranſlata in capitulũ vacante ſede: ſed quando cõſentit reuocationi vnionis facte per epm non conſentit ex iuriſditione epali, qꝛ illa erat tranſlata in epm: ſed conſentit illi reuocationi propter cõmunionem que eſt inter capitulum & epm. de teſta. c. requiſiſti. & ex autoritate iu. diſponẽtis prelatum nihil agere poſſe ſine ſuo capitulo, vt in. d. c. nouit.

13 ¶ Octauo queritur ſi ſint † due eccleſie vnite quarum vna eſt in vna dioceſi, & alia in alia dioceſi, an vnus ex illis epiſcopis poſſit illã vnionem reuocare. Rñdeo qꝙ nõ ſed requirit vtriuſq; epi autoritas de exceſ. prela. ſicut vnire. vbi per glo.

¶ Nono principaliter queritur ſi eccleſia ſit vnita menſe epiſcopi & epiſcopus iurauit non alienare inconſulto romano pontifice que ſunt de menſa vt patet in. c. cuʒ ſuper. de rebus eccle. An epiſcopus ex ſua ordinaria iuriſditione poſſit talem vnioneʒ reuocare inconſulto romano pontifice. reſpondeo qd non: qꝛ iuramentum & clauſula refertur ad ea que ſunt licita. de quo plene per Inno. in. c. tua. de eccle. edi. Licet ergo reuocatio vnionis ſit permiſſa epo tamẽ id non poterit quando eſt tale iuramentum ex clauſula. de quo plene per Joan. in. d. c. tua.

14 **Nunc videamus** de reuocatione † vnionis fienda per capitulum vacante ſede epiſcopali. Reſpondeo eo caſu quo poterit epõ reuocare vnionem eo caſu & capitulum poterit reuocare vnionem, & eo caſu quo non poterit epõ vnionem reuocare. Et qñ poſſit epõ & qñ non ſuperius dixi. & eſt ratio qꝛ illa iuriſditio que cõpetit epo eadem iuriſditio cõpetit capitulo, vacãte ſede. iuxta ea que no. in. c. j. de ma. & obe. li. vj.

¶ Sed nunc incidenter queritur an reuocatio vnionis que facta eſt per capitulum vacante ſede duret poſtmodum creato epiſcopo videtur qꝙ non: qꝛ capitulum debet conſeruare iura epiſcopalia futuro ſucceſſori. xij. q. ij. hic hmõi. de elec. quia ſepe. de offi. ordi. c. vle. lib. vj. de elec. in clemen. ſtatutum. ſed ſi poſſet reuocare vnionem vacante ſede duraturam in tẽpore epi poſtmodum creati eſſet vſurpare iuriſditionem epiſcopalem. Preterea lex dicit quod proconſul exercet iuriſditionem vſq; ad aduentum futuri ſucceſſoris: et tunc eius iuriſditio expirat. ff. de offi. procon. l. meminiſſe. ſed ſi duraret illa reuocatio facta vacante ſede in tempus poſtmodum creati epi iam iudicaretur contra iuriſditioneʒ epiſcopalem qd facere nõ poteſt creato epõ: quia † iuriſditio que competebat epo vacante ſede, transfertur in epm poſtmodum creatum. Creato ergo epõ debz ceſſare exercitium iuriſditionis epiſcopalis que cõpetebat capitulo vacante. Preterea capitulum poteſt dici ſubſtitutum epõ mortuo ad tempus eſſe donec vacat ſedes. Et ſubſtitutio facta ad tempus elapſo tẽpore expirat: vt in pupillari ſubſtitutione que euaneſcit adueniente pubertate.

Preterea capitulum vacante ſede põt dici curator datus bonis epiſcopalibus ex iuriſditione epali: quia de illis curaʒ hʒ. Ergo epiſcopo poſtmodum creato deſinit capitulum eſſe curator. ff. de cur. bo. dan. l. j. pro iſta parte facit. l. vlti. ff. de pen. de poſtu. l. puto. de iuriſditio. om. iudic. l. cum & ſi. Et iſto caſu erit vnio tẽporalis duratura donec vacabit ſedes. In contrarium eſt veritas quia illa reuocatio durat in tempus poſtea creati epi quod probatur tali ratione. Re-

16 uocatio † que fit a capitulo vacante ſede fit ex iuriſditione epali tũc tranſlata in eum. de maio. & obe. c. j. lib. vj. Et iſta iuriſditio eſt eadẽ que competebat epõ. Sed ſi epõ vnionem reuocaſſet hec reuocatio duraret in tẽpus ſui ſucceſſoris. ſicut dicimus in contractu celebrato a prelato qui durat in tẽpus ſucceſſoris. de preca. c. j. & ij. de preſ. in. vie. ſuas. c. querelam. Preterea reuocatio predicta facta per capitulũ debet eſſe perpetua quia ſit contemplatione eius cui ſit vnio. de ſe. vac. c. j. Preterea epõ poſtea creatus poteſt dici qꝙ ſuccedit in iuriſditione que competebat epiſcopo vacante ſede. Nec obſtat. l. meminiſſe. quia licet iuriſditio expiret in aduentu noui epiſcopi poſtea creati non propterea reuocatur quod factum eſt anteq̃ expiret iuriſditio vt in regula factum legitime. lib. vj. Item non eſt ve-

17 rum qd † capitulum vacante ſede exerceat iuriſditionem epiſcopalem vt curator datus bonis epiſcopalibus. Nam illam iuriſditionẽ exercet ex ſuo iure & poteſtate ordinaria. Et ea que diximus de reuocatione facta a capitulo vacante ſede: que durat in tempus poſtea creati epi idem dico in vnione facta capitalium que durabit in tempus epiſcopi poſtea creati.

Nunc videamus de reuocatione fienda per inferiorem prelatum ab epiſcopo & queritur ſi inferior prelatus ab epiſcopo ex cõſuetudine preſcripta vniebat eccleſias qd poteſt quia cuʒ ſint multa capitula vt plene notatur de ſtatu mona. de in agro. §. ad hec an poterit reuocare prelatus talem vnionem. reſpondeo reuocare non poteſt: quia cum ſint multa capitula iuris epalis preſcripta vno capitulo epali non extẽdit ſe ad aliud capitulum vt plene not. in. c. auditis de preſcrip. Lʒ ergo vnum capitulum iuris epalis ſit quo ad poteſtateʒ vniendi vt in. c. ſicut vnire. iſta preſcriptio quo ius vniendi inducta non extendit ſe ad aliud capitulum iure epalis qd cõſiſtit in reuocatione vnionis. non obſt qd ſicut prelatus inferior poteſt preſcribere iuriſditionem vt in. d. c. de in agro. §. ad hec, ita poteſt preſcribere ius reuocãdi vnionem: qꝛ vtraq; eſt de iuriſditione epiſcopali.

Summarium.

1 ☞ Cauſe cognitio an requiratur in reuocatione vnionis.

¶ Capitulum. v.

1 **Venio ad quintum capitulũ** principale, an † in reuocatione vnionis requiratur cauſe cognitio. reſpondeo ſic, habet eñ ſuperior examinare an vera

an vera ⁊ legitima ſit cauſa propter quam petit reuocatio, vt. d. c. nouit. ꝙ non debet reuocari vnio quãdo in reuocatione remanet ſcãdalũ eccleſie vnite. Similiter dixit ibi cer. qđ ſuperior habet inquirere an vnio ſit facta vel facta preſumatur contemplatione eccleſie cui facta eſt vnio, an vero cõtemplatione prelati qui preſidet eccleſie cui facta eſt vnio.

Summarium.

1 Reuocatio vnionis cũ petitur an aliqui, ⁊ qui citari debeãt.
2 Eccleſia collegiata ſi ſit alteri eccleſie vnita nõ vocatis illis de collegio an poſſit diſſolui vnio.
Eccleſia vnita ſi ante vnionẽ habeat patronum, an poſſit diſſolui vnio eo non vocato.
3 Parochialis eccleſia ſi ſit annexa prebẽde canonice eccleſie cathedralis, an in reuocatione talis vnionis vocabitur ille canonicus.
4 Diſſoluta vnione, eccleſia reducitur in priſtinum ſtatum. 5.
6 Judicis officium qđ imploratur ſuper reuocatione vnionis contra quam perſonam imploretur.

Capitulum ſextum.

Venio ad ſextum capitu-

1 lum principale an † aliqui ⁊ q debeant citari cũ petitur reuocatio vnionis. dicebat Jo. de lig. qđ debent citari illi quorũ intereſt, ⁊ nõ dicit plus. hoc declaro per infraſcriptas queſtiones.

Et primo principaliter queritur cũ eccleſiarũ vnitarum vnus ſit tantũ prelatus vtriuſq; eccleſie, an ille tantũ debeat citari ⁊ illo nõ vocato poſſit reuocari illa vnio. reſpondeo reuocari non poteſt eo non citato. Agitur enim de preiudicio illius prelati qua reuocata vnione vtriuſq; eccleſie remanebit ille prelatus vel ſaltem vnius eccleſie ex illis eccleſiis vnitis ⁊ iſtũ articulũ inferius proſequar. Jtẽ q: talis prelati intereſt tueri talem vnionẽ ⁊ allegare ⁊ probare cauſas legitimas quare nõ debeat diſſolui vnio. de hoc eſt caſus ad litterã in. d. c. nouit. nec obſtat ꝙ incõſulto prelato eccleſia vnitur. de rebus. ⁊ in cle. ſi vna. q: per vnionẽ non preiudicaretur rectori eccleſie. de dona. conſtitutionibus. Sed hic per diſſolutionẽ preiudicaretur prelato eccleſiarum vnitarum.

2 Secundo principaliter queritur ſi † eccleſia collegiata ſit alteri eccleſie vnita nõ vocatis illis de collegio an poſſit diſſolui vnio, reſpondeo non poteſt diſſolui. ratio eſt: q: ex quo eccleſia collegiata vnitur alteri eccleſie illi de collegio habẽt vocẽ eligendi prelatũ eccleſie cui facta eſt vnio, vt dixit glo. ne ſe. vac. c. nouit. ⁊ c. ⁊ tẽporis. xvi. q. i. qđ quidem ius non poteſt eis inuitis aut non vocatis perdi. de conſue. dilectus.

Tertio queritur ſi vnita eccleſia ante vnionem habeat patronum an poſſit diſſolui vnio eo non vocato. vi qđ ſic. q: patronus vnionis cõſentiendo abdicat a ſe ius patronatus ⁊ illud ius transfert in eccleſiam cui ſit vnio. de dona. c. paſtoralis. ⁊ ſic in nullo intereſt talis patroni, ergo nõ debet reuocari: q: illi ſoli debent vocari quorum intereſt. de elec. c. ſi. lib. vi. in contrarium videt qđ intereſt patroni qđ diſſoluatur vnio: quia reuocata vnione redibit ad eum ius patronatus cũ eccleſia reducatur ad veterem ſtatum. ne ſe. vacã. c. i. ⁊ poterit talis patronus probare legitimas cauſas coram ſuperiore, quare talis vnio debeat diſſolui.

3 Quarto principaliter queritur, ſi † eccleſia parochialis ſit annexa prebende canonice eccleſie cathedralis ⁊ parochiali eccleſia cõſtitutus vicarius, an in reuocatione talis vnionis vocabit ille canonicus cathedralis eccleſie, ac etiam vicarius cõſtitutus in parochiali eccleſia. Reſpõdeo requiritur eorum vocatio. ratio eſt quia intereſt illius canonici ne reuocetur vnio ꝓpter ius ſpeciale qđ durante vnione habet in eccleſia parochiali vnita. de prebẽ. expoſuiſti. ⁊ eo. tit. ſuper eo. lib. vi. Jtẽ intereſt illius vicarij ꝓpter alimenta que debet habere de prouentibus illius vicarie, vt in. d. c. expoſuiſti, ⁊ ſic illorum intereſt tueri vnionem.

Quinto principaliter querit cum eccleſia pertinens ad collationem inferioris prelati ab epo non poſſit vniri alteri eccleſie ſine cõſenſu ordinarij collatoris. de ſta. mona. ne in agro. §. ad hec. ſi talis ordinarius vnioni conſentit an poterit illa vnio diſſolui illo non vocato. videt qđ ſic: q: talis conſentiendo vnioni abdicat a ſe ius conferendi qđ ſibi competebat, ⁊ illud ius conferendi tranſit in eccleſiam cui ſit vnio: ⁊ ſic talis ordinarius nullum intereſſe pretendit in reuocatione illius vnionis. Jn cõtrarium videtur qđ vocari debeat: q: reuocata vnione ius transferendi quod trãſlatum erat in eccleſiam cui facta erat vnio ⁊ transfertur in ordinarium collatorẽ

4 nam † vnione diſſoluta eccleſia reducitur ad veterem ſtatum. ne ſe. vacã. c. i. Sed antiquus ſtatus eccleſie erat qđ ille vt ordinarius cõferret eccleſiã. Jtẽ qđ talis ordinarius corã ſuperiore poterit ꝓbare legitimas cauſas propter quas poſſit vnio diſſolui.

Sexto principaliter queritur ſi eccleſia dioceſis ſit vnita eccleſie alterius dioceſis, an talis vnio poterit reuocari non vocato epiſcopo in cuius dioceſi eſt eccleſia vnita ⁊ non vocato epo in cuius dioceſi eſt eccleſia cui facta eſt vnio ⁊ dictis epiſcopis nõ vocatis cum agitur de reuocatione talis vnionis. ⁊ videtur qđ non debeat reuocari, q: ius epiſcopale reſeruat vtriq; epiſcopo in cuius dioceſi eſt eccleſia vnita, et aliud ius reſeruatur epiſcopo in cuius dioceſi eſt eccleſia cui facta eſt vnio. de relig. do. c. ij. Et ſic in diſſolutiõe vnionis nullus predictorũ epiſcoporũ pretendit intereſſe. Jn contrarium videtur qđ epiſcopus in cuius dioceſi eſt eccleſia cui facta eſt vnio habet ius cõferendi talem eccleſiã ⁊ collationem talis eccleſie intelligitur eccleſia vnita cõferri, vt dicit gl. de reſcriptis. gratia. lib. vi. Et ſic ille epiſcopus in cuius dioceſi eſt eccleſia cui facta eſt vnio perdit ius conferendi eccleſiã vnitam. Jtem quia illorum epiſcoporum intereſt defendere vnionem ⁊ probare legitimas cauſas quare non debet reuocari vnio, immo plus dico qđ epi in cuius dioceſi ſunt eccleſie vnite intereſt vnionẽ

5 reuocare: quia † vnione reuocata reducitur eccleſia vnita in priſtinum ſtatũ, vt in. c. nouit. ne ſe. va. ⁊ redit ius cõferendi ad illũ epiſcopum eccleſie vnite. Et poſſit talis epiſcopus pro dicto ſuo intereſſe probare legitimas cauſas quare debeat vnio reuocari, ⁊ ſic vtriuſq; epiſcopi intereſt. ergo vterq; ad cauſam vocandus eſt, ⁊ ꝑ hoc. c. ſicut. de exceſ. prela.

Juxta predicta queritur an citatio predictarũ perſonarum de quibus. ſ. dixi debeat fieri nominatim de ipſis, an vero ſufficiat citationem fieri de ipſis per proclama generale. videtur qđ ſufficiat

6 proclama generale: q: officium iudicis † qđ imploratur ſuper reuocatione vnionis nõ imploratur contra certam ⁊ determinatã perſonam, ſicut videmus quando electus implorat officium ſuperioris ſuper confirmatione ſue electionis, quo caſu ſi non habet coelectum nec contradictorem ſufficit proclama generale, vt. d. c. vlt. li. vi. Jn contrarium videtur qđ de predictis poteſt nominatim fieri citatio, vt in aut. ſi omnes. C. ſi minor ſe ab heredi. abſti. vbi ſi minor adit hereditatem ⁊ petit ſe reſtitui aduerſus aditionem, licet iſtud officium iudicis non imploretur contra certam et determinatam perſonam: tamen oportet nominatim citare contradictorem.

Summarium.

1 Vnione eccleſiarum reuocata, eccleſie que primo erant vnite in quo ſtatu remaneant.
2 Tria conſideranda circa ſtatum eccleſie.
3 Patronus conſentiendo vnioni abdicat a ſe ius patronatus.
4 Eccleſia ſi ante vnionem regebatur per ſecularem, reuocata vnione regetur per clericum ſecularem.
5 Reſtitutio in integrum quando fiat.
6 Eccleſie due vnite cum ſub vno prelato regantur, ſi poſtmodũ illa vnio diſſoluatur an talis remanebit prelatus vtriuſq;.
7 Jura duo quando ſunt eque principalia, vnum per alterum non confunditur.
8 Renunciare iuri ſuo non preſumitur quis niſi id exprimat.

Capitulum ſeptimum.

Venio ad ſeptimum capi-

1 tulum principale vz reuocata † vnione eccleſiarũ in quo ſtatu remaneãt eccleſie que primo erãt vnite. Circa illud colligo duas regulas principales.

Primã regulaz elicio ex. c. nouit. ne ſede va. ibi dum dicit in antiquum ſtatũ, que regula talis eſt cuius cõditionis ⁊ qualitatis erat eccleſia an vnionẽ illius cognitionis ⁊ qualitatis remanebit eccleſia diſſoluta vnione hũius regule. patẽt exempla. Si eccleſia vnita erat ſine cura, remanebit ſine cura diſſoluta ⁊ reuocata vnione. Jtẽ ſi eccleſia erat curata remanebit curata. Jtẽ ſi erat baptiſmalis eccl'ia, remanebit baptiſmalis. Jtẽ ſi eccl'ia erat collegiata, remanebit collegiata. Jtẽ ſi eccl'ia erat ſecularis, remanebit ſecularis. Jtẽ ſi eccl'ia erat regularis remanebit regularis. Jtẽ ſi monaſterium erat erectũ in eccleſiã cathedralẽ, remanebit vt monaſteriũ nõ vt eccleſia cathedralis: iſta oĩa reſpiciũt antiquũ ſtatũ eccl'ie.

2 Vltimo conſidero † tria circa antiquum ſtatum eccleſie. Primo qđ ſi ante vnionem pertinebat ad collationẽ inferioris ab epo: tũc reuocata vnione ius conferendi redibit ad illum eundem ordinarium collatorem. Jtẽ ſi eccleſia vnita habebat bona que tranſierũt in eccleſiaz cui facta eſt vnio. de relig. do. c. ij. tunc reuocata vnione illa bona redibunt ad eccleſiam: nõ aũt remanebũt apud eccleſiam cui facta eſt vnio. ⁊ ꝓpter hoc dicebat Jnno. in. d. c. i. ne ſede va. qđ quando vna eccleſia vnit alteri ſit inuentarium de bonis eccleſie cui facta eſt vnio. Jtẽ ſi eccleſia vnita erat ante ſub patrono, tũc reuo-

cata vnione iuſpatronatus redibit ad illum patronuz.hec omnia
concernũt ſtatum antiquũ eccleſie.Sed qḋ dixi qḋ reuocata vnio-
ne iuſpatronatus qḋ compe tebat patrono ante vnionẽ redeat ad
3 patronum videtur dubium:qꝛ†patronus conſentiendo vnioni ab-
dicat a ſe iuſpatronatus,⁊ illud ius tráffert in eccleſiã cui facta eſt
vnio.de dona.paſtoralis.Et iſta eccleſia vnita efficitur libera⁊ exem
pta a iurepatronatus,de teſti.c.ſignificauit.ergo iuſpatronatus
qḋ eſt extinctũ nõ reuiuiſcit.ff.de ſolu.qui res.§.aream.reſpõdeo
iſtud ius non reuiuiſcit facto hominis,ſed ex diſpoſitione legis.
Item ſi monaſterium vniatur alteri monaſterio reuocata quidem
vnione monaſterij qḋ erat vnitum erit illius religionis ⁊ ordinis
cuius erat monaſterium cui facta eſt vnio.

Secunda regula principalis col

ligitur ex dicta de cuius.ne ſe.va.ſuper verbo,ſub abbatis regimi-
ne.ex quo quidez verbo talis datur regula.ille qualitas que reperie
batur in prelato ante vnionem,illa ⁊ eadẽ qualitas requiritur in pre
4 lato reuocata vnione.Et eſt ratio ſi†ante vnionẽ regebatur per ſe
cularem,reuocata vnione regetur per clericum ſecularem.Si autem
ante vnionem regebatur per regularem,reuocata vnione regetur
per regularem.facit in ratione ſui.ne preben.cum de beneficio.lib.
vi.⁊ de ſup.neg.prela.cle.vnica.Item ſi monaſterium vnitur alteri
monaſterio:tunc reuocata vnione illi qui erant monachi monaſte
rij vniti redibunt ad monaſterium vnitum ⁊ ſub vinculo profeſſio
nis quã fecerant illi monaſterio cui facta erat vnio nec geſtabunt
habitum monaſterij cui facta erat vnio.nec habebunt vocez in ele
ctione prelati illius monaſterij cui facta erat vnio.iſta enim non
concernunt ſtatum perſonarum.

¶ Sed iuxta predicta,queritur de vno,ſemper vnio reuocatur et
diſſoluitur an hec vnionis reuocatio habet ſe per viam reſtitutio
nis.dicebat glo.in.d.c.j.qḋ reuocatio illa habet ſe per viam reſtitu
tionis in integrum.per quã oĩa reducuntur in veterem ſtatum.ff.
de mino.l.qḋ ſi minor.§.reſtitutio.de repu.que ſi.in ſu.l.vnica.
5 iſta gl.non dicit verum:qꝛ†reſtitutio in integrum fit ſeu concedi-
tur quando ex actu celebrato quis leditur,vt de in integ.reſti.c.j.
Sed per vnionem eccleſie.eccleſia non eſt leſa cum vnio fiat ex cau-
ſa legitima licet vnio poſſit poſtmodum reuocari ex legitima cau-
ſa ſuperueniente.Et per hoc dico qḋ reuocatio vnionis non trahi
tur retro ad tempus forte vnionis ſed illa reuocatio conſideratur
habito reſpectu ad tempus reuocationis.

Secũdo principaliter queritur

ſi durãte vnione prelatus qui preſidebat regimini vtriuſqꝫ eccleſie
vt patet.xvi.q.j.⁊ tẽporis.Ex cauſa legitima alienauit aliquid de
bonis eccleſie vnite an illa alienatio reuocabitur.videtur qḋ ſic:qꝛ
per reuocationẽ vnionis eccleſia reponitur in ſtatum antiquum.In
contrarium eſt veritas:qꝛ talis prelatus vtriuſqꝫ eccleſie prelatus
erat ⁊ vtriuſqꝫ eccleſie legitimã adminiſtrationẽ habebat.xvi.q.j.⁊
temporis.ergo alienatio legitime facta nõ reuocatur eſto qḋ poſt-
modum reuocaretur vnio,vt in regula factum legi.de reg.iu.li.vi.
6 ¶ Tertio queritur cum†due eccleſie vnite ſub vno prelato regan
tur ſi poſtmoduz illa vnio diſſoluatur an talis prelatus remanebit
vtriuſqꝫ prelatus eccleſie ex illis,an nõ remanebit prelatus vnius
tantũ eccleſie ex illis:⁊ ſic remanebit prelatus vnius eccleſie ex illis
cuius remanebit an eccleſie vnite an eccleſie cui facta eſt vnio.vide
tur qḋ remanebit prelatus vtriuſqꝫ eccleſie:qꝛ reuocatio vnionis
fit ſine preiudicio illius prelati ſicut viciſſim in vnione que fit ſine
preiudicio rectoris eccleſie vnite:qꝛ remanet rector donec viuit.de
dona.conſultationibus.ne reſti.ſpo.cum veniſſent.alia opinio vi
detur eſſe qḋ ille deſinat eſſe prelatus vtriuſqꝫ eccleſie:qꝛ reuocata
vnione ille due eccleſie reducuntur in priſtinum ſtatum.ne ſede va.
c.j.Sed conſiderato primo antiquo ſtatu eccleſie quelibet ex illis
eccleſijs habebit proprium ſacerdotem.ne prebẽ.cum ſingula.lib.
vj.Et ſic titulus quem habebat prelatus eccleſiarum vnitarum vi
detur redire ad non titulum.Alia opinio q̇ ille remanet prelatus
vnus ex illis eccleſijs vnitis,⁊ tunc inſurgit dubiũ cuius ex illis ec
cleſijs remanebit prelatus,an eccleſie vnite an vero eccleſie cui fa-
cta eſt vnio.ad id dicendum eſt qḋ inter ceteros modos vniendi eſt
qḋ vtraqꝫ eccleſia remaneat de per ſe,vt no.in.c.i.ne ſede vacan.Et
tunc titulus quem habet prelatus in his eccleſijs vnitis,ita con-
cernit vnam eccleſiam ſicut alteram,⁊ eque principaliter vtranqꝫ,
7 vt in.c.et temporis.ſed conſtat†quando duo iura ſunt eque prin-
cipalia vnum ius per alterum non confunditur,vt.ff.de fideiuſ.l.
generaliter.Et facit qḋ no.Io.in ſi.de re iudi.cum olim.iſto enim
caſu dicamus qḋ cõmittatur electioni illius prelati cui ex illis ec-
cleſijs velit preſidere vt prelatus,arg.de preben.ſi pluribus.li.vj.
vel poteſt dici qḋ id relinquatur arbitrio dioceſani,vt ar.in.c.ſi plu
ribus.lib.vj.facit ratio:qꝛ ⁊ cura eccleſiarum pertinet ad dioceſa-
num.x.q.ij.regenda.⁊.c.decretum.¶ Secundo modo poteſt fieri
vnio qḋ vna eccleſia ſubijcitur alteri e tunc remaneret prelatus ec-
cleſie cui facta eſt vnio:qꝛ ille eſt ſuus principalis titulus.dicit gl.
in.c.gratia.de reſcrip.lib.vj.

Ego puto quod ille prelatus dũ

viuit remaneat prelatus eccleſie ſicut ⁊ ſi viuẽte rectore fieret vnio
ille remaneret rector donec viuit.Et eſto qḋ prelatus conſentiat
reuocationi vnionis nõ tamen propter hoc renunciare videtur ti-
tulo quem habet in eccleſijs vnitis ex quo enim id non exprimit,
non enim titulus tollitur niſi prelatus renuntiet prelature.de re-
8 nunti.ſuper hoc.c.ſane.⁊.c.veniens.⁊ in.c.cum inter.eo.tit.†Nec
preſumitur quis renuntiare iuri ſuo niſi id exprimat.ff.de proba.
l.cum ne indebito.mortuo autem prelato quelibet ex illis eccle-
ſijs habet prelatum ex quo reuocata eſt vnio.

¶ Ultimo queritur ſi parochialis eccleſia vniatur prebende cano
nici cathedralis eccleſie ⁊ in tali parochiali eccleſia conſtituatur vi
carius:vt patet de prebẽ.extirpande.§.qui vero.e demum illa vnio
diſſoluatur in quo ſtatu remanebunt illi canonici e ille vicarius.re
ſpondeo canonicus cuius prebenda vnita eſt eccleſie donec viuit
habebit curam parochialis eccleſie,et ille vicarius ſimiliter habe-
bit curã.Nam reuocatio vnionis intelligitur ſine preiudicio,mor
tuo vero canonico nõ durabit illa vnio quo ad illum qui ſubroga
tur in locum canonici:mortuo autem illo vicario effectum ſumet
reuocatio vnionis.Et ſic illi eccleſie ꝓuidebitur de nouo rectore.
Similiter ſi moriatur ille vicarius viuente canonico cuius preben
de vnita erat eccleſia parochialis remanebit illa vnio donec viuit
ille canonicus.

Explicit Tractatus de reuo-
cationè vnionis domini Petri de Peruſio.

Tractatus de mutatione ſtatus eccleſiarum facundiſſimi doctoris domini Petri de Peruſio Incipit.

Summarium.

1 Mutatio ſtatus eccleſiarum quomodo cauſetur.
2 Eccleſia ſecularis an poſſit fieri regularis autoritate epiſcopi.
3 Status eccleſie mutatur quādo in eccleſia ſtatuitur certus numerus canonicorum ⁊ bona eorum veniunt in communi.
4 Eccleſia quando deſtruitur autoritate ſuperioris propter delictū clericorum, decetero nullus vocetur clericus illius eccleſie.
5 Epi an poſſunt deſtruere ſtatum monaſterij monialium.
6 Eccleſia vt melioretur an poſſit ad alium locum transferri.
7 Monaſterium ſi ſit deſtructum autoritate ſuperioris quid fiet de bonis illius monaſterij.

Quoniam autem ſtatus antiquus eccleſie qñ cōſeruat. ne ſe.va. c.j. ibi duz dicit in antiquū ſtatū ſic. de ſup. neg. prela. c. ij. de reli. do. c. vno. li. vi. ⁊ quādo mutat ſtatus antiquus eccleſie ⁊ cū monaſteriū erigit in eccleſiam cathedralez. ne
1 ſede vac. c. j. reſtat † modo videre qualiter ⁊ quomodo ille ſtatus cauſet ſuper quo trado duas regulas principales.

Prima quidez regula eſt. vbi eccleſie adijcit noua qualitas que prius non erat huius regule patent exēpla. eccleſia ſine cura, erigit in eccleſiam curatam. Nam huic eccleſie datur animarū cura ⁊ ius parochiale qḋ prius nō habebat, ⁊ in quo cōſiſtit animarum cura. habetur de electio. dudum. et in quo conſiſtat ius parochiale, vide per Inno. in rub. de parochiali. ⁊ per hoc fit deſtructio inter eccleſiam ſine cura ⁊ eccleſiam curatam. de reſcrip. ſi eo tempore. lib. vi. ⁊ de preben. cum in illis. eo. titu.

Item mutatur ſtatus eccleſie qñ parochialis erigitur in baptiſmalem. Nam de iure parochiali non competit ius baptiſmi: et de hac eccleſia baptiſmali loquuntur iura de preſcrip. c. j. ⁊ c. ex tranſmiſſa. de tranſ. c. preterea. de ſen. excō. cle. vna. itez mutatur ſtatus eccleſie cū eccleſia non collegiata erigit in collegiatam, vt in. c. nobis. de iure pa. itē cū monaſteriū erigitur in eccleſiam cathedralez ne ſe. va. c. j. item cum eccleſia ſecularis erigitur in regularem. de ec. edifi. ad audientiam. vnde dicebat gloſ. de rebus eccle. c. poſſeſſio-
2 nes quod † eccleſia ſecularis poteſt fieri regularis autoritate epiſcopi dummodo canonici ſeque alibi prouideatur. ſed eis inuitis de voluntate talium clericorum eccleſia ſecularis efficitur regularis qḋ clerici ſeculares de illa eccleſia amouebunt dummodo alibi illis clericis prouideatur.

Alia regula eſt per quam cognoſcitur permutatio ſtatus eccleſie, vez vbi qualitas inherēs eccleſie tollitur vel diſtrahitur ſicut patet per hec exempla ſi eccleſia curata reducatur ad eccleſiam ſine cura. Item cum eccleſia baptiſmalis inducitur ad nō baptiſmalem. Itē cum eccleſia collegiata reducitur ad non collegiatam. Item cum eccleſia cathedralis reducitur ad monaſterium. ne ſe. va. c. j.

Sunt ⁊ alij modi quibus mutat ſtatus eccleſie; Primo quando eccleſia vel ordo cui licet habere proprium in totum vnitur vel ſubijcitur eccleſie vel ordini cui non licet habere proprium. de ſta. mona. recolentes. item cum artior regula per inſtitutionem eccleſie inſurgit quā eſſet a principio per regulam datam ordini. de regu. iur. c. ſane. ⁊ eſt caſus in. c. vno. de relig. do. li. vi. Item cum profeſſio inducitur artior ſtatus quā eſſet primo, qui artior ſtatus poteſt eis inuitis induci, de quo per glo. in regula, qḋ ocā. li. vj. Itez
3 † mutatur ſtatus eccleſie quādo in eccleſia ſtatuitur certus numerus canonicorum, ⁊ bona eorum veniant in communi ⁊ in vna domo veſcantur ⁊ ſub vno tecto dormiant ⁊ quieſcāt. de vita ⁊ hone. cle. cle. quoniam. Item cū eccleſia habēs patronū efficit exempta a iure patronatus qḋ eſt in eccleſia ⁊ talis erigitur in collegiatā, vt in. c. nobis. de iurep. vel patronus abdicat a ſe ius patronatus. de dona. paſtoralis. de teſti. ſignificauit. Itez mutatur ſtatus eccleſie cum dignitas tollitur ⁊ ſupprimitur. de conſtitu. cum acceſſiſſent. Item qñq; ſic alterat ⁊ reſtringit ſtatus eccleſie qḋ non licet ordini illius eccleſie transferre ad aliū ordinem, vt patet de ſta. reg. c. j. Item cū eccleſia autoritate ſuperioris deſtruitur, tunc enim mutat ſtatus eccleſie: ⁊ per hoc dicebat Inno. in. c. ij. de oper. noui nūtia. quod quādo eccleſia deſtruitur autoritate ſuperioris propter
4 delictum clericorum eccleſie qñ † decetero nullus vocabitur clericus illius eccleſie. Et illa eccleſia perdit omnia priuilegia. de conſecra. diſt. j. placuit. xvj. q. vij. ⁊ hoc dicimus. ff. quando dies vſufr. ce. l. vſuſfructus. §. ſi. Secus quando autoritate ſuperioris eccleſie vnitur alteri loco vel ad alium locum transfertur ſm Inno. in. d. c. ij. Ex predictis autez verbis Inno. ſolet fieri queſtio an eccleſia de autoritate epiſcopi dedicata poſſit pro aliqua cauſa deſtrui. ita qḋ non ſit vltra nec ibi nec alibi. Solent enim epiſcopi quandoq; de-
5 ſtruere † ſtatum monaſterij monialium vt ibi non ſit amplius eccleſia nec monaſterium ⁊ transferunt abbatiſſam ⁊ moniales ad aliud monaſterium. Item quod ibi amplius non eligatur abbatiſſa: nec moniales recipiantur. Item qꝫ ibi nunquam celebrentur diuina officia. Item quod ibi nunquam amplius ſepeliatur. Item quod ille locus deſinat eſſe ſacer ⁊ religioſus. Item quod ille locus ad vſum prophanum ⁊ talem locum vendunt vt prophanum cum antem prius ante deſtructionem ibi eſſet eccleſia monaſterium. Itez ibi eligebantur abbatiſſe ⁊ recipiebantur moniales. de elec. indēnitatibus. lib. vi. Item ibi celebrātur diuina per ſacerdotem ad id deputatum qui etiam ſacerdos habeat curam fori penitētialis illarum monialium. Item locus ille viſitabitur per ſuperiorem. de ſtatu mo. in ſingulis dicunt quidam qḋ non poteſt deſtrui vt in regula quod ſemel dedicatum. lib. vi. ad hoc facit. ix. q. iij. qui ſemel. xiij. q. vij. aperuit. xvi. q. vij. ſi quis vult. xvij. q. iiij. queſti. de cōſec. di. j. oēs baſilice. ⁊ dicit in. c. in ſancta. ⁊ c. ſe. de re. perma. in cāpis. de le. ij. do. c. ad hec. ⁊ eo. ti. cle. qi contingit.

An contrarium poſſit fieri xvi. q. vij. et hoc dicim⁹ ⁊ ibi de hoc per Io. ⁊ Archi. ⁊ id quod dicit Archi. x. q. iij. vnio. ⁊ in. d. c. ſi quis vult. ⁊ de conſecra. diſtin. j. omnes baſilice. ⁊ dicitur expreſſum ea. diſtin. c. placuit. ⁊ c. trabes. facit. x. queſtione. ij. hoc ius. ⁊ xij. queſtio. ij. auruz. ⁊ qḋ vtrobiq; no. pro ⁊ contra. facit qḋ notatur in Specu. de dona. verſic. quid ſi aliquis viro. ſed pro hoc facit de noui oper. nuntia. c. ij. et. c. j. et quod ibi notatur per Innocen. ⁊ Hoſti. ⁊ Ioan. and. Quid ergo dicendum. ſo. diſtinguendum. aut hoc vult facere ex voluntate aut ex neceſſitate. Primo
6 † caſu non poteſt deſtrui licet vt melioretur poſſet ad alium locuz transferri. ſed debet eidem eccleſie antique ſi hoc poſſet fieri per ſacerdotez deſeruiri, vt in. c. ſi quis vult. ⁊ c. vnio. ⁊ c. omnes baſilice. in arg. ſi non ex neceſſitate. aut poteſt remanere in eodem loco, et tunc idem qḋ. ſ. aut nō poteſt remanere, ⁊ tunc poteſt deſtrui. debet tamen ſemper hoc fieri de autoritate diocceſani, vt in. d. c. placuit. In contrarium allegata non obſtant, loquuntur enim in illo caſu ⁊ quando eccleſia ⁊ res ſacre durante ſuo ſtatu et conſecratione reducitur ad prophanum vſum, non autem quando deſtruitur et totaliter reducitur ad non eſſe eccleſiam vel rem ſacram, et ita intelligitur regula ſemel deo dedicatuz. libro ſexto. Et nota quod illud quod dicit Innocen. in dicto. c. ij. quod deſtructa eccleſia clerici non erunt amplius clerici illius loci habet locum in clericis ſecularibus, ſed ſi tales eſſent profeſſi: tunc deſinūt eſſe monachi monaſterij profeſſori, ſed per hoc non deſinunt eſſe profeſſi, ſed efficiantur monachi alterius monaſterij ad quod ſunt tranſlati. de regula. licet.

7 Sed iuxta predicta queritur ſi † deſtructum ſit monaſterium autoritate ſuperioris quid fiet de illis bonis monaſterij. Reſpondeo illa bona acquirantur monaſterio ad quod monaſterium illi profeſſi ſunt trāſlati. ratio eſt ne tales profeſſi ſint oneroſi ſecūdo monaſterio ad quod ſunt tranſlati. Et propter hoc dicit Ioan. andr. de ſtatu mona. recolentes, quod ſi religioſus tranſit ad ſecundum monaſterium recuperat quod dedit primo monaſterio, ſed de bonis monaſterij nihil habebit. ⁊ ſubdit ibidē qḋ ſi monaſteriū in totum deſtruatur, qꝫ quilibet habet partem ſuam de bonis monaſterij. ſed iſtam materiam proſequar per tria capitula.

Primum capitulum principale

eſt qñ monaſterium remaneat in ſuo ſtatu antiquo vna cuz ordine ⁊ religione vigentibus in dicto monaſterio.

Secundum capitulum eſt quando monaſterium deſtruitur autoritate ſuperioris: tamen ordo ⁊ religio ſub quibus regebatur remanent.

Tertium capitulum principale eſt quando monaſterium deſtruitur, et deſtruitur ordo et religio ſub quibus monaſterium regebatur.

Summarium.

1 Ingrediens monaſterium ⁊ offerens ſe et ſua et intra probationis annum rediens ad ſeculum an recuperabit bona ſua.
2 Bona queſita primo monaſterio ex perſona profitentis an remaneant apud monaſterium primum, an vero acquirantur ſecundo.
3 Donatio perfecta non reuocatur.
4 Profeſſus vnius monaſterij quando intrat in ſecundū monaſterium cauſa penitentie cui acquirat.
5 Conſuetudo Italie in monialibus recipiendis.

¶ Capitulum primum.

Venio ad primũ capitulũ
principale qñ monaſteriũ, ordo ⁊ religio remanēt
in eorum ſtatu antiquo, ⁊ hoc declaro per infraſcri
ptas queſtiones.
1 ¶ Primo queritur aliquis † ingreditur monaſte
rium ⁊ offert ſe ⁊ ſua, ⁊ tñ infra probationis annũ redit ad ſeculũ
queritur an recuperet bona ſua. Rñdeo recuperat. et ratio eſt: qr
oblatio bonorũ hꝫ in ſe tacitam cōditionē. ſ. ſi ille in monaſterio re
manſerit, vt eſt caſus ad literā in. c. in preſentia. de prob. Preterea
ex quo ineſt illa tacita conditio defectus cōditionis impedit acqui
ſitionē bonorũ. ff. de ver. obli. l. cedere diem. Preterea hoc proba
tur per caſum. de regu. c. ſtatuimus. vbi recedēs de monaſterio in
fra probationis annum in ea veſte redit quã tulit dum in mona
ſterium ingreſſus eſt. Et per predicta dicēdum eſt qđ ſi tpe ingreſ
ſus nihil de bonis origit qđ dominium illorum bonorum remanet
apud ingredientem dum eſt. i. probationis annum, ⁊ hoc optime
probatur de regula. beneficium. lib. vi.

Secundo principaliter queritur

aliquis ingreditur monaſterium ⁊ offert ſe ⁊ ſua. Et demum proſ
ectus in illo monaſterio ⁊ demum poſt illam profeſſionē acquirit
bona ex ſucceſſione parentum. ita qđ illa bona acquirunt monaſte
rio ex diſpoſitione iuris propter profeſſionem. Et demum iſte pro
feſſus legitime tranſit ad ſecundum monaſterium, vt patet de re
2 gula. licet. queritur an bona † queſita primo monaſterio ex perſo
na profitentis remaneant apud monaſterium primum an vero ac
quirantur ſecundo monaſterio, vnde dicebat Jo. de ſta. mo. recolē
tes. ꝙ talis profeſſus recuperat bona que ex ſua perſona fuerāt ac
quiſita primo monaſterio. dicebat Guil. in Spe. de ſta. mo. §. ſi. v.
ſed queritur. qđ bona queſita pͥmo monaſterio remanēt apud pri
mum monaſteriũ, ſed poſtꝗ̄ tranſit ad ſecundũ monaſterium quic
quid acquirit: acquirit ſecundo monaſterio. in auẽ. de iudi. §. ſi ve
ro. xviij. q. ij. c. j. Et ſubdit ibidē, ꝙ ſi talis profeſſus ad ſecũdũ mo
naſterium tranſiens nō habeat vnde viuat in ſecundo monaſterio
qđ tunc vſuſfructus bonorum acquiſitorum in primo monaſterio
pertinebunt ad ſecũdum monaſteriũ. proprietas autē remanebit
apud primum monaſterium. ideo autem vſuſfructus querūtur illi
ſecundo monaſterio ne ille profeſſus ſit oneroſus ſecundo mona
ſterio. xvi. q. j. de lapſis. Et idē dicit Spe. in. §. xxiij. In hoc autem
ſunt opi. nam quidam dicunt qđ de rigore iuris profeſſus nō recu
perat bona acquiſita pͥmo monaſterio niſi de equitate recuperat.
¶ Alia fuit opi. qđ aut bona ſunt queſita expreſſa donatiōe facta
per ingredientem tpe ſui ingreſſus: ⁊ tūc illa bona nō recuperat li
3 cet ad aliud monaſteriũ tranſeat: qr † donatio perfecta non reuo
catur. C. de dona. l. perfectaꝫ. ſi aūt ſint queſita primo monaſterio
ex iuris diſpoſitione ꝑpter vinculũ profeſſionis: tūc talia bona re
cuperat ⁊ querent ſecũdo monaſterio, ⁊ idem tenet Inno. qñ de li
centia ſuperioris trāſiuit ad ſecundũ monaſteriũ ne ſecũdo mona
ſterio ſit oneroſus. xvi. q. j. ſi quos. ꝯcludamus ergo ꝙ ea que queſi
uit profeſſus dũ erat in primo monaſterio illa remanent apud pri
mum monaſteriũ ⁊ nō apud ſecũdũ. xviij. q. j. ſi quis. in auẽ. de ſanc
tiſ. epiſ. §. ſi. non qđ aūt poſtmodũ querit. ſ. poſtꝗ̄ tranſiuit ad ſe
cundum monaſterium acquirat ſecundo monaſterio. de priui. cum
olim. vbi eſt caſus. ⁊. xxiij. q. j. ſtatutum.

Tertio principaliter queritur ſi p

profeſſum vnius monaſterij ex perſona illius ꝓfeſſi ſint queſita bo
na ipſi monaſterio ⁊ tandē ipſe ꝓfeſſus tranſeat ad ſecundũ mona
ſterium ad penitentiã peragendã ꝑpter exceſſus quos cōmiſit in
primo monaſterio apud quē remanebūt illa bona. reſpōdeo apud
primũ monaſteriũ quo ad proprietatē, ſed quo ad vſumfructũ re
manebit apud ſecũdum vel pertinebit monaſterio: ⁊ illo monacho
mortuo redibit vſuſfructus ad ſecundum monaſterium. xvi. q. j. de
4 lapſis. ⁊ ita no. xvi. q. j. ſi qui. Et no. ꝙ † qñ profeſſus vnius monaſte
rij intrat in ſecundum monaſterium ad penitentiam peragendaꝫ
quicquid acquirit poſtꝗ̄ ibi eſt intruſus acquirit ſecundo mona
ſterio. in auẽ. de ſanctiſ. epi. §. ſi monachus. ⁊ ita no. gl. in. d. c. ſi quis
ſuperius allegato.

qđ no.in cle.j.de preb. Itẽ põt dici certo reſpectu beneficiũ vacare
in curia ꝛ alio reſpectu vacare in partib⁹ vt determinant due deci
ſi.in antiqs.vna eſt numero.cccxcix.incipit,itẽ no.q̃ vbi ex priuile
20 gio. Alia numero.cccclxxxvj.incipit qdã epũ. ¶ Et † an ſi exiſtẽs
in roma.cũ.facit procuratorem ad capiendum poſſeſſionem bene-
ficij incõpatibilis ea adepta priora beneficia in curia cenſeantur va
care.no.plene docto.in clemẽ.j.vt lit.pen.ꝛ in.c.ij.de prebẽ. lib. vj.
vbi etiam querunt quid ſi fiat econtra.Et ad probandam vacatio-
nem beneficij ſufficit ſola fama ad effectum adiudicationis,vt vlti.
deciſ.ccxxi.in nouis.incipit,item ꝙ ad effectũ quomodo aut alias
probãda ſit mors alicuius plene examinãt moder.cano.in.c.in pre
ſentia.de ſponſa.ꝛ Bar.in.l.ij.§.ſi dubitet.ff.quẽad.teſta.aperian.

Quomodo autem morte prelati expirat vel ceſſeat reuo-
cari mandatũ procuratoris vel vices gerẽtis ſiue ſint agẽdo ſiue de
fendendo ꝛ ſiue in cauſa propria ſiue in cauſa communi plene no.
in . c.cum dilectus.de conſue.ꝛ in.c.dilecti.de foro compe.ꝛ in.c. ſi
vno.de procu.lib.vj.ꝛ in dicta clemẽ.ſi.de procura.ꝛ in deciſ.in an
tiquis.Et in Specu.de ſcin.§.j.verſi. quid ſi aliqua.ꝛ de procu.§.
21 ſed nunquid procurator.¶ Et an † cõpromiſſum factum per pre-
latum de rebus eccleſie eo mortuo etiam expiret:ꝛ ſic ſede vacante
non poſſit etiam per capitulum cõtinuari.vide in Spe.de arbit.
§.ſinitur.ver.quid ſi prelatus.ꝛ in.d.cle.ſi.de proc. De vicario dic
vt in.d.c.pe.de offi.vica.ꝛ in.c.romana.eo.tit.li.vj.de quibus.j.tã-
getur in queſtionibus.¶ Et an compromiſſum factum in prela-
tum ſub nomine dignitatis tranſeat in capitulum ſede vacãte vel
ad ſucceſſorem. Bart.videtur ꝙ non in.l.qm liberis.§. hec verba.
de vulga.ꝛ pupil. Ratio q̃ ex natura negotij in quo cõiter aliqui
tantũ cõſueuerunt eligi videtur cõtemplata perſona nõ dignitas
per no.in.c.ſi.de offi.deleg.ꝛ in cle.eo.tit.vide Imol.in.d.clemẽ. ſi.
22 de procura.¶ Et mortuo papa licet † poteſtas vicarij expiret, nõ
tamen expirat licentia per eum data alicui de celebrando in do-
mo ſua.vt vult deciſio in antiquis.in tit.de offi.ordi.Et no.ꝙ licet
ſedes aliqua vacet, per hoc non tollitur vel impeditur mandatũ
pape,cum papa ſit ſuper omnes.ix.q.iij.cuncta per mũdum.c.pro
poſuit.de conceſ.preben.ꝛ ideo tale mandatum etiam ſede vacan
te poteſt intimari ſm Hoſtien.ꝛ Domi.in.c.quia cunctis.de con
ceſ.preben.lib.vj.

Summarium.

1 Sede vacante an circa poteſtatem capituli ſit regula affirma
tiua vel negatiua danda.
2 Collatio beneficiorũ,preſentatio ꝛ ſimilia ſunt de fructibus reſer
uandis ſucceſſoribus.
3 Capitulum ſede vacante,an ſuccedat generaliter in iuriſditione
prelati ſui.
4 Gerundium verbum an inducat conditionem.
5 Totum non eſt aliud a ſua parte.
6 Regula potius eſt ſumenda ex rubrica.
7 Prohibitorium edictum quod dicatur.
8 Res quando regulatur iure ſpeciali, tunc impoſſibile eſt prohibi-
tos enumerare.
Omnia intelliguntur regulariter permiſſa per legem que nõ ſunt
prohibita.
Remuneratio indiuidui non reſtringit genus.
9 Legatus apoſtolice ſedis vicem proconſulis ꝛ preſidis prouincie
obtinet.
10 Capitulum ſede vacãte an poſſit exercere omnia equalia vel mino
ra his que ibi expreſſe permiſſa reperiuntur in iure.
11 Regula quid ſit.
12 Vicecancellarij poteſtas in ſignaturis beneficiorum.
13 Exceptio quid operetur.
14 Modus vnus determinatus nõ poteſt aſſignari ad oẽs regiones.

¶ Queſtio prima prime partis principalis.

¶ Regula affirmatiua vel negatiua an ſit danda circa officium et
poteſtatẽ capituli ſede vacante.Et ibi an exceptio firmet regulã.
vltra Bal.in.l.in his.ff.de legi.

PRimo queritur generali
1 ter an circa poteſtatẽ † capituli ſede vacante dan-
da ſit regula affirmatiua vel negatiua. Et q̃ tra-
di debet regula negatiua.probatur in rubri. ne ſe
de va.aliquid innoue.que cũ habeat orationẽ per
fectam poteſt allegari pro deciſione ſm Abb.qui alle.no.in rub.et
in.l.j.C. etiam ob chirog.pe.ꝛ Butriga.in prohemio Grego.ꝛ ſu
per rub.lib.vi.ꝛ in aut.nullũ credi.ag.facit in ſimili rubri.ne cle.vel
mo.ꝛ rub.ne prela.vi.ſuas.ꝛ.ff.ne quis eum qui in ius ꝛc . ꝛ ne vis
fiat ei ꝛc.ꝛ.C.ne ſanc.bap.ꝛ ne ſide.do.den.vbi de hoc no.¶ Pro-
bat ſcđo.c.j.ne ſe.vac. Attendentes igitur ꝙ epali ſede vacante nõ
debet aliquid innouari cum non ſit qui epale ius tueatur.facit in
ſimili.ff.nil no.ap.pẽ.¶ Probat tertio.c.ij.eo.ti.ibi cũ nuſq̃ in-
ueniatur cautum in iure ꝙ capitulũ ſede vacãte fungatur vice epi
in collationibus prebẽdarũ.¶ Probat quarto.c.iij.eo.ti.ibi ꝛ ca
renti legitimo defenſore.vbi ſupplent ꝛ exponunt doc.ꝛ pro.i. vt
nõ faciat pro opi.Lau.de qua ibi in glo.Et propterea dicit Hoſti.
illud debere intelligi de defenſore cõſtituto a iure,ſcʒ prelato. Di
cens pro certo quãtum ad iudicia ꝛ ea que ad epalem menſam ſpe-
ctant procedi nõ põt ſede vacante,maxime quãdo modico tempo
re vacat .ꝛ ita dicit procedere opi.Lau.de quo in.c.j.eo.ti.vt refert
Jo.an.in.d.c.ſi.Licet ſm Goſ.ꝛ Hoſt.in negotio contingẽte ſolũ
capitulum vacante ſede poſſit conueniri per.c.edoceri.de reſcrip.
¶ Probant hoc.c.q̃ ſepe.de elec.lib.vj.ꝛ cle.ſtatutũ.eo.ti.ꝛ.c.pre
2 ſenti.de offi.or.lib.vj.in fructibus † reſeruãdis ſucceſſoribus inter
quos eſt collatio beneficiorũ,preſentatio ꝛ bona ſimilia,vt no.in.c.
ij.de in integ.reſti.c.ſi.de offi.vi.c.relatũ.de preb.ꝛ in.c.cũ olim . de
malo.ꝛ obe.qui tex.iuncto.c.his que videſ ſatiſfacere pro iſta par
te ꝛ ibi ſentit Butri.ꝛ cle.j.§.ſi.de ſup.neg.prela.

Probat

Probat ſexto c. ſicut noſtris. de iureiu. et c. j. de reb. eccle. nõ alie. li. vj. et c. j. et c. de quarta. de preſcri. et c. auditis de in inte. reſti. cũ ſi. c. ſi qua. de rebus. xij. q. vj. ſatiſfact. l. j. q. et iij. ff. de col. illi. et l. ſi pſes. C. quo et qñ iud. et in auf. quod ſi. C. de preſcri. lon. temp. Et pro hac parte facit ratio vt tollatur occaſio c. protelãdi electiões de qua in cle. ne romani. de ele. et no. in d. cle. ſtatutum. Item qui poſſunt conſulere Ro. pon. et debent ꝙ preſumitur cõmode poſſunt vt probatur in. c. j. de cle. egro. li. vj. et in. c. veniens. de eo qui dux. in ma. quam pol. per adul. ¶ Pro hac etiam parte tex. facit qd in ſimili traditur de archiepiſcopo in dioceſi ſuffraganeorum in. c. paſtoralis. de offi. ordi. cum ſi. et hanc partem tenuerũt Vin. et Roſ. Be. et Hoſt. aperte in ſumma ne ſe. vac. §. iij. et Archi. in. c. j. de maio. et obe. li. vj. et in. c. j. de inſti. eo. li. Et nõnulli alij videntur hoc tenuiſſe in. c. qm. c. di. Salua tñ conſuetudine et preſcriptione per. c. irrefragabili. §. exceſſus. de offi. or. et c. ex parte. de reſcrip. dicentes dictũ c. cũ olim. cõtinere duplicẽ gratiam de quo infra latius dicetur. ¶ In cõtrariũ vero ꝙ tradi debeat regu
3 la affirmatiua generalis. ſ. ꝙ † capitulũ ſede vacãte ſuccedat generaliter in iuriſdictione prelati ſui et etiam in adminiſtratione temporalium et ſpiritualium.

Probat primo rubri. de ſup. negli. prela. ꝑpter naturam gerundiorum et participiorum nominũ neceſſitatẽ inducentiũ per no. in rub. de eden. de quo per Jo. an. in. c. j. de poſtu. prela. in nouel. vbi dicit ꝙ habent ſignificationẽ actiuam et paſſiuã ſecundũ ꝙ habent idem ſignificatum cum infinito quando additur de vel in. Et quandoqz ſignificat cauſam formalẽ, quandoqz vero finalẽ prout no. Bar. in. l. vnica. C. de his qui la. occu. per Bal. in. l. id quod pauperibus. in princi. et de epiſ. et cle. Et per eundẽ Jo. an. in. c. in noſtra. de pcu. Et diſponit et reſoluitur in verbum vbi non poteſt ad aliud verbum referri, vt glo. in auf. de non eligen. ſecũ. nu. col. j. ſuper rub. et ſicut reſoluuntur ablatiui abſoluti. l. a teſtato. ff. de condi. et demon. et de materia vide pleniſſime per Albe. de ro. in ſecundo alphabeto iuris cano
4 nici in verbo, gerũdiũ. et an gerundiũ † inducat cõditionẽ no. Bar. in. l. j. ff. de cõdi. et demon. facit in ſimili in rub. de ſcrutinio in or. fa. et de teſti. cogen. et de cur. bo. dã. Nã ſicut illa dr̃ eccleſia viduata que licet epiſcopum habet, tñ inutilẽ prohibetur habere. c. inter corporalia de tranſla. prela. qd regulare eſt in ſupplenda negligentia cuz ſcilicet vacat ſedes ficte magis vel ſaltẽ eque regulare eſſe dz cũ vacat, ficte probatur hoc expſſe in. c. ſi epiſcopus. et c. ſi. de ſup. neg. prela. in. vj. et deniqz totus ille titulus inquãtum ibi determinatur ꝙ capitulum ſede vacante vel quaſi aut vere vel ficte ſuccedat in iuriſdictione et adminiſtratione temporaliũ et ſpiritualiũ. ¶ Probatur ſecundo in. c. ad abolendã. de here. et in cle. j. et. ſi. eo. tit. ¶ Probatur tertio in. c. j. de ma. et obe. lib. vj. qd permittit abſolutionẽ excõmunicatorum ſede vacante capitulo ad quem tunc deuoluitur iuriſdictio. ¶ Probat. c. j. de inſti. eo. l. vbi patet ꝙ capitulum ſede vacante inſtituit preſentatos ad beneficia qd eſt iuriſdictionis. Probant. c. cum in cũ. de elec. et c. cum nullus. §. ij. de temp. ordi. eo. lib. ¶ Probat etiam in ſimili. c. j. de cle. egro. eo. lib. et cle. ne romani. de elec. per locum a ſpeciali. ¶ Probant. c. is que. et c. cum olim. de maio. et obe. ¶ Ad hanc etiam partẽ poſſunt adduci. c. vt preterite. de elec. et c. qz ſepe. eod. titu. lib. vj. ¶ Probat etiã extrauagans execrabilis in. §. ceterum. Jo. xxij. ¶ Ad hanc partem facit ratio c. requiſiui. de teſta. prope ſi. et c. cum clerici. de verbo. ſigni. et c. quãto. et c. nouit. cum ſi. de his que ſi. a pre. propter cõmunionem que eſt inter prelatũ et capitulum. ipſi enim ſeu eccleſia ſunt quod daz to
5 tum, ar. xij. diſt. c. j. j. q. iij. ſi quis epiſcopus. et totum † nõ eſt aliud a ſua parte, vt no. lxxij. di. nullus inuitis. et probatur de peni. di. j. vulgar. ad illud facit qd dicitur de cõnexis, vt in. c. tranſlato. cũ cõcor. de conſti. et c. j. de iure pa. lib. vj. et l. voluntas. C. de fideicom. et quod no. in. c. cum apoſtolica. de his que ſi. a prela. de alienatione que nõ cenſetur inter coniunctos.

Item ratio ne eccleſia vacans interim patiatur aliquod detrimentum. per. c. nihil. §. ſin. de elec. ¶ Itẽ ratio Federi. de ſenis in. q. xxx. de diſpẽſatione de qua infra late dicetur. Item qui tũc in negligentiã capituli prouidet metropolita. tantũ, vt in. d. c. ſin. de ſup. negli. prela. lib. vj. Probatur hoc per Gof. Phi. Inno. Hoſt. et Compoſt. in. c. eam te. de reſcrip. quos ibi refert Jo. an. ſuper. gl. ij. Et hanc partem videntur tenuiſſe Lau. Hug. et Jo. et Ber. glo. et Inno. In iuribus prealleg. et Jo. mo. et dicit Jo. an. in. d. c. cuz olim. hoc communiter teneri. Et idem dicit ibidem Abb. ſicu. et Cardi. florenti. et But. et hoc tam in his que ſunt ordinis ꝙ iuriſdictionis Hanc etiam partem ſatis videtur cõcludere et firmare Fede. in. d. q. xxx. et in. q. xvj. et. xl. et deciſione. cccvj. incipit. item fuit dubitatuz quam etiam puto verã vt patebit ex infra dicendis. ¶ Non obſt. quod dicitur de rub. negatiua qd ſcilicet faciat inuẽ regulã per ea que no. Jo. mo. et Jo. an. in ſimili in. c. j. de cle. egro. li. vj. in nouel. et
6 quia † potius eſt ſumẽda regula ex rub. de ſup. negli. prela. patet in ſimili de titulis affirmatiuis, de tẽpo. or. de eta. et quali. quibus ſubduntur poſtea exceptiones in titulis ſequentibus. ſ. de ſer. non or. de ſi. pſby. de biga. ec. Et ſimiliter de ti. de ſpõ. et matri. generali affirmatiuo et regulari, et poſtea ſubduntur ſpeciales detrahentes regule de deſponſa. impu. et ſequentibus. Et ſemper eſt ſumenda regula ex pluribus ec. vt no. gl. in. l. iulianus. in prin. ff. de actio. emp. et per Dy. et Jo. an. de reg. iur. in. vj. Infero ergo concludendam regulam affirmatiuam, videlicet ꝙ ad capitulũ ſede vacante deuoluitur omnis poteſtas epalis et adminiſtratio ſeu iuriſdictio tam in temporalibus ꝙ in ſpiritualibus vt ſupra. Nec obſt. rubrica negatiua per ratiões ſupra deductas: et quaſi ſe habeat ad inſtar edicti prohibitorij in quo quodcunqz nõ prohibetur cenſetur permiſſuz vt no. in. c. cum apud. de ſpon. et iij. q. iiij. qui ſpiritualem. Simile in. l. mutus. §. j. ff. de procu. et in. l. j. ff. de teſti. cum ſi. Non tamen intelligendo prohibitoriũ vt ſumitur in. l. pretor. §. hoc interdictuz ff. de ope. no. nunc. de qua materia plene in. d. c. inter corporalia. de tranſla. prela. in glo. magna.

7 Dicitur enim prohibitoriũ † edictum quoad certa negotia, alis regulariter permiſſa: quia prohibitoriuz dirigitur ad certos caſus. Ubicunqz vero lex aut ſtatutum diſponit prohibitiue, nõ prohibitum intelligitur permiſſum, niſi ratio vel natura repugnet, ꝙ non eſt hic. in dubio ſemper ſtandum eſt regule. de quo plene per doc. in. d. c. cum apud. de ſpõ. et in. d. c. martinus. de cog. ſpi. et. ij. q. v. c. conſuluiſti. Uel clarius potes dicere ꝙ quedam reguntur iure cõmuni, et in his ſemper ponitur edictum prohibitorium: qz cum iure cõmuni res regatur, impoſſibile eſſet omnes res enumerare. ideo prohibita enumerantur et ideo dicitur prohibitorium. l. hos accuſare. ff. de accu. l. nec non. §. quod eius. ex qui. cau.
8 ma. Sed quando res † regulatur iure ſpeciali, tunc impoſſibile eſſet prohibitos enumerare. cum in aliis ſit prohibitum ideo permiſſe enumerantur, et ſic dicitur permiſſorium. l. j. ff. ad munici. et l. conſtitutionibus. de excuſ. tu. l. maximarum. quia cum ſpecialiter dicuntur, magis notantur. ff. de iniur. l. apud labeonem. §. hoc edictum. regulariter tamen omnia intelliguntur permiſſa per legem que non ſunt prohibita. C. de religioſis. l. ſtatuas. ff. de proba. l. ab ea. C. eo. ti. l. ſi ſcriptũ. facit ſimile de relatiuo, et qz remuneratio indiuidui non reſtringit genus. l. naz quod liquide. §. ſi. et §. titia. de pe. leg. et ibi Bar. et in. l. queſitum. ff. de fun. inſtru. Non ob. de collegio illicito. l. iij. §. j. quia illud ideo quia ſtricta ſunt eo. titu. l. j. et ff. quod cuiuſqz vni. no. l. j. et no. glo. in. d. §. quod eis. ad quod. l. ſolemnus. ff. de iudi. et in. c. cum eccleſia ſutrina. de cau. poſ. et propñe. Facit quod in ſimili dicimus de legato apoſtolice ſedis qui habet pleniſſimam iuriſdictionem, et maius imperium omnibus poſt princi
9 pem in prouincia ſibi decreta. l. iiij. de offi. pres. nam etiã † ipſe vicẽ proconſulis et preſidis prouincie obtinet. de offi. leg. c. legatos. lib. vj. Poteſt namqz legatus omnia que ſibi papa ſpecialiter in iure non reſeruat ſm omnes docto. et ſm glo. Tan. Uincen. et alios in c. nuper. de ſen. excom. et in. c. quod tranſla. de offi. lega. et Joan. ij. q. v. c. ꝙ cauſa. pro quibus facit. ff. de procu. l. procurator. ſi. et l. ſeq. et quod in ſimili dicit Mattheus de vicario pape in vrbe. in cle. ne romani. de elec. facit quod no. in titu. de in ius vo. de pa. et de eden. et fere omnibus titu. et verbũ regulariter importat non ſemper hoc eſt verum. c. quoniam frequenter. vt lit. non conteſta. in princi. et l. regulariter. ff. de peti. heredi.

Nec placet diſtinctio quam quidam facere voluerũt ſcilicet inter ea que ſunt iuſtitie et ea que ſunt gratie ec. per ea que dicentur infra in queſtione de poteſtate capituli circa diſpẽſationes. Necqz inter iudicialia et extraiudicialia preter ea que dicentur infra in queſtione de poteſtate capituli circa ſtatuta facienda. Nec videtur poſſibile facere aliquam diſtinctionẽ in hac materia que nõ ſit magis perplexa ꝙ ſit diſtinctio inter ea que competunt epiſcopis ratione legis dioceſis, vel ratione legis iuriſdictionis. de quo in. c. conquerente. de offi. ordi. Cogitaui alias ſi poſſet fieri diſtinctio, prout in ſimili facit Jo. an. in. c. at ſi clerici. in ſi. de iudi. circa poteſtatem epiſcoporum in diſpenſationibus faciendis. Concluden
10 do ſcilicet ꝙ capitulum † ſede vacante poſſit exercere omnia equalia vel minora his que ſibi expreſſe permiſſa reperiuntur in iure niſi vbi aliqua ex eis ſimiliter in iure reperirentur expreſſe et ſpecialiter prohibita. item ꝙ non poſſit exercere maiora illis niſi vbi expreſſe in iure et ſpecifice reperiretur conceſſum ratione vitandi preiudiciũ ec. Sed laborat huiuſmodi diſtinctio eodem morbo quo alie et forte maiori perplexitate, et nihil aliud eſſet ꝙ declarare velle ignotum per ignotius. Et ideo verius et ſanius eſt concludere vt ſupra dandam eſſe regulam affirmatiuam a qua excipiantur caſus prohibiti: de quibus ſingulariter infra tractabitur per ſpeciales queſtiones, et ꝙ in oĩbus capitulũ ad inſtar tutoris ſit adminiſtrator legitimus et neceſſarius vacante ſede, et teneatur et debeat vtilia facere et inutilia pretermittere ec. Salua etiam in prohibitis ratihabitione ſucceſſoris eligendi et promouendi ac neceſſitate ineuitabili et euidenti vtilitate eccleſie et bonorum eius, attenta etiã diſtãtia

locorū ⁊ diuturnitatis vacationis vel quaſi vere vel ficte ⁊ aliis pē-
ſatis que in diſpēſationibus ⁊ in ſimilibus attendi cōſueuere. Sal
uis etiam priuilegiis, cōſuetudine vel preſcriptione ⁊c.c.pe.de in-
ſti.⁊ ibi per Inno. Saluo etiam ſi ſedes apoſtolica aut prelatus im
peditus aliter duceret prouidendū dando ſpecialē viſitatorē ⁊ ad-
miniſtratorē: vt in.c.is cui.de elect.lib.vj.⁊ in.c.de cle.egro.eo.lib.⁊
in cle.j.de fo.compe.Et in cle.in plerīſq̄.de elec.⁊ in cle.j.de penis,⁊
in extrauagā.Boni.que incipit. Sancta romana ⁊ ſimilibus.⁊ in
c.ſi eps.de ſup.neg.prela.lib.vj.prout.j.latius patebit.

11 **Et adde ꝙ regula** †eſt breuiter compendioſa tra-
ditio veritatis veritatis, ſingu-
los complectens caſus, vt in.l.j.de regu.iu.⁊ lex eſt quedam forma
eadem in omnibus perſonis. Et habet ſe regula ad inſtar cuiuſdā
principii ⁊ cuiuſdam maxime ſicut dialectica dicit glo.in auē.de re
ſti.⁊ ea que pa.in prin.colla.v. Et exponitur regula proprie pro ca
none.c.canon.iur.conten.autem in.l.j.ff.de reg.iur.exponit aliter
vt habetur ibi. ¶ Io.mo.dicit ꝙ eſt diſtortū prauūq̄ corrigēs bo
num ⁊ quum breuiter comprehendens. Et vide Ancha.in prohe
mio regularum ⁊ repetitione.c.canonum ſtatuta.in princ.de quo
prohemio vide plene de regula.ad ſaturitatem.que hic breuitatis
cauſa omitto,⁊ ſatis erat remiſſio.⁊ vide Rudo.in conſi.dcclxxxix.
12 circa regulas cancellarie ⁊ poteſtatem †vicecancellarii in ſignatu-
ris beneficiorum. Et ſumitur regula proprie ⁊ improprie ſicut re-
gula catoniana ⁊ allegat pro iure nō tam ex origine ꝗ̄ ex forma, ⁊
potior eſt cauſa eius pro quo facit regula.hʒ enim tūc aduerſarius
rationem reddere quare in illo caſu regula non loquat de quo per
glo.in rubri.de reg.iu.lib.vj. Et per exceptionem firmatur regula
l.queſituni.§.denique neratius.ff.de fun.inſtru.l.pediculis.§.argē-
to.ff.de aur.⁊ arg.leg.l.ſi cui dulcia.de vi.triti.⁊ ole.lega.in auē.de
non alie.§.vt autem.col.ii.facit.c.ne aliqui.de priuile.⁊ de offi.de-
leg.c.hac cōſtitutione.li.vj.⁊ in extrauag.execrabilis.⁊ in extraua-
gan.cum inter nōnullos.Boni.⁊.l.tribunus.§.ſi.de teſta.mili. Et
13 †exceptio hoc operatur vt illud qđ alias ſub verbis regule compre
hendebatur ad determinationē regule exceptionis virtute tolla-
tur, vt ibi no. Et regula nō reſtringit per exempla.l.damni.§.ſi.ff.
de dam.infec. Et regula ordinis ⁊ ſtatuta non faciunt ius ſm In-
nocen.in.c.dudum de conuerſi.coniuga. ¶ Et exceptio taxatiua
excludit ſimilia non aūt diſſimilia.l.j.C.de pat.qui ſi.di.⁊ per Dy.
in regula in argumentum. Bal.in.l.nullus.C.ad.l.iul.maie.⁊ per
Old.conſi.xxxiii.de eo qui recognouit ab epiſcopo omnia bona
ſua excepta domo. Et qđ natura termini reſtrictiui hoc habet qđ
ſic excludit ab ipſo extraneo ꝙ cuncta pertinentia ad ipſum con-
14 cludit.⁊ ꝙ quo †ad regiones omnes nō poteſt vnus modus deter
minatus aſſignari ꝙ vbi alicui aliquid generaliter prohibetur qđ
expreſſe non conceditur intelligitur denegatum.⁊ qđ regula fra-
trum, precipue minorum ⁊ aliorū religioſorū pro eodem ſumātur.
vide de his omnibus in cle.exiui.§.⁊ quidem.⁊.§.nō enim.⁊.§.nā
vbi.de verbo.ſignifi.

Summarium.

1 Iuriſditionem ordinariam a iure communi an habeat capi-
tulum ſede vacante. 5.
2 Capitulum eſt vnum corpus cuius caput eſt epiſcopus.
3 Epiſcopus in quibus caſibus det iuriſditionem ordinariam.
Auditores ſacri palatii non poſſunt ſuas ſententias diffinitiuas
emendare vel corrigere.
4 Commiſſiones que auditoribus ſacri palatij fiunt, ſunt ſolum di-
ſtributiones.
6 Iuriſditio legati an ſit extraordinaria ⁊ ſuperinducta.
7 Iuriſditio ordinaria eſt fauorabilis, delegata vero odioſa.

¶ Queſtio.ij.prime partis principalis.

¶ Capituli iuriſditio ſede vacante an in ſpiritualibus ⁊ tempora-
libus ſit ordinaria in omnes.

SEcūdo principaliter que
1 ritur. An capitulū† ſede vacante habeat iuriſdi-
tionem ordinariam a iure cōmuni ita ꝙ poſſit iu-
dices dare ⁊ omnia que ad iuriſditionem pertinēt
expedire. Reſpondeo ꝙ ſic prout tenet glo.in.c.ij.
ne prela.vices ſuas in glo.ij.facit.l.⁊ qr.ff.de iuriſdi.om.iudi.⁊ me-
lius cle.j.⁊.ij.de hereti.no.Io.an.in.c.ſi.de ſupplen.negli.prela. in
glo.penul.in nouel.et idem ſentit in.c.ſi epiſcopus.eo.tit. Et ideo
poterit interponere decretum in alienatione rerum minorum, et
in emācipationibus liberorū:⁊ curatorem ad lites pupillis dare ⁊
ſequeſtrari beneficia poſt primam ſententiam in curia latam ⁊ alia
omnia, puta ſententias ſuas plene exequi que ad iuriſditionē per-
tinent expedire.argu.eius quod dicitur de vicario epiſcopi in.c.
ſi.de iudi.lib.vj.ſm Inno.Hoſtien.Ioan.an.⁊ communiter om-
nes in.c.ſua.de offi.vi.⁊ no.glo.in.c.ij.eo.titu.lib.vj.probatur in.l.
ij.C.de offic.eius qui vic.al.gerit. Et quia hec ordinaria iuriſditio
eſt apud eccleſiam cuius appellatione venit capitulum.de verbo.
ſignifi.c.cum clerici.x.qđ.j.antiquos.ſm Specu.in titu.de inſtru.
2 edi.§.nunc aliqua, ver.item circa.⁊ qr ſunt vnum corpus cuius† ca
put eſt epiſcopus.c.nouit.de his que fiunt a prela.c.cum non de-
ceat.de elec.lib.vj.⁊ propter ſpirituale coniugium qđ eſt inter eos
⁊ ſocietatem collegii,arg.lxv.diſtin.c.vltimo.C.quando pe.par.l.
vna.⁊ ideo iura collegii remanent in vno, vt habetur in.c.j.de elec.
Et propterea poteſt omnia que neceſſarie adminiſtrationi incum
bunt ſm Io.mona.in.c.ſi.de ſupplen.negli.prela.lib.vj.⁊ glo.in di
cta clemen.j.de hereti.⁊ per Hoſtiē.⁊ alios in.c.ſignificauerunt.de
iudi.⁊ pro certo potius debet dici iuriſditionem capituli ſede va-
cante eſſe ordinariam quia eſt a iure communi ad vniuerſitatē tem
poralium ⁊ ſpiritualium ꝗ̄ vicarii epiſcopi viuentis cuius eſt ſtri-
ctior poteſtas, vt ex inferioribus patebit cuius tamen ſm omnes
eſt ordinaria, vt no.in.c.ſua.de offi.vica.⁊ in.c.ij.eo.tit.lib.vj.⁊ hoc
teneo eſſe veriſſimum de iure ad quod no.in.d.c.cum epiſcopus.⁊
c.ij.vt litigantes.de offi.ordi.lib.vj.⁊.c.nouit.de offi.lega.⁊.c.ij.eo.
tit.lib.vj.quam quidem iuriſditionem ordinariam ſolus princeps
vel rex, vel vniuerſitas, vel conſuetudo, vel preſcriptio, prout not.
Ioan.Archidia.xj.q.j.experientie.⁊ per Inno.⁊ Hoſtien.⁊ alios
in.c.j.de officio ordi.ad quod notat Fede.in repetitione.c.propo-
ſuiſti.de foro compe.⁊ Calde.in conſilio.iiij.in titu.de officio dele-
ga.⁊ Ange.conſi.cxxiv.incipit, Primo eſt videndum.⁊ deciſione
in nouis.ccclxxiii.facit glo.in.c.ii.ne prela.vices ſuas.vbi Hoſtien.
3 no.ꝙ †epiſcopus in duobus caſibus dat iuriſditionem ordinariā.
Primo creando officialem cui generaliter vices ſuas committit:hʒ
alio nomine appelletur non eſt vis per.c.petitio.de procur. Secū-
do proprium vicarium confirmando vel inſtituendo vel conferen
do ei beneficium, cui ſit annexa iuriſditio.c.cum ab eccleſiarum.de
officio.ordina.

Nos autem auditores ſacri palatii habe-
mus iuriſditionem
ordinariam habitu tantum ⁊ in procedendo.ſed delegatam in ſen
tentiando:⁊ ideo.c.ipſo iure.de reſcri.lib.vj.non ſeruatur in nobis
prout no.Rota deci.cclxii.cccxli.cccxxxix.cccxxviii.cum ſeqnē.
⁊ no.in clemen.auditor.de reſcrip.⁊ per Archi.in.d.c.experientie.
xj.qđ.j. Et hinc eſt ꝙ non poſſumus noſtras ſententias diffiniti-
uas emendare vel corrigere, vt in.l.ſi vt propoſitis.C.quomodo et
quando iudex. Licet de ſtilo teneamus eas in ſcarſella per plures
dies anteꝗ̄ ſubſcribamus vt interim corrigamus ⁊c. Gloſ.tamen
in.c.cum eterni.de re iudi.lib.vj.videtur tenere ꝙ non ſimus iudi
ces ordinarii per.c.ſuper queſtionum.§.porro.de offi.deleg. Bar.
autē in.l.precipimus.C.de appel.videtur tenere ꝙ habeamus or
dinariam. Idem dicit Bal.de auditoribus legati in.l.ſi.C.vbi ſe.
4 vel cla.facit pro hoc quia †reuera cōmiſſiones que nobis fiūt ſunt
diſtributiones ſolum.cum prima ſententia tranſit Spe.in titu.de
offi.ordi.§.j.verſi.quid de auditoribus.⁊ Butri.in.c.ſi.de re iudi.
vide deci.cccxxxiiii.⁊ Domi.in.c.j.de reſcrip.in.vj. Et officium no
ſtrum expirat re integra per mortē pape, vt no.Cardi.poſt Pau.
in dicta clemen.auditor.de reſcrip.in.xiii.qđ.⁊ Butri.ibidem. Si
militer ⁊ officium vicecancellarii ⁊ reliqua excepto officio camera-
rii ⁊ auditoris camere ⁊ maioris ⁊ minorū penitētiariorum, vt no.
in clemen.ne romani.§.eo ipſo.de elec. Et de officio camerarii. vi-
de Io.an.in.c.j.de conſuetu.lib.vj.in nouel.⁊ deciſ.in nouis.clxv.
incipit. Item theſauraria.⁊ Pau.in cle.vt hi qui.de eta.⁊ quali.⁊
in cle.j.de decimis. Et no.ꝙ coram auditore camere non ſeruātur
termini ſicut coram nobis ⁊ poſſumus nos in alia inſtantia ſupple
re omiſſos coram eo, vt no.deciſ.in nouis incipit, Item anno do-
mini.item deci.cccxlviii.incipit, ſed auditor.
5 **Sed nunquid** †capitulum ſede vacante poterit ha
bere exercere huiuſmodi iuriſditio-
nem ordinariam tam curie eccleſiaſtice ꝗ̄ ſecularis.quādo ſcilicet
prelatus defunctus iuriſditionē temporalē habebat in dioceſim.
reſpondeo ꝙ ſic, vt in.c.ſi duobus.de appel.⁊ in.c.ij.de delict.pue.
⁊ no.glo.in clemen.ſtatutum ſuper verbo, ſecularis.⁊ idē tenet ibi
Papi.q allegat.c.ſi.ne cle.vel mo.lib.vj.facit.c.conqueſtus.de fo.
compe.⁊.c.romana.§.debet.de appel.lib.vj.c.clerici.⁊.c.ſententiā
ſanguinis.ne cleri.vel mona.⁊ de maio.⁊ obe.c.ſolite.per Hoſti.in
ſumma.de appella.§.ad quē.ver.ſed pone cum ſequē. ¶ Non ob-
ſtant no.per Ioan.and.in.c.verum de foro competen.quoniā per
huiuſmodi erit reſtringenda determinatio ſua de qua ibi vt dicam
infra in queſtione de cognitione cauſarum feudalium.ad quod vi
de conſilium Calde.iiij.ſub ti.de offi.ordi.⁊ que comprehendātur
⁊ veniāt ſub iſtis vocabulis ſpūalibus ⁊ tpalibus vide per Fede.cō
ſilio.cccii.quod incipit. Reuerende pater.⁊ gloſ.de officio delega.
6 in clemen.ij.vbi not.qđ iuriſditio †legati ſit extraordinaria et ſu-
perinducta.videtur tamen loqui ſolum de poteſtate conferendi
beneficia ad quod vide Specula.in titu.de officio lega.§.intereſt
videre,

videre. ver. preterea. Ex quo infertur ꝙ collatio facta per capitu-
lum vel eius vicarium ſede vacante valet: licet non facta mentione
de beneficio quod ille cui confertur primitus obtinebat per ea ibi
plene nota. Et ſi per ſtatutũ cõmittatur cauſa certo officio dicitur
habere ordinariam ſm Rappum allega. lxxviij. incipit. Commu-
ne Florentie. vbi interſerit conſilium collegij Peruſini de iuriſdi-
tione quaſi ordinaria. vide glo. in clemen. Quia. de foro compe. Or
dinarij tamen appellatione comprehenditur ſolum epiſcopus in
his tantum que ei pertinent ſm Butri. in. c. conſultationibus. de
iurepatro. Archidi. in. c. j. de offi. ordina. libro. vj. Et quomodo co
gnoſcatur iuriſditio ordinaria. vide Cardi. flo. in. c. quoniã abbas.
7 de offi. deleg. ꝛ in. c. penul. de in integ. reſti. ꝛ ꝙ † iuriſditio ordina-
ria eſt fauorabilis. delegata vero odioſa. no. in. c. cum in iure. de of-
ficio delegati.

Summarium.

1 Sede vacante capitulũ an alicui ẽpo ea que ſunt ordinis epi-
ſcopalis committere poſſit.
2 Prelatus non concedit capitulo eccleſia vacante iuriſditionẽ ali-
quã niſi quatenus inuenit in iure expreſſum ex indulgentia ſpãli.
3 Vacante eccleſia an ea que ſunt ordinis deuoluãtur ad ſuperiorẽ.
4 Capitulum ſede vacante an vocare poſſit vicinos ẽpos cum caute-
le ſtudio ad illa exercenda que requirunt ordinem epiſcopalem.
5 Verba illa, cautele ſtudio, quid denotent.
6 Metropolitana ſede vacante, capitulum quid vicario poſſit man
dare. Item quid ſuffraganeis. 8.
7 Ordines qui a non epiſcopis conferantur.
9 Ẽps vocatus quis debeat habere expenſas victualium.
10 Priuilegium non debet excedere perſonam.
Literis capituli creditur ſicut literis epiſcopi.

Queſtio. iij. prime partis principalis.

Capitulum ſede vacãte an poſſit committere alicui ẽpo ea que
ſunt ordinis epiſcopalis.

TErtia pricipalis queſtio
1 eſt. An capitulum † ſede vacante vel eius vicarius
vel alius viſitator eunc ſpecialiter datus poſſit cõ-
uocare aliquos epiſcopos qui tũc cõficiant chriſ-
ma, oleum cathecuminorum ꝛ infirmorum quod
confici debet ſingulis annis in die cene domini cum miſſa ſolenni.
de quo in. c. referente. ꝛ de celebra. miſſa. et ibi ordinent ordinan-
dos ad ordines eccleſiaſticos etiam cum miſſa vt ibi habetur. et in
c. inter corporalia. de tranſla. prela. conſecrent eccleſias vel altaria
vel calices, ꝛ reconcilient eas ꝛ cimiteria, confirment pueros con-
firmandos ſacramento chriſmatis. Benedicant abbates ꝛ abbatiſ
ſas, campanas ꝛ mappas ꝛ cetera omnia que ſunt ordinis epiſco-
palis faciant. de quibus in pontificali qui eſt liber de quo loquun
tur Hoſtien. ꝛ Joan. and. dicentes illum autenticum in. c. conſu-
luit. de ſeruis non ordi. Et conſequenter an capitulum ſede va
cante ſuccedat generaliter in poteſtate exercendi omnia ſpiritua-
lia que exerceri poterant per prelatum defunctũ ratione ordinis
epiſcopalis quem appello ordinem iuxta ſententiam canoniſta-
rum, de qua per gloſ. in ſalutatione ſexti libri ſuper verbo, epiſco-
pus. que optime probatur ſm Abbatem. in. c. a qua. de conſecra-
tione eccle. vel alta. licet theologi dicant contrarium. Reſpondeo
ꝙ vincen. in. c. cum olim. de maiori. ꝛ obedien. videtur innuere qꝺ
2 non † quia non concedit capitulo eccleſia vacante iuriſditionem
aliquam niſi quatenus inuenit in iure expreſſum et indulgẽtia ſpe
ciali. c. ex parte. de reſcrip. vel de conſuetudine preſcripta. c. irrefra
gabili. de offi. ordi. de teſtibus cogen. c. preterea. ꝛ refert Archidia.
in. c. fraternitatem. lxxj. diſtin. ꝛ quia vacante eccleſia cathedrali pe
titur a papa ordinatio clerici vt patet. xxiiij. diſtin. preſbyteri. Gof
fre. etiam in. c. ad abolendam. de here. videtur velle ꝙ hec poteſtas
deuoluatur ad ſuperiorem, qui tamen eam non debet exercere per
ſe ſed viſitatorem conſtituere. ꝛ ſic idem videtur ſentire ꝙ Vincen.
vt refert Archidia. in. c. quoniam. lxj. diſtin. ex quo non reperitur
capitulo permiſſum. argu. c. illa. ne ſede vacante. Innocen. quoq
3 in. c. his que. de maiori. ꝛ obedien. videtur velle qꝺ † vacante eccle-
ſia ea que ſunt ordinis deuoluatur ad ſuperiorem, vt vel exerceat
per ſe vel viſitatorem conſtituat, quod videtur hodie abrogatum
per. c. fina. de ſupplen. negligen. prelato. libro. vj. vbi patet ꝙ non
deuoluitur niſi in negligentia epiſcopi de quo dicam infra. verius
ergo glo. in dicto. c. his que. de maiorita. ꝛ obediẽ. tenet ꝙ licet ea
que miniſterium conſecrationis deſiderãt capitulum ſede vacan-
te miniſtrare non poſſit per ſe. ad illa tamen exercenda vocabit vi-
cinos epiſcopos cum cautele ſtudio per. c. pontifices. vij. queſtio.
j. quod licet non videatur loqui in eccleſia vacante propter verba
de quibus ibi, ſcilicet vſq ad recipiendam ſanitatem ꝛc. que verba
videntur denotare eccleſiam non vacantis. ſm Archidia. ibi tamẽ
credo ꝙ denotent eam quaſi vacare ꝛ ficte quod ſufficit per dictuꝫ
c. ſi epiſcopus. de ſupplen. negligen. prela. libro. vj. ꝛ not. in. c. ne ſe-
de vacante. eodem lib. alias nullum vel parum habuiſſet dubium
ille tex. per. c. j. de cleri. egrot. eodem lib. ꝛ per tex. in. c. ex parte. eo.
ti. in antiquis. cum his que ibi plene habentur.

Subdit tamen Archidia. in dicto. c. põ
tifices. ꝙ de
ordine clericorũ hodie eſt clarum ꝛ deciſum ꝙ ſic in. c. cum nullus.
§. epiſcopo. de tempo. ordi. libro. vj. not. in. c. quoniam in pleriſq.
de officio ordi. glo. etiam in dicto. c. ſi epiſcopus. de ſupplen. negli
4 gen. prela. libro. vj. in verbo, ſpiritualibus ꝛc. expreſſe ſi mor † ꝙ in
his que requirunt ordinem epiſcopalem poteſt capitulum ſede va
cante ad illa exercenda vocare vicinos epiſcopos cum cautele ſtu-
dio ꝛc. per dictum. c. pontifices. dum tamen poſſet eos habere, vel
capient quos poterunt commode habere, argumen. in. c. ſi archi-
epiſcopus. de temporibus ordinationum. Sicut dicitur admini-
ſtrator in dato per papam. c. is cui de elec. libro. vj. Et intellige cau
tele ſtudio. i. cum proteſtatione ꝙ per hoc nullum ius acquiratur
ipſi epiſcopo ad hoc vocato, prout exponit Abb. in dicto. c. his
que. vbi firmat hanc partem per dictum. c. ij. §. epiſcopo. de tem-
pori. ordina. libro. vj. ꝛ per. c. ſuffraganeis. de elec. vbi patet ꝙ ele-
ctus ꝛ confirmatus in archiepiſcopũ poteſt per ſuos ſuffraganeos
alium ſuffraganeum ſuum facere conſecrari, licet per ſe nondũ poſ
ſit diſponere ꝙ ſubditi ſui ab alio ordinentur. ꝛ per ea que dixit de
offi. ordina. c. dilectus. vbi gloſ. not. ꝙ ad legem iuriſditionis epi-
ſcopalis pertinet datio curie animarum, delictorum coertio. or-
dinatio eccleſiarum ſiue conſecratio altarium ꝛ virginum ꝛ conſecra
tio chriſmatis ꝛ generaliter omnium ſacramentorum: ꝛ ordinũ col
latio. que conſiſtunt in dando ꝛ alia plura ꝛ conſimilia que enume
rantur eo. titu. c. conquerente. ꝛ incipiunt ibi habeas canonicam
obedientiam ꝛc. vſq ad verbum ſynodaticum ꝛc. vel potes dicere
5 ꝙ illa verba † cautele ſtudio. excludunt omnem abuſum ꝛ neglige-
tiam capituli ꝛ includant omnem diligentem attentionem circa
ſcrutinium ꝛ alia requiſita, ꝛ ne ordinentur non beneficiati niſi ad
titulum patrimonij propter. c. accepimus. de eta. ꝛ qualita. vel vt
ſic euitetur omne futurũ preiudicium ſucceſſorum. arg. c. j. ne ſede
vacante. de quo latius infra dicetur.

Concludo ergo ꝙ capitulum ſede va
cãte ſuc
cedit in poteſtatem exercendi ſpiritualia etiam que requirerẽt ſpe
ciale mandatum epiſcopo viuente vt voluit docto. in dicto. c. nul
lus. in. §. epiſcopo. vbi etiam dicit Archi. idem fuiſſe olim ſtatutũ
per. d. c. pontifices. ꝛ ibi not. Do. tria cum miniſterio. primo equi-
parantiam trium perſonarum de quibus ibi. Secundum ꝙ daret
talem licentiam ſit quid ſpirituale ex eo qꝺ vicarius datus ad tem
poralia tantũ nõ poteſt illa exercere vt ibi ꝛ abſentia domini in re-
motis ampliat mandatũ vices gerentis, ergo multo fortius vera
vacatio ſaltem diutina. Et hec concluſio videtur eſſe de mẽte Rap
pi. Pe. morre. Domi. ꝛ aliorũ modernorum ibidem. ꝛ in. c. j. de ma
io. ꝛ obe. li. vj. ad qꝺ vide no. Compoſt. in. c. ſuffraganeum. de elec.
6 ꝛ ibi Bal. vbi tenet ꝙ † vacante metropolitana ſede, ꝙ capitulũ
poteſt mandare huiuſmodi: q ſuccedit in iuriſditione. ꝛ idem di-
cit dicendum de cõſecratione virginum ꝛ de celebratione ordinuꝫ
vt poſſint hec mandato capituli expedire per aliquem epiſcopum
conſecratum, vt refert ibi Bald. per. l. ita vulneratus. ad. l. aquil. q
conſecrator iure proprio facit, ꝛ mandatum capituli tollit obſtacu
lum. quod tamen videt recipere limitationem: de quo in ſimili per
Jo. an. in. c. ſi. de cle. egro. in nouel. in ver. ſi. vide dubitatum vbi vi
de Abb. Et adde ꝙ capitulum poterit ad hoc vocare archiepiſco-
pum qui nondum recepit pallium a ſede apoſtolica ſm Joan. et
Vincen. in. c. epiſcopi. vij. q. i. ꝛ Hoſti. ꝛ Joan. an. in. c. quod ſicut.
in ſi. de elec. ſuper glo. penultimam. per dictum. c. epiſcopi. ꝛ. c. j. de
ordi. ab epiſco. ꝛ. c. ad ſupplicationem. de renun. quicquid dixerit
Inno. in. d. c. quod ſicut. poterunt etiam conuocare epiſcopuꝫ qui
renũtiauit loco ꝛ non dignitati ad conferendos minores ordines
7 vſq ad ſubdiaconatuꝫ: q huiuſmodi † ordines quãdoq a nõ epi-
ſcopis cõferuntur per dictum. c. ꝛ. de ordinã. ab epiſco. ꝛc. dummo-
do nõ ſit excõmunicatus. c. ſi. eo. tit. facit. c. cum non contingat. de
eta. ꝛ quali. ꝛ. c. ſtatutum. de ſupplen. negli. prelato. ꝛ. lxx. diſt. c. ſta
tuimus. Epiſcopus tamen in miſſa conſecrationis ſue nõ po-
teſt ordines conferre: quia ſolus papa in die ſue conſecrationis fa
cit ordinationes, vt no. in. d. c. quod ſicut. §. preterea. de elect. So-
lus tamen non poteſt diſpenſare niſi ſuper hoc mutaret iuriſditio
nis diſpoſitionem ſm Archid. lxvj. diſt. c. porro. alis ordinare ideſt
conſecrare epiſcopos.

Item poteſt capitulum ſede vacante man
dare tribus ſuffra
ganeis ꝛ conſecrent ſuum archiepiſcopum confirmatum, maxime
negligente, collegio comprouincialiũ epiſcoporũ ſuffraganeorum

ſm Hoſtien.in.c.nec epiſcopi.de tempo.ordi.not. Joan.an.lxiiii. diſtinctio.c.i.⁊.c.compromincialis.⁊.c.quia per abſentiam.de quo per Joan.an.in.c.ſi archiepiſcopus.de teſti.ordi.vbi hoc videtur concludere.⁊ Domi.poſt Lap.in.d.c.i.de maio.⁊ obedien.lib.vi.
8 q.xviii. ¶ Item † capitulum metropolitane eccleſie ea vacan.poteſt mandare ſuffraganeis ꝙ aliquem ſuffraganeum confirmatum conſecrent cum hoc ſit iuriſditionis per.c.his qui.de maiorita.et obedien.⁊.c.cum olim.eodem titulo.⁊.c.ad abolendam.de hereti. ſm Compoſt.in.c.ſuffraganeis.de electio.Hoſtien.in ſumma ne ſede vacante.§.et in quibus.dicit ſe credere ꝙ ex delegatione ⁊ ad mandatum capituli metropolitici poteſt epiſcopus ſuffraganeus conſecrari mortuo archiepiſcopo,ſicut ⁊ ad mandatum electi ⁊ confirmati qui pallium nondum recepit per dictum.c.ſuffraganeis. Licet ſubdat ꝙ in his que ad ordinem ſpectant epiſcopalem poteſtas devoluatur ad ſuperiorem non vt ipſe miniſtret:ſed vt viſitatorem conſtituat,vt.lxi.di.c.obitum.⁊.c.catanenſis.quod,vt ſupra dixi,eſt hodie abrogatum per dictum.c.ſi.de ſupplen.neglige. prelato.libro.vi.vbi hoc tantum procedit in negligentiam capituli non deputantis viſitatorem ⁊c.vt probat ver.alium.de quo ibi quod facit ad infra dicenda.

Et pondera qd talis epiſcopus ad

9 hoc vocatus † debet habere expenſas victualium ſm Hugo.ix. queſtio.vii.c.nullus primas.quem allegat Archidia.in.c.ſi epiſcopus.de officio ordinarii.libro.vi.vbi allegat etiam alia iura que habentur in glo.ſi.in ſi.in dicto.c.ſi epiſcopus.qui text.hoc etiam optime probat ſm Domini.ibi.vbi etiam tractatur a quibus debeat habere huiuſmodi expenſas et victualia,et ꝙ ſi non ſcandalo ⁊c.de quo in.c.inter cetera.de officio ordina.quia non eſt magnum ſi ab eo metantur temporalia ⁊c.ſm apoſtolum ad Corinth.ix.c.⁊ dicto.c.ſi epiſcopus.⁊ ca.cum ex officii.de preſcriptio.cum concor. Et coram capitulo metropolitane eccleſie vacante debet ſe preſentare ſuffraganeus poſt ſuam confirmationem infra duos menſes ſm Archidi.lxv.diſtinctio.ſi quis poſt Hug.capitulum tamen ſede vacante non ſuccedit prelatis in priuilegiis ſpiritualibus eis ratione ordinis vel dignitatis pontificalis a iure vel ab homine conceſſis.exemplum in altari portatili,de quo in.c.fina.de priuileg.libro.vi.neque in aliis ibi enumeratis.vez ac de celebratione diuinorum tempore interdicto.c.ꝙ nonnullis.de priuileg.de confeſſore libere eligendo.c.fina.de peniten.et remiſ.et de mitigatione cenſurarum.c.ii.de officio delega.li.vi.c.quia periculoſum.de ſenten.excommu.eod.lib.⁊ in.c.i.in ſi.de offi.ordina.eo.lib.⁊ in iuramento calumnie.c.ſi.de iura.calum.⁊ in capellano conformi in officio.cle.ſi.de cele.miſſa.Et ſimilibus quod habet Joan.an.pro indubitato.⁊ ſimiliter alii docto.poſt eum in.c.i.de maio.et obedien.li.
10 vi.in nouella.nam † priuilegium non debet excedere perſonam,vt in.c.ſane.de priuileg.lib.vi.⁊ in.c.petiſti.vii.q.i.cum ſimi.⁊ quia electi confirmati nondum tamen conſecrati.illis non gaudent,vt no. glo.in dicta cle.ſi.de cele.miſſa.ſuper verbo,pontificis. Et literis capituli creditur ſicut literis epiſcopi,ar.clemen.ſtatutum.de ele. dum loquitur de emolumento ſigilli,immo forte plus propter numerum canonicorum ſm Joan.and.in.c.vt circa.de elec.lib.vi.in princip.in nouella.⁊ in.c.i.de ſenten.excommu.eo.lib.⁊ per alios in c.poſt ceſſionem.de proba.⁊ deciſio.xxix.que incipit,fuit dubitatum.⁊.clviii.que incipit,Item ꝙ valet forte in hoc caſu limitari poſſit qd ſcilicet procedat in literis vnius prelati tantum cui non ſic creditur ſicut pluribus.facit.c.tam literis.de teſtibus.et quod habetur in capi.quanto.de his que fiunt a prela.Et idem ſi ſubſcriberent vel ſigillarent certam albam:de quo per Butri.in.c.ii.de fide inſtrumen.in vltima char.⁊ per Barto.⁊ Imol.in.l.ſi ita ſtipulatus.§.chryſogonus.de verbo.obligatio.et per alios in dicto c.quanto.⁊c.

Summarium.

1 Indulgentias quas epiſcopi viuentes poſſunt dare,an capitulum ſede vacante poſſit dare.
2 Dignitas epiſcopalis que competat capitulo ſede vacante.
3 Theſaurus eccleſie diſpenſari non poteſt,niſi cui reperitur conceſſum.
4 Effectus clauis iuriſditionis non pertinet ad diſpenſationem ſacramentorum.
Poteſtas faciendi conſequitur iuriſditionem.
5 Genus in qualibet ſui ſpecie verificatur.
6 Duo imperfecta an poſſint facere vnum perfectum.
7 Merita bonorum que fiunt in epiſcopatu an capitulum ſede vacante poterit communicare ſicut epiſcopus poſſet.

¶ Queſtio.iiii.prime partis principalis.

¶ Capitulum ſede vacante an poſſit dare indulgentias quas dare poſſunt epiſcopi viuentes.

Quarto principaliter que

1 ritur.An capitulum † ſede vacante poſſit dare indulgentias vel literas indulgentiarum.xl.vel centum dierum de quibus in.c.cum ex eo.de peniten.⁊ remiſ.cum concor.⁊ in.c.ſi.eo.titu.lib.vi.⁊c. Reſpondeo ꝙ communis opi.canoniſtarum videtur tenere ꝙ non poſſit:prout tenet Archi.in.c.i.de peni.⁊ remiſ.lib.vi.⁊ Anto.de bu.⁊ in conſilio.xix.in ſi.qd incipit.quia hic agitur.⁊ idem Collec.in dicto.c.cum olim.⁊.c.relatum.de cleri.non reſiden.⁊ de reſcri.c.cum te. facit.c.in capite.lv.diſtinctio.hoc etiam ſequitur Zoch.et Pau. in cle.i.de hereti.prout ibidem refert ⁊ ſequitur Pet.de anchara. de quo Joan.and.de maio.⁊ obedien.lib.vi.remittit Specu.ad.c. ſi epiſcopus.de ſupplen.neglige.prelato.lib.vi.⁊ Anto.de butri. ad no.per Archidia.in.d.c.i.de peniten.⁊ remiſ.⁊ ad glo.in clemen. i.de hereti.que incipit,hec litera.que loquitur de viſitatore tantum Abb.nihil ſcribit de hoc in.d.c.accedentibus.nec in dicta clemen. i.de hereti.Cardi.floren.in.d.c.accedentibus.de exceſſib.prelato. ſuper.q.in fine.ſequitur Archidia.quia hec eſt epiſcopalis digni-
2 tatis et non iuriſditionis vel ordinis que † dignitas epiſcopalis non competit capitulo ſede vacante.deinde remittit ſe ad ea que dicit in clementina.ii.de peniten.et remiſ.§.ad hec.q.iii.vbi dicit ꝙ communiter tenetur opinio Archidi.prout dicit in clemen.i.de here. verſic.duro.q.xi.Subdit tamen ꝙ licet de conſuetudine generali hoc introduci non poſſit de conſuetudine tamen ſpeciali poſſet per dictum.c.accedentibus.ibi,niſi ex ſpeciali conceſſione vel alia cauſa legitima:quia tunc ceſſat ratio in contrarium.allegat per Gaſpa. de calde.qui tenet cum Archidi.in repetitione ſua ſolenni quam fecit de.c.noſtro.de peni.⁊ remiſ.Cum quibus expreſſe tenet Franciſ.vercellen.in ſimili videlicet in prelato nondum promoto ⁊c.in c.at ſi clerici.de iudi.quem referunt Joan.an.⁊ alii in.d.c.accedentibus.⁊ in.d.c.ſi.de peniten.⁊ remiſ.lib.vi.quod etiam videtur fuiſſe de mente Hoſtien.in.d.c.accedentibus.Et Lap.in.d.clemen.ii. quia hec non poteſt etiam electus confirmatus licet ſacerdos,nondum tamen conſecratus in epiſcopum,aut alii inferiores epiſcopo de quo per Archidia.in.d.c.i.de peniten.et remiſ.lib.vi.Et idem videtur tenere Cardi.prefatus in clemen.i.de priuileg.verſi.quibus.q.ii.quia de capitulo non requiritur iure cautum,argumen.
3 ii.q.v.conſuluiſti.⁊.c.illa ne ſede vacante.⁊ † quia theſaurus eccleſie diſpenſare non poteſt niſi cui reperitur conceſſum:nec valet contraria conſuetudo per quam rumpitur neruus eccleſiaſtice diſciplinae.de conſuetu.c.cum inter.⁊ penitentie eneruantur.facit de ordi. ab epiſco c.i.⁊.c.quod ſicut.de cler.⁊.c.licet.de tranſla.prela.⁊.c.cum ex eo.de peni.⁊ remiſ.lxxiiii.diſt.ſi qui.xcii.diſt.in ſancta.xciii.diſt. legimus.Et idem in benedictione fontium ⁊ vnctione infirmorum, ſacramento eucharistie ⁊ ſimilibus,ſi non eſt ſacerdos ⁊ in conſecratione altarium,eccleſiarum ⁊ cimiteriorum ⁊ virginum ⁊ ſimilibus. ſi non eſt conſecratus epiſcopus.

Et quia iura

loquentia de indulgentiis loquunt ſolum de epiſcopis.⁊ lz in.c.quiuis corepiſcopus.⁊.c.corepiſcopi.lxviii.diſt.⁊ hec inter epiſcopalia non connumerant: non tamen excludunt ſed gratia exempli ⁊c.ſicut in ſimili in.c.tranſmiſſa.de elec.⁊.c.ii.de tranſla.prela.loquit in matrimonio ſpirituali.c. accedentibus.loquit in abbate preſbytero.facit.lxxiii.di.geſta.⁊.c. honoratus.⁊.d.c.qd ſicut.§.preterea.de elec.⁊.l.aii.C.de digni.lib. xii.Domi.in.d.c.i.de maio.⁊ obe.lib.vi.ſe remittit ad dictum.c.accedentibus.⁊ alleg.Lap.tenere hanc partem in.d.c.i.⁊ in.c.i.de peni. ⁊ remiſ.lib.vi.Ja.de zoch.in repe.ſua.c.omnis.de peni.⁊ remiſ.in vlt.vltime queſtionis principalis in ver.ex his valde decipitur.licet tranſeat cum iſta opinio.⁊ aliud dicat in legato ⁊ confirmato nondum conſecrato.¶ Jo.cal.vt refert idem Gaſ in repet.d.c.noſtro. tenet contrariam ſententiam ſequendo ſanctum Tho.in.iiii.ſenten-
4 tiarum.diſtinctio.ii.q.iii.articulo.ii.quia † effectus clauis iuriſditionis non pertinet ad diſpenſationem ſacramentorum,ſed ad diſpenſationem bonorum communium eccleſie:et ideo legati etiam non ſacerdotes has indulgentias dare poſſunt:vt no.in.c.fina.de officio lega.Et cardinales diaconi nondum ſacerdotes.⁊ ita ſeruatur.ad quod vide no.per Mattheum,in cle.ne romani.de elec. Et in eadem diſt.q.aii.arti.ii.Idem Tho.dicit ꝙ poteſtas faciendi conſequitur iuriſditionem:⁊ ſic etiam non ſacerdos dummodo habeat iuriſditionem eas dare poſſunt.et ideo idem videtur dicendum de capitulo ſede vacante penes quod eſt omnis iuriſditio in ſpiritualibus ⁊ temporalibus:vt patet in queſtionibus precedentibus.Abbas etiam in.d.c.cum olim.de maio.⁊ obedi.dicit poſſe teneri idem:quia cum iura dicant ꝙ capitulum vacante ſede ſuccedit in iuriſditione nec diſtinguant inter contentioſam et volun-
5 tariam † debet intelligi in vtraque:quia † genus in qualibet ſui ſpecie verificatur.l.filiusfamilias.ff.de donatio.c.auditis.iuncta glo. de preſcrip.

Veruntamen

pro concordia opi.mihi ſatis placet quedam diſtinctio quam facit Cardi. in cle.

in cle.ſi.de peni.ꝛ remiſ.vbi vult ꝙ ad euitandas opin.tutius eſſet
cōmittere alicui epo qui ſuo noīe hoc faceret arg.d.c.ſuffraganeis.
de elect.ex quo eſt iuriſditionis ꝛ ſubdit,maxime vbi hoc haberet
ſpecialis cōſuetudo.ar.d.c.accedentibus.ibi vel alia cā legitima ꝛc.
cū ergo dare indulgētias pertineat ad clauem iuriſditionis que eſt
penes capitulum ſede vacante videtur hec opi.probabilior,ꝛ quia
concernit ſalutē ꝛ fauorem animarū.ꝛ per ea facit.d.c.j.de maio.et
obe.lib.vj.ꝛ quod ſolet dici de abſolutione ab excōmunicatione ꝙ
ſit in foro iudiciali ꝛ que non requirit ordinem ſacerdotalem de ne
ceſſitate,vt habetur in.c.a nobis.de ſentē.excommuni.ad quod fa
cit communis obſeruantia quam allegat idem Archi.in dicto.c.j.
de peni.ꝛ remiſ.lib.vj.in electo cōfirmato non ſacerdote,qui alias
non poſſet benedicere ꝛc.prout dicit Franciſ.vercel.vbi ſupra qui
tamen communiter reprehenditur,quia nec poſſet conficere ſacra
mentum eucharistie ſm rationes ſuas quod eſt manifeſte falſum.
Et pro veritate huius diſtinctionis poſſunt adduci omnia que di
cta ſunt copioſe in proxima ꝯcluſione cui propterea ſubnexui iſtā.
Et videtur fuiſſe de mēte Hoſtiē.Abb.ꝛ Joan.andr.in.d.c.acce
6 dentibus.vbi dicit in ſimili ꝙ † duo imperfecta facere poſſunt vnū
perfectum videlicet qđ vocetur vnus epiſcopus qui de licētia con
firmati ſubditis eius det indulgentias ſicut illos poſſet ordinare
per dictum.c.ſuffraganeis.vt ſic partim accedat ad ordinē partim
ad iuriſditionem.Ad.c.j.de ordi.ab epiſco.dicit qđ ibi carebat iu
riſditione.ex quo renuntiauerat honori ille epiſcopus,ad que fa
ciunt nota.in clem.religioſi.de priui.in glo.hec etiam.vbi dicit ſuf
ficere licentiam parochialis qui ad huc preſbyter non eſt infra an
num vel diſpenſari,et vbi parochialis eſt curata vbi etiam dicitur
de vicariis ꝛ ſimilibus.ad que vide Butri.in dicto conſilio.xviij.et
conſilio Calde.vj.ſub titu.de dona.ꝛ conſi.Lud.cccl xiij.ꝛ.ccclxiiij.
quod incipit,petitur a me declaratio.ꝛ dum ſecundo queritur,et
Pet.de ancha.in repetitio.regule peccatum.de regu.iur.libro.vj.
ꝛ in repeti.c.poſtulaſti.de foro compet.in.iij.oppo.ꝛ que ego dixi
in extrauagan.vnigeniti.Joan.xxij. ¶ Et adde quod capitulum
7 † ſede vacante poterit communicare merita omnium bonorū que
fiunt in epiſcopatu ſicut epiſcopus poſſet ſm Uincen.in.c.cum ex
eo.de peniten.ꝛ remiſſio.in princi.ꝛ Joan.andr.ibidem ſuper ver
bo.apoſtolus.ꝛ in.c.quod autem.eodem titu.in foro autem peni
tentiali quilibet confeſſor dare poteſt indulgentiam vltra quin
quaginta.ꝛ.c.dies ꝛ annos.vt not.Joan.andr.in.d.c.ſi.de peni.et
remiſſio.lib.vj.in nouel.

Summarium.

1 ¶ Diſpenſare generaliter an poſſit capitulum ſede vacāte ſicut
viuēs poſſet prelatus. 2.
Juris commiſſio non minus poteſt ꝙ hominis.
3 Corpus vnum faciunt epō ꝛ capitulum.
4 Eccleſia vniuerſalis viris literatis maxime indiget.
5 Diſpēſatio petitur ex debito legitima cauſa ſubſiſtente.
6 Penitētiarius confeſſor electus a capitulo ſede vacante an poſſit
abſoluere in caſibus reſeruatis.
Subditus nunquid poſſit ſuperiorē adire vt diſpenſet.
7 Capitulum ſuccedēs epō mortuo,an ſit eo inferior.
8 Diſpenſatio innititur gratie.

¶ Queſtio.v.prime partis principalis.

¶ Capitulum ſede vacante an poſſit generaliter diſpenſare ſicut
poſſet prelatus viuens.

Q Uinto principaliter que
1 ro an capitulum ſede vacante † poſſit diſpēſare in
omnibus caſibus in quibus prelatus defunctus di
ſpenſare potuiſſet ꝛ preſertim in caſu.c.cum ex eo.
de electi.lib.vj.ꝛ in aliis ſimilibus. ¶ Reſpondeo
ꝙ Joan.and.in dicto.c.cum ex eo.mouet hanc.q.ꝛ arguit ꝙ ſic,cū
hoc ſit iuriſditionis ꝛ non ordinis,vt no.in.c.tranſmiſſam.de elec.
ꝛ in.c.j.et.ij.de tranſ.pre.arg.no.in clemen.ij.de reſcrip.in gloſ.iij.
ꝛ de foro competenti.clemen.ꝗuis.in.j.glo.ꝛ quia non minus po
teſt iuris commiſſio quam hominis,ſed ex commiſſione epiſcopi
hoc poteſt inferior.c.quod ſedem.de offic.ordi.ergo ꝛc.ꝛ ſic non ob
ſtat.c.ſi.in ſi.de officio delega.quia loquitur in delegato. capitulū
vero vacante ſede facit ex commiſſione iuris.pro hac etiam opini.
facit quia capitulum poteſt autorizare permutationes que ſunt
prohibite per concilium Turonē.quod nihil aliud eſt quam di
ſpenſare contra illud per nota.in clementi.j.de re.permutatio.in
verbo,conferantur poſt Hoſtiē.in ſumma.ꝛ Archidiaco.in dicto
c.j.de re.permutatio.libro.vj.et hanc eandem queſtionem mouet
idem Joan.andr.in.c.j.de maiorita.ꝛ obedien.lib.vj.vbi etiam ex
2 preſſe querit an capitulum vacante † ſede faciat alias diſpenſatio
nes permiſſas epiſcopis collectas in Specu.de diſpenſa.§.nunc.
de epiſcoporū.de quo ſe remittit ad.c.ex inſinuatione.de ſimo. vbi
tamen non dicitur de vacante ſede,dicit Cardina.floren.ꝙ ibi nō
expeditur hoc dubium,ſed putat ꝙ ſic.cum hoc ſit iuriſditionale.
6 An autem eccleſia †vacans preſcribat contra alios ꝛc.Hoſt.in ſum.in tit. ne ſede vacan.§.j.tenet ꝙ ſic.ne qđ in fauorem ſuum introductum eſt retorqueatur in leſionem.l.qđ fauore.C.de legibus.l.non eo minus.C.de procura.l.generaliter.§.in his.C.de ſecun.nup.l.vnica. §.accedit.C.de rei vxo.actio.ad qđ no.per Jo.an.in.d.c.in generali.de elec.lib.vj.in nouel.ꝛ Feder.in cōſi.clv.incipit.Quero an laici vbi concludit qđ laici poſſunt preſcribere ſpacio quadraginta annorum cum titulo vel ſpacio tanti temporis cuius initij nō eſt memoria.puta ꝙ in feſto purificationis preſbyter debeat eis dare candelas benedictas de cera noua.ꝛ qđ illud qđ facit maior pars clericorum etiā teneantur facere pauciores.c.ſi.de offi.archi. ¶ Quod autem capitulum ſede vacante ſuccedat in iuriſditione quā habet epiſcopus de conſuetudine,puta inter laicos colonus eccleſiarum vel que alias ſpectaret ad forū laicorū.tenuit Collec.in.c.cū olim.
7 de maiori.ꝛ obe.quia †eadē ratio debet eſſe in additamento que in principali.facit de cōſuetu.c.cum olim.de regu.iur.acceſſorium.l. inter ſocerū.§.cum inter.de pac.do.ꝛ hoc ſatis placet Abbati ibidem ex quo illa iuriſditio competit epiſcopo.vt epiſcopo.ꝛ idē dicendum in alia qualibet ſimili conſuetudine.arg.c.quia ſepe.in ſi. de elec.lib.vj.ꝛ in dicta clemen.ſtatutum.eo.tit.ꝛ aduerte qđ licet glo.in dicto.c.accedētibus.de priui.requirat in probanda preſcriptione qđ probetur quolibet anno continuata poſſeſſio. gl.tamē alia quam cōmuniter tenēt doc.ꝛ multū conſueuit allegari.xvj.qđ. iiij.c.volumus.tenet ꝙ ſufficit probari extrema.ſcꝫ principiū preſcriptionis ꝛ finē:qꝛ media preſumuntur Bar.autem in.l.celſus. ff.de vſucap.poſt alios legiſtas dicit ſufficere ꝙ probetur initium poſſeſſionis.ꝛ ꝙ allegetur poſſeſſio de preſenti:qꝛ qui ſemel poſſedit ſemper preſomitur poſſidere ex quo allegat ad commodū proprium per ea que habentur in.l.ſiue poſſidetis.C.de proba.quod ſatis placet Abbati ꝛ ita dicit in dicto.c.accedentibus.poſſe intelligi gloſ.Licet dicat cautū eſſe probare extrema. ¶ Et tātum pre
8 ſcribitur quātum probatur poſſeſſum:qꝛ †ſine poſſeſſione nō procedit preſcriptio.regula ſine poſſeſſione.de regu.iur.in.vj.Niſi in his que poſſidentur tanꝗ̃ vnica ꝛ indiuidua,vt plene habetur in c.dilectus.de capel.mona.ꝛ in dicto.c.accedentibus.et in.c.auditis.de preſcrip.vbi tantum preſcriptū quantuz poſſeſſum ꝛc.Ius enim epiſcopale eſt genus multas habēs ſub ſe ſpecies,de quibus in.c.conquerente.de offic.ordi.ad qđ vide deciſio.Egidij numero dcxxvij.incip.iuxta thema concluſionis.Et conſilium Card.florē. quod refert ipſe in clementi.ſtatutum.in.v.q.de electione. ¶ Et adde ꝙ ex cōſuetudine ꝛ preſcriptione poteſt acquiri poteſtas ꝛ facultas cognoſcendi de cauſis matrimonialibus,vt not.gl.in.c.j.de conſang.ꝛ affini.ꝛ in.c.literas.de reſti.ſpol.licet Hoſtiē.ibi contra. Sed Abbas tranſit ibi cum gloſ.adducens tex.quaſi expreſſum in dicto.c.auditis.de preſcrip.ad que vide que dicā.j.proxima qōne.

in prima

Digitized by Google

in prima additione ad intelligendum.c.veniens.de eo qui dux.in
9 matrimo.¶ Similiter ⁊ poteſtas delegandi eaſdem cauſas † tam
generaliter ꝙ ſpecialiter ſunt tamen deleganda viris peritis.Si ta
men delegarentur imperitis ſententia eorum non propterea eſſet
nulla.Sed eſſent puniẽdi delegantes.de quo plene per doct.in.d.
c.j.de conſang.⁊ affini.

Summarium.

1 ☞ Prelato defuncto capl'm ſede vacãte an ſuccedat in iuriſdi-
tione a iure vel homine delegata.
2 Vacante ſede epali quo caſu ſuccedat capitulum.
3 Delegatorum iura ſunt ſeruanda.
4 Clauſula non obſtante correctione quid operetur.
5 Ordinarijs videtur a iure reſtitutum, quod per exemptionẽ fue-
rit ſublatum.
6 Sede vacãte capitulũ an poſſit cognoſcere de cauſa matrimoniali.
7 Epiſcopus debet magna cognoſcere.
8 Conſuetudo an valeat ꝙ inferiores prelati cognoſcant de homici
dio ⁊ de omnibus que non tendũt ad degradationẽ ordinis.
9 Vacante ſede capitulum an poſſit tanꝗ ordinarius dare remiſſo-
riam ad partes.
10 Delegato permittitur in cauſa matrimoniali mittere nuntiũ ad
alium locum pro recipiendis teſtibus.
Auditores in curia romana non dant remiſſoriam ſine ſpeciali cõ-
miſſione pape.
11 Pars que dat interrogatoria, debet cõtribuere in expenſis.
12 Capitulum ſede vacãte in quibus interponat decretum.
13 Vacante ſede capitulũ an poſſit dare licentiã alicui edificandi vel
reedificandi eccleſiam.
14 Cognoſcere de cauſis feudalibus an poſſit capl'm ſede vacante, de
quibus cognoſceret prelatus ſi viueret.
15 Inueſtituras feudorum de nouo facere aut antiquas renouare an
poſſit capitulum ſede vacante.
16 Epiſcopo defuncto nunquid ſuccedat capitulum ſede vacante in
poteſtate doctorandi ſcholares.
17 Verbũ epi in materia indifferenti quomodo intelligatur.
18 Charitatiuum ſubſidium nũquid capitulum ſede vacante poterit
a clericis dioceſis petere.
19 Omnibus intereſt bonum habere prelatum.
20 Conuentus an ſuccedat in poteſtate dandi licentiã monacho mor
tuo abbate acceptandi executionem teſtamenti.
21 Ordinarius ſi deponitur, eo depoſito capitulũ ſuam ſententiã exe
quetur vſq; in aduentum ſucceſſoris.
22 Beneficium curatum an coram capitulo ſede vacante vel eius vi-
cario poſſit dimitti.
23 Expectantes ad collationem prelati mortui an ſede vacante poſ-
ſint acceptare beneficia vacantia.
24 Capitulum ſede vacante vel eius vicarij an ſuccedant in omni po
teſtate cognoſcendi et terminandi contra hereticos.
25 Relapſus quis dicatur. 26.

¶ Queſtio.x.prime partis principalis.

¶ Capitulũ ſede vacãte an ſuccedat in iuriſditione prelato defun
cto a iure vel ab homine delegata.

1 DEcimo ⁊ vltimo quero an capitulum ſede † vacãte ſuccedat in omni iuriſdi-
tione a iure epo generaliter autoritate apoſtolica
delegata.Exemplum in.c.irrefragabili.de offi.or-
di.in.c.ad abolendam.de here.⁊ in.c.idem de cleri.
egrotan.lib.vi.in.c.j.de ſtat.mona.eodẽ libro.in clemẽ.quia regu
lares.de ſupplen.negli.prela.⁊ in cle attendentes.de ſtatu regula
rium.⁊ clemen.quia contingit.de religioſis domi.⁊ in clemẽ.j.de ſe
pul.⁊ in clemen.j.de teſtam.cum ſimilibus.
¶ Reſpondeo qđ Joã.mon.tenet ꝙ ſic in.c.j.de maio.⁊ obedien.
lib.vj.allegat.c.j.in ſi.de prebẽ.eodẽ lib.cũ quo tranſit Pau.in cle.
j.de hereticis.quia videtur quaſi prorogata iuriſditio ordinaria et
dicit Hoſt.in.d.c.ad abolendã.Et idẽ tenet ibi Jo.cald.pro quarũ
2 opi.multũ facit.d.clemẽ.j.de hereticis.que indiſtincte dicit ꝙ † va
cante ſede epali ſuccedit capitulum, ⁊ nõ exprimit ſpecialiter in cã
hereſis.facit etiã q2 huiuſmodi iuriſditio videt' potius cẽſenda or-
dinaria cũ videat' eſſe quedã quodãmodo reductio ad ius cõmune
⁊ remotio obſtaculi ⁊ impedimẽti exẽptionis.vt no.per gloſ.in.d.
c.irrefragabili.Secus aũt in delegata ſpecialiter.argu.in.c.ſi qui
autoritate.de preben.lib.vj.⁊ in.c.verum.de foro competen.et in
c.quoniam abbas.de offi.delega.cum ſimilibus.Et hoc idem vide
tur tenere Spe.in titu.de offi.§.finitur ver.ſed pone.vbi videt Ar
chi.in tractatu hereticorum in.ij.charta.§.poſt quero.⁊.§.ſequẽ-
ti.⁊ Fede.in conſilio.cxx.quod incipit.Factũ tale eſt.⁊ Bellamer.
deciſione.clxvj.incipit capitulum ſede vacante.qui dicit idem dele
gata a iure.et Collec.in.c.cum olim.de maio.⁊ obe.et in.c.ſi.de pe-
ni.⁊ remiſ.q.ix.⁊ dicit Guil.tenere ꝙ ſic.Et ſubdit ꝙ equum eſſet
circa hoc declarare.Sed Joan.and.in.d.c.ad abolendam tenet cõ-
trarium quem ſequitur Cardina.florenti.ſimiliter ⁊ Butri.per no
ta.in.d.c.j.in ſi.de clericis egrotan.lib.vj.⁊ nota.in.c.j.de ſupplen.
negligen.prelato.eodem libro.in gloſ.autoritatem.Similiter Ab
bas.in.d.c.ad abolendam.per no.in.c.verum.de foro cõpe.Quod
etiam videtur ſenſiſſe Bona.in.c.cum olim.de maio.⁊ obedien.Et
refert ibi Joan.an.in glo.de poteſtate.ſuper verbo autoritate no-
ſtra.⁊ Bal.ibi qui refert Archidiaco.ita tenere.in.d.c.cum oliꝫ.q2
hoc caſu de ordinario factus eſt delegatus apoſtolicus.⁊ hanc ſeq
videtur Egi.Bella.in dicta deciſione.clxvj.Ubi infertur ꝙ proceſ
ſus pauperum expectantium purificare non poterit.⁊ hanc dicit
tutiorẽ Collectarius quia cenſenda eſt magis delegata iuriſditio
3 ꝙ ordinaria:quia debent † ſeruare iura delegatorꝫ.ſicut patet in
cõſeruatoribus ſicut no.Hoſt.in.d.c.ad abolendam.⁊ quod ibi.⁊
in caſu.c.irrefragabili.ſunt delegati ⁊ non ordinarij.⁊ qđ ab eis dꝫ
appellari ad papam.⁊ qđ ſi archiepiſcopus hoc caſu turbaret eos
poſſent eos punire.de offi.deleg.ſane.⁊ ſunt delegati ſedis apoſto
lice que nõ moritur.c.ſi gratioſe.de reſcrip.lib.vj.⁊ no.in.c.ſi de cõ-
ceſſio.preben.eodem libro.⁊ iuriſditio eſt delegata dignitati ⁊ non
perſone.d.c.quoniam abbas.de offi.delega.⁊ ſic per viam iuris qđ
non moritur ⁊ quia ius exprimit ipſam delegatam.⁊ ideo non de-
uoluitur ad capitulum ſede vacante dicto.c.quoniam.Sꝫ ad ſuc-
ceſſorem,ad quod facit quia quando verba autoritate apoſtolica
coniunguntur cũ verbis concedimus facultatem, non faciunt iu-
riſditionem delegatam.Sed bene quando iunguntur poteſtati fa
ciendi prout no.Jo.an.in.c.cum aliquibus.de reſcriptis in nouel-
la.in verbo autoritate.libro.vj.⁊ Bart.in.l.⁊ quia.ff.de iuriſdi.om
ni.iudi.⁊ idem quando poſt datam iuriſditionem cõmittens cõfir
mat autoritate apoſtolica dicẽs.Quicquid feceris autoritate no-
ſtra teneat ⁊ confirmamus q2 hec clauſula non addicitur proceſſui
ſecundum Calde.in additio.in.c.cum olim.de maio.⁊ obedien.et
Lappus in allegatione.lxxxviij Incipit,cõmune floren.⁊ Car.flo
ren.in.d.c.cum aliquibus.in apoſtilla quod facit ad queſtionẽ de
alternati.vide glo.in dicto.c.ſi de conceſſio.preben.in dicto verſic.
4 facultatis.⁊ dic idem vbi eſſet ſolum † clauſula non obſtante corre
ctione cle.religioſi.de teſtamen.cum tunc ſolum remoueatur obſta
culum ⁊ reducatur ad ius commune.¶ Et attende q2 ſunt multa
ſpecialia in eis:quia.ſ.non ſeruant.c.ſtatutum.de reſcrip.lib.vj.de
vna dieta.vt in.c.officium ſit ergo exceptio.de regula ⁊ nõ poſſunt
cõmittere niſi citationẽ.c.vt cõmiſſi.de hereticis.lib.vj.

Verum pro concordia dictarum opinionũ mihi ſatis placet vna diſtinctio que videt' colligi poſſe
ex mente Inno.⁊ Hoſt.in.d.c.ad abolendam.videlicet ꝙ in omni
bus huiuſmodi caſibus ſi neceſſe vel vtile ſit id de quo agitur expe-
diri per capitulũ ſede vacante:ꝙ capitulũ ſuccedat ⁊ poſſit ac de-
beat id facere ex quo non reperitur expreſſe prohibitũ arg.xij.q.ij.
hoc huius placiti.⁊.c.ſi qua de rebus.ne fiat amara interpretatio
arg.eorũ que no.in.c.his que.de maio.⁊ obe.⁊.c.cum veniſſent.de
inſti.Alioquin expectetur ſucceſſor.l.mortuo.ff.de indi.⁊.l.prope
randum.§.an autem.C.eo.tit.⁊ premiſſa vera maxime ſi in proximo
ſucceſſor non eſt futurus arg.in.l.penul.§.ſi.ff.de vaca.mune.⁊ in
c.cum nullus.de tempo.ord.⁊ in.c.nihil eſt.in ſi.de elec.cũ ſimi.
5 ¶ Et pro hac moderatione multum videtur facere q2 videt' † or-
dinarijs a iure reſtitutum illud qđ per exemptionem fuerat ſubla-
tũ argu.c.quãuis.de reſcrip.lib.vj.cum ſuis concordantijs.⁊.c.cum
veniſſet.de conſtitu.in ſi.⁊ qđ no.de beneficio renouato in clemen.
literas.de reſcrip.in gloſ.pone.Et quia ordinarie iuriſditionis in
natur primordio.argu.in.l.cum filius.§.heres.ff.de lega.ij.facit.c.
romana.§.debet.de appel.lib.vj.Et q2 per hoc nihil donatur vel
alienatur in preiudicium ſucceſſoris arg.no.in.c.j.de inſti.li.vj.Et
quod in ſimili dicitur de poteſtate viſitandi.ſupra in queſtione et
quod dicitur in.c.j.§.cum vero ⁊ in fine:ne ſede vacante lib.vj.Et
credo qđ in iuriſditione deuoluta ad archiepiſcopum quãdo capi
tulum ſuffraganei ſede vacante negligenter aut perperam admini
ſtrat:vt in.c.fina.de ſupplen negligen.prelato.⁊ quando nullus ca
nonicus eſt in ſacris in eccleſia ſuffraganei:vt no.in clemen.vt hi q
de eta.⁊ qualit.Vel eſt ibi capitulum tamẽ habitu ⁊ nõ actu vel in
ſimilibus caſibus ſuccedat capitulum metropolitanum vacãte ſe-
de metropolitana cum illam iuriſditionem habeat metropolita-
nus iure commum ordinaria non ſpecialia attentis ſupra dictis
et infra dicendis.

Sed an capitulum ſede vacante poſſit cognoſcere de cauſa
matrimoniali.videtur qđ non per ea que habentur in.c.literas.de
reſtitutio.ſpolia.in.c.j.de conſanguinita.⁊ affinita.Nam cauſe ma
trimoniales videntur ſolum eſſe tractande per epiſcopos:quia eũ

cauſa eſt grauis ad eum eſt perferenda.xxv.diſtin.perfectis.τ in.c.j.
de offi.Archidia.tex.videtur expreſſus in.c.accedentibus.de ex-
ceſſib.pre.vbi dicit φ dignitatis epiſcopalis eſt cognoſcere de cau
ſis matrimonialibus τ ſic nullus prelatus citra epiſcopum de iure
cõmuni poteſt hoc attentare niſi de iure ſpeciali priuilegio ſcʒ con-
ſuetudine vel preſcriptione ſm glo.Gofred.τ Lau.per.c.cũ contin
gat.de foro compe.nam tunc ſolum videtur etiam delegabilis in-
ferioribus ab epiſcopo.facit.c.auditis.de preſcriptio.Eſt enĩʒ magnũ
7 ſacramentũ.c.de ſponſali.Et epiſcopus† debet magna cognoſce-
re.c.ſi.de offi.archi.Jdeo cauſe matrimoniales requirunt maiores
iudices.Et vide Archid.xxxi.q.ij.Lotarius.τ iura que ibi allegat
Et an capitulũ vel alij inferiores poſſint hoc preſcribere.vide Cal
de.in conſilio ſecundo in titulo de preſcriptio.τ aduerte φ lʒ Ho-
ſtien.in hoc videatur fuiſſe varius in locis preallegatis:tamẽ quan
tum ad caſum noſtrum videtur quod capitulum ſede vacãte poſſit
de illis cognoſcere per tex.iuncta ſuprascriptione in.c.veniens.de
eo qui dux.in matrimo. Non obſtat ſi dicatur quod ibi ex delega-
tione apoſtolica cum de conſuetudine curie Romane cauſe ma-
trimoniales non committantur:niſi epiſcopis ſm doctores in
cauſa matrimonij.de officio delegati.licet Abb.in dicto.c.primo.
de conſang.τ affini.dicat φ de iure cõmuni poſſent cõmitti etiam
alteri cuicũqʒ cõtrario iuxta tamẽ determinationẽ.c.ſtatutum.de
reſcrip.in.vj.qđ tamen nõ hʒ locum in ordinario vt ibi habet.Col
lecta.in dicto.c.literas.de reſtitutio.ſpoliato.dicit qđ curia appro
8 bat† conſuetudinem qđ inferiores prelati cognoſcant de homici
dio τ de omnibus que non tendunt ad degradationẽ ordinis.Sʒ
quia ex mente Inno.τ Jo.an.in.d.c.j.preſumitur pro habẽtibus
poteſtatem φ ſint maioris ſcientie τ magis exercitati.τ qr ad capi-
tulum in ſacramentalibus deuoluitur omnibus poteſtas vt dictũ
eſt ſupra in queſtione de ſuffraganeis.Uerius videtur φ capitulũ
ſede vacante poſſit de cauſis matrimonialibus cognoſcere ex quo
nõ reperitur prohibitum τ non agitur de aliquo preiudicio ſucceſ-
ſoris τ hoc videtur voluiſſe Cardi.floren.in dicto.c.veniens.lʒ per
verbũ forte cũ quo tranſeunt moderniores pro quib' bene faciunt
c.abbatibus.de teſtibus.τ.c.preterea de teſti.cogẽ.probat tex.in.c.
ſignificauit.de conuerſio.cõiuga.vbi decanus vicegerẽs cognoſcit
de dirimẽdo matrimonio.facit etiã.c.auditis.de preſcrip.

An autem capitulum ſede vacante poſſit et debeat

9 tanquam† ordinarius dare remiſſoriam ad partes ſaltem in cauſa
matrimoniali ſi non calũnioſe petat.Et φ poſſit tenet Jo.and.et
Archi.in.c.preſentiũ.de teſti.lib.vj.ſuper.j.glo.dicẽtes φ talis re-
miſſio eſt in arbitrio iudicis per aut.de teſtibus.§.τ quoniam.τ qđ
ibi nota.❡ Specu.etiam in ti.j.§.iam nunc.verſi.ſed ſecũdũ pmiſ-
ſa.dicit qđ fieri debet τ qđ ordinarius ille recipiet teſtes nõ autori-
tate remittentis:ſed propria τ autoritate iuris cõis vbi Jo.and.in
addi.dicit illud verũ qñ cõmittens erat ordinarius.Secus ſi dele-
gatus qr tũc autoritate delegata reciperetur per ordinariũ ad quẽ
remittitur.c.iij.de fideiuſſo.c.ſignificauit.de offi.ordi.c.ſtatutuʒ.§.
penul.de reſcrip.li.vj.Lap.alleg.xlvj.cuius contrariũ refert ſequi
tur Cardi.in clemen.j.de offi.deleg.cõſuluit indiſtincte qđ ordina
rius tenetur ad hanc remiſſionẽ faciendam ne anguſtetur proban
di facultas ſine culpa partis τ ne tali pretextu remaneat in pecca-
to.d.c.ſignificauit.τ qđ ibi no.in glo.ij.τ.xxxiij.q.ij.ſiue de cõiugijs.
vbi gloſ.dicit qđ ſi difficile eſt ſatiſdare in vna ciuitate mittitur ad
aliam.l.ſi fideiuſſor.§.j.ff.qui ſatiſda.cog.pro hoc etiam quod not.
gloſ.ij.in dicta clemen.j.de offi.deleg.τ quod not.in.c.j.de teſti.co.
10 vbi permittitur† delegato in cauſa matrimoniali mittere nũtiuʒ
ad alium locum pro recipiendis teſtibus.τ exponitur ibi nuntius
i.executor.Et reſpondet Cardi.ad.c.j.de conſangui.τ affini.qđ ibi
producuntur teſtes coram ordinario quando commode fieri po-
teſt vt quia ſunt in loco vel quando ex coniecturis apparet qđ pe-
titur calumnioſe vt nota.Archidiaco. poſt Innocen.in.c.cum no
ſtra.de conceſ.preben.

Et aduerte quod auditores in curia romana non

dant remiſſorias ſine ſpeciali commiſſione pape.Et qđ pendente
termino remiſſorie dormit iuriſditio apud auditorem interim.et
qđ non datur niſi aliquid probetur in curia ſaltem in prima inſtan
tia vel intruſo.Neqʒ ſuper articulis datis in euentum neqʒ vbi pro
batio eſt facienda per ſcripturam vt patet in deciſio.nouis deciſio
ne.lxxxvj.incipit. Jtem ſi articuli. et deciſione.cclij.incipit. Jtem
fuit dubitatuʒ.τ.ccclij.incipit.Jtẽ quando cauſa.alias eſt.cclij.
per que videtur qđ ſine cauſa non poſſit decerni.examinator antẽ
id eſt iudex remiſſione debet conſiderare vacillationem teſtium et
ruborem τ ceteras teſtium qualitates τ illa intimare iudici haben-
ti iudicare ſm doct.in.c.quoniam cõtra.de proba.τ examinare ſu-
11 per interrogatorijs.τ tunc pars† que dat interrogatoria dʒ cõtri-
buere in expenſis.vt vltima deciſio.in antiquis deciſio.lxj.incipit.
Jtem no.ad quod vide deciſio.cclxxxix.τ.cccxcij.De nudo autem
examine facti non eſt dubiuʒ de quo plene vide per Car.vbi ſupra.

❡ Et aduerte qđ remiſſoria non datur ante litem conteſtatam.vt vl-
tima deciſio in antiquis.xvj.incipit.Jtem nota φ poſito.τ cetera.
τ qđ datur remiſſoria ad partes de conſenſu partiuʒ abſqʒ ſpeciali
cõmiſſione.τ cetera.vt vltima deciſ.in antiquis.ccclxxvj.que inci-
pit.Sciendum eſt.τ quod detur in cauſa ſummaria τc.patet in cle-
mentina ſepe.de verbo.ſigni.etiam pro teſtibus reprobatorijs.vt
no.Jtem φ poſſint inſtrumenta produci.τ cetera.Jn ſecunda ta-
men inſtantia non datur noua remiſſio licet noui articuli admittã
tur deciſio.lxxiiij.De benignitate tamẽ in ſecũda inſtantia admit-
titur quis ad expeditionẽ remiſſorie decrete in prima inſtãtia de-
12 ciſio.eadem.❡ Sed an capitulũ ſede† vacante interponat decre-
tum in alienatione rerum minorum vel eccleſiarum vel in caſu.c.ſi
annum.de iudi.lib.vj.τ in reliquis ſimilibus.❡ Reſpondeo φ Fe
deri.in queſtionibus ſuis de poteſtate diſpenſandi.τ ſtatuendi de
quibus ſupra videtur tenere φ ſic.per.l.ij.C.de his qui.in alter.τc.
vbi videtur velle qđ omnia que ad merũ τ mixtũ imperiũ pertinẽt
exceptis paucis poſſit capitulum ſede vacante facere per dictam
l.ij.quem ſequitur Abbas in dicto.c.cum olim.quia eſt iuriſditio-
nis.τ quia interponit autoritatem in permutationibus:vt not.in
clemen.j.de rerum permutatione.

Sed an poſſit creare notarios.

Credo qđ ſic quoniam ordinari' in-
fra ſuam dioceſim poteſt hoc facere ſm Hoſt.in.c.cum.P.de ſi.in-
ſtru.τ in ſumma eo.ti.§.quibus.τ in ſumma ne cleri.vel monac.§.
que ſunt permiſſa verſi.quid igitur.facit.c.regenda.x.q.j.τ.xij.q.ij.
epiſcopus.τ.c.percepimus.τ quod no.Jo.and.τ doc.in.c.ſicut.ne
cleri.vel mona.τ Spe.in titu.de inſtrumen. editione.§.reſtat ver.
ſed quis.τ Oldra.in conſi.lxxv.incipit:quis poſſit.Et dicit Jo.de
imo.in.c.j.de fide inſtrumẽ.φ opi.Hoſt.cõmuniter tenet.❡ Sed
13 an† capitulum ſede vacante poſſit dare licentiã alicui maxime lai-
co edificandi vel reedificandi eccleſiã.τ facere ipm edificatẽ ppter-
ea acquirere iuſpatronatus.❡ Reſpondeo qđ Gaſpar de calde.
putat φ ſic in ſuo cõſilio.iij.ſub rubrica de iurepatro.quia dare hãc
licentiam eſt iuriſditionis.τ nõ ordinis τ capitulũ ſede vacã.ſucce-
dit in iuriſditionibus.c.his que.τ.c.cũ oliʒ.de maio.τ obe.τ.c.j.eo.
ti.lib.vj.Et etiam in iuriſditione que concernit ordinũ collationẽ.
c.cum nullus.§.epiſcopo.de tempo.ordi.li.vj.Jteʒ ſuccedit in po
teſtate cõferendi.c.j.de inſti.lib.vj.τ.d.c.cum olim.ergo multo for-
tius in caſu iſto.que opi.ſatis mihi placet attenta regula affirmati
ua de qua.ſ.τ qr hoc non reperitur prohibitum:nec per hoc aliqd
alienatur neqʒ fit preiudicium epiſcopo.

Nunquid autem capitulum ſede

14 † vacante poſſit cognoſcere de cauſis feudalibus de quib' cogno-
ſceret ſi viueret prelatus.❡ Reſpõdeo φ lʒ dñs feudi dicatur ha-
bere iuriſditionẽ ordinariam in ſuos vaſallos.vt pʒ in.c.imperia
lem.in.§.pe.ſcu ſi.de alie.feu.cum ſimilibus vt poſſit ſuam ſententiã
mandare executioni τ precipere ſub debito fidelitatis τ pignorare
iure ſuo in inuectis τ illatis iure feudali dũmodo manu nõ perexe-
tiat de facto.vt no.Ludo.in cle.paſtoralis de re iudi.Tamen Jo.
an.in.c.verum.de foro cõpe.ſuper glo.j.tenet φ nõ ne epiſcop' va
ſallum habeat quem nollet habere ſicut dicitur in beneficiorũ col
latione in.c.ij.ne ſede vacã.τ in.c.j.eo.ti.li.vj.τ qr cognoſcere de feu
dis τ beneficia conferre nõ eſt proprie epiſcopale.vnde multi non
epiſcopi faciunt iſta τ aliqui epiſcopi neutrum horum habent τc.
Putat tamen qđ ſi feudum eſſet cõmune epiſcopo τ capitulo qđ
tunc ſede vacante capitulum poſſet cognoſcere.arg.in.d.c.j.ne ſe-
de vacan.lib.vj ad quod facit quod habet in cle.ne roma.de elect.
circa ſolutionem fiendam per camerarium ſedis apoſtolice Cardi
nalibus apoſtolica ſede vacante τ in.d.cle.ſtatutum.de elec.de his.
ſ.que non ſunt diuiſibilia.τ hec videtur tenere Fede.in.q.quib'.ſ.
τ videtur eſſe cõmunis opinio cum hoc competat epiſcopo de iure
15 ſpeciali.vnde concludendum eſt φ† capitulum ſede vacante non
poterit inueſtituras feudorũ de nouo facere neqʒ antiquas reno-
nare:nec iuramenta:aut fidelitates τ homagia a vaſallis recipere
ſcdm Inno.τ Hoſt.τ Abb.in.c.nihil.de elec.in ſi.vbi etiam p Jo.
and.lʒ Archi.contra quẽ refert Jo.an.in.c.indẽnitatibus.de elec.
lib.vj.in nouel.ſuper verbo tẽporalibus.Similiter nec obedientiã
a ſubditis aut ſimilia.Mihi tamẽ placeret pro cõcordia opinio.te
nendũ eſſe in hoc prout dixi.ſ.tenendũ in prin.q.proxime princi-
palis per rationes τ autoritates ibi adductas:τ vide Calde.in cõ-
ſilio.ij.in titu.de iudi.vbi tractat quis ſit iudex in cauſa feudali ſeu
contractu feudali iurato.❡ Sed nunquid capitulum ſede vacãte
16 ſuccedat epiſcopo defuncto† in poteſtate doctorandi ſcholares,
vbi epõ hec poteſtas cõpetit nec aliquid in priuilegio cauetur de
capitulo.❡ Reſpondit Abbas in.d.c.cũ olim.de maio.τ obediẽ.
in vlti.q.τ in.d.c.verum.de foro competen.concludendum φ aut
epiſcopus habet hanc poteſtatem ex priuilegio ſpeciali:τ tunc nõ
tranſit in capitulũ.aut habet a iure cõmuni ſecundum opinioneʒ
quam ſentit Hoſtien.de qua no.per glo.in cle.ij.de maior.et tunc
capitulum ſuccedat argu.in dicto.c.cuʒ olim.ex quibus dixi poſſe
inferri ad

Digitized by Google

inferri ad deciſio aliorum ſimilium dubiorum que poſſent occur-
rere de quo vide per Bella.in deciſio.clxvi.incipit: capitulũ ſede
vacan.⁊ adde qḋ poteſtas doctorandi data epiſcopo indubio non
requirit cõſiliũ vel conſenſum capituli ſm Abba.in.c.cum apoſto
lica de his que ſiunt a prela. quia in materia indifferenti verbum
17 †epiſcopus intelligitur de ſolo epiſcopo:vt ibi probatur.⁊ de pri-
uilegio Archidiaconi Bononienſis ⁊ epiſcopi ⁊ capituli circa do
ctorãdos.vide per Joan.calde.in conſil.j.in titu.de priuile. Fallit
tamen quod dictum fuit ſupra niſi ad aliũ huiuſmodi poteſtas
deuolueretur vacante ſede ex priuilegio apoſtolico prout deuolui
tur in ciuitate Paduana vbi ſede epiſcopali vacante ex priuilegio
apoſtolico deuoluitur ad abbatem ſancti Stephani de chartaria,
quod etiam priuilegiũ ſemper fuit temporibus meis obſeruatũ.
Et eadem ratione idem dominandum eſſet ſecundũ eũ in iuriſdi-
tione ſuper ſcholari de qua in autẽtica habita ne filius pro patre.
⁊ in iuriſditione alia quando adiungitur ordinario iudici qui alle
gatur ſuſpectus de iure ciuili:vt in auť.ſi vero contigerit.C.de iu-
dicijs.⁊ in corpore vnde ſumitur.

18 Nunquid autem capitulum †ſede vacante po-
terit a clericis dioceſ.petere charitatiuum ſubſidium.Glo.tenet ꝙ
ſic:vnde aliunde nõ poteſt prouideri neceſſitati eccleſie vacante vel
cõmode mutuari regulariter non poſſunt.c.cupiẽtes.§.ad hec.in
ver.aliunde.de elec.lib.vi.que extendit.c.conquerente.de offic.or-
di.vt ſcilicet ſubſidium exigi poſſit per capitulũ ſede vacante p ele
ctione.quod ſpecialiter ibi no.Domi.quod adde ad.c.cũ apoſto-
lus.de cenſi.⁊ extrauagã.Ben.que incipit.vas electiõis.§.pteriſſ-
ſis.Dicit tamen Hoſtien.⁊ refert Joan.and.in.d.c.vt pteterite de
elec.per illum tex.cauendum eſſe pauperes ne compellantur:⁊ ne
diuites inequaliter aggrauẽtur.c.licet.⁊.c.procurationes.§.j.de cẽ
ſi.⁊.c.cõquerente.Et eſt ratio quia quod omnes tangit ⁊c.regula.
19 quod omnes.omnium † autem intereſt bonũ habere prelatũ.lxj.
diſtin.miramur.vi.q.j.ex merito ergo ab omnibus contribuẽdũ.
Subdit tamen de conſuetu.cum dilectus.alias ſatiſfaciat eccleſia
enim principaliter intereſt niſi ſint expenſe grauiſſime, quo caſu
dicit faciendam contributionem,cũ potiſſime tangat canonicos
c.cum non liceat.de preſcrip.⁊.c.accedentes.de teſtamento.requiſi
ſti.de ſtatu monachorum.cum ſinguli.⁊.c.nouit.⁊.c.ſi.de his que
ſi.a prela.⁊ cum tranſit Abb.in.d.c.preterite.⁊ cõmuniter aliĩ doc.
¶ An autem ſuccedat in iuriſditione quam habet epiſcopus de
cõſuetudine,⁊ qḋ ſi epũs hʒ intereſſe aliciu elec.ex cõſuetudine.dicit
Collec.qḋ ſic.q eadẽ ratio eſt in additamẽto ꝗ eſt in principali.qḋ
ſatis placet Abb.in.d.c.cũ olim.in.⁊.q.ex quo illa iuriſditio cõpe-
tit epiſcopo vt epiſcopo:licet Hoſtien.contra.in.c.ſcriptũ.de ele
20 ctio niſi in caſu dicti.c.ſcriptum.Sic ⁊ cõuentus † ſuccedit in po-
teſtate dandi licentiam monacho mortuo abbate acceptandi exe-
cutionem teſtamenti ſm Lappum ⁊ Domi.in.c.ij.de teſtamen.li.
vj.Licet quidam contra.

Ultimo adde quod epiſcopus ſucceſſor ſucce-
dit in exequendo mãdatũ
prius directũ capitulo etiã ſi ſucceſſor electus non eſſet de gremio
canonicorum vt vices gerenti prelati ſede vacante ſm Gofredum
Philippũ Inno.Hoſtien.Compoſtel.⁊ omnes in.c.eam te.de re
ſcrip.Tunc enim nulli potuit cõmodius Papa ſcribere quã capi
tulo propter vnionem ⁊c.⁊ quia ſicut omnibus canonicis mortuis
eorum ſucceſſores tenerẽtur exequi mandatum ſic ⁊ epiſcopus eis
in pari iuriſditione ſuccedens.non autem econtra.niſi forte cũ di-
ſtinctione de qua ſupra in principio queſtio.⁊ niſi forte poſt preſen
tationem mandati fuiſſet mortuus epiſcopus quia tunc cum capi
tulum ſit ſucceſſor epiſcopi proſequitur factum inchoatum p epi-
ſcopum mortuũ.⁊ propterea dicebat anti.Abb.qḋ ſi prepoſit⁹ ma
galoñ.vacante ſacriſtia magaloñ.quam ipſe de conſuetu.tenet cũ
vacat reciperet interim mandatum Pape ſuper re aliqua ſacriſtie
exequenda ſi mandato non completo ordinaret ſacriſta nõ ad pro
poſitum ſed ſacriſtam ſpectaret id exequi.⁊ idem in omnibus aliĩs
ſm docto.in dicto.c.eam te.pari ratione.pro quo facit gloſ.in cle
mẽ.ſtatutũ.in verbo declarati.de reſcrip.⁊ vide Bald.de inueſti.in
mari.fac.l vſibus feud.⁊ deciſio.in antiquis.cccluij.que incipit: no
ta per capitulũ.que ſimpliciter no.opi.⁊ Bal.in.c.ſcriptũ.de elec.
vbi dicit ꝙ vox prelati non tranſit ad eccleſiam vacantem per.l.cũ
21 quaſi.§.eleganter.ff.de fideicommiſ.lib.Dicit Hoſtien.qḋ † ſi or-
dinarius deponitur capitulum eo depoſito ſuam ſententiam exe-
quetur vſq; in aduentum ſucceſſoris.⁊ idem firmat Jo.an.⁊ Bal.
in.c.querenti.de offi.delega.⁊ ſic ꝙ capitulum ſede vacante non ſo
lum ſuccedit in iuriſditione ⁊ vbicũq; requiritur cauſe cognitio et
in omni poteſtate cognoſcendi ⁊ terminandi:ſed etiã ſimiliter in
omni executione ⁊ poteſtate exequendi prius cognitor terminata
⁊ multofortius cum ea que concernunt executionem poſſint fieri
in domo ⁊ extra iudicium ⁊c.ſm eundem Bald.in cap.paſtoralis.
§.quia vero.de officio delegati.vbi plene tractat de poteſtate exe-
cutorum.

Quero an corã capitulo ſede vacante vel
eius vicario poſ
22 ſit dimitti beneficium † curatum ⁊c.per eos qui volunt alia incõ-
patibilia obtinere.Et dico ꝙ ſic.tex.eſt hodie in extrauagan.exe
crabilis.§.ceterum.que eſt Joan.xxij.ſolẽniter cõmentate p Zen-
ze.⁊ Guil.de monte lauduno.quia tunc eſt potius iuriſditio proro
gata ꝙ delegata.vt ipſe Zenze.ibidem dicit in glo.ſuper verbo or-
dinatio.per quam extrauagantem:⁊ cle.j.⁊.ij.de hereti.expreſſe p-
bantur concluſiones mee tam ſuperiores ꝙ infra dicende in ſecun
da parte tractatus huius.nam per hec iura patet omnimoda equi
paratio prelati viuentis ⁊ vicarij ⁊ capituli ſede vacante etiam in
criminibus ⁊ cauſis arduis ⁊ maioribus.ergo idem ⁊ multofort⁹
in minoribus cauſis ⁊ negotijs vbi non reperitur expreſſe prohibi
tum:vt ſepius ſupra dixi.
23 ¶ Quero an ſede vacante † poſſint expectantes ad collationẽ pre
lati mortui acceptare beneficia vacantia tunc in menſibus ordina-
rij iuxta regulam cancellarie de quatuor mẽſibus ordinariorũ vel
alternatiuã eiſdem conceſſas ad collationem prouiſionũ preſen
tatis:ſeu quãuis aliam diſpoſitionẽ ⁊c.prout in forma alternatiua
rum continetur:quarum aliqui habent pinguiorẽ ꝙ in forma cõ-
muni conſueta.Et dico ꝙ tales expectantes poterũt acceptare in
quolibet mẽſe cõtingat tunc beneficiũ reperiri vacans:etiam ſi va-
caſſet viuente prelato quia verum eſt dicere qḋ etiã vacet eo mor-
tuo ex quo non prouidit donec vixit.non obſtat regula huiuſmo-
di ſiue alternatiua que fuit perſonalis regula priuilegium de reg.
iur.in.vi.l.quia perſonale.ſoluto matrimonio ⁊ cum perſona eius
extincte ſunt. Secus autem ſi ad epiſcopum ſolum non ſpectaret
collatio,prouiſio ſeu quelibet alia diſpoſitio epiſcopi defuncti vel
alterius prelati habentis alternatiuam ⁊ cõprehenſi in regula. q
tunc vbi expectatiua ſe extendit ad collationes cõmunes iuxta.c.
ſi.de conceſ.preben.libro ſexto. Si alternatiua autem regula ſe
etiam extendit ad eos iuxta cõmunem interpretationem non poſ-
ſent expectantes acceptare in mẽſibus ordinariorum,ſed locus fo
ret determinationi.c.j.ne ſede vacante lib.vj.ſuper hoc autẽ ſunt
permaxime attendenda verba regule de quatuor menſibus ⁊ alter
natiuarũ ⁊ etiam gratiarũ expectatiuarũ ⁊ reſeruationũ que cõſue
uerunt eſſe aliqualiter dubia.⁊ expeditio earum et ſcientia prelati
⁊ capituli ⁊ aliorum collatorum habentium aliquid iuris in proui
ſione beneficiũ.⁊ ſorte tunc illud tempus impedimenti non curre-
ret impeditis ipſo iure,aut ſaltem faciliter a papa obtinerent ſe ta
les reſtitui vel ſaltem conſultum eſſe prouidere ſibi de noua proui
ſione cum tũc papa poſſit opponere manum etiam in preiudiciũ
aliorum coexpectantium licet acceptaſſent ante tamẽ prouiſionẽ
iuxta deciſio in nouis.ccxxxix.que incipit.lʒ de more ⁊ ſtilo.⁊ Be-
len.deciſio.clxvij.incipit,per illa verba.⁊ ad iſta dico habendã eſſe
magnam aduertentiam per litigantes ſicut ad tempus preſinitũ
in regula de quatuor menſibus.

24 Quero an capitulũ †ſede vacãte vel eius vica-
rij ſuccedãt in omni pote-
ſtate cognoſcendi ⁊ terminandi contra hereticos fautores recepta
tores ⁊ defenſores hereticorum ⁊c.ad effectum eos puniendi ⁊ om
nes alios effectus de quibus per totum titulum de hereti.in anti-
quis.in.vi.⁊ clementina et etiam extrauagantibus.
¶ Reſpondeo ꝙ ſic.licet ſint de arduis cauſis per text.expreſſum
in clementina.j.⁊.ij.de hereti.ita vt inquiſitores heretice prauita-
tis in omnia ſecũ agere debeant ⁊ econtra iuxta diſpoſitionem dicte
clementine,ſicut ſi prelatus principalis viueret:ita vt etiã poſſint
habere officiales cum armis neceſſariis et cuſtodes ⁊ claues carce-
rum.⁊ poſſint admittere teſtes in huiuſmodi cauſis etiam minus
idoneos aliás iuxta.c.in fidei fauorem.⁊.c.accuſatus.§.licet. de he
re.lib.vj.Item ꝙ poſſint recipere teſtes abſq; publicatione nomi
num ipſorum ⁊ accuſatorũ iuxta.c.ſi.eodem titu.⁊ li.⁊ etiam ad ef-
fectum vt ſi poſt abiurationem hereſis fuerint de huiuſmodi cri-
minibus tales abiurantes inquiſiti ⁊ conuicti vt tanquam relapſi
poſſint degradari ⁊ relinqui curie ſeculari occidendi abſq; vlla ſpe
gratie iuxta.c.ſuper.eodem titulo ⁊ lib.c.degradatio.de penis eo-
dem lib.⁊.c.nouimus de verborum ſignificatione.etiam ſi eſſent re
ges ⁊ principes fautores eorum iuxta ea que habentur in.c. vergẽ-
tis.⁊.c.excõmunicamus.de here.⁊.c.preſidentes.eodem titulo lib.
vj.dũtamen prius inquiſiti hereſim adiuraſſent iuxta.c. accuſatus
25 eodem titulo ⁊ lib.in princip.alias † nemo poſſet dici relapſus. et
huiuſmodi reges ⁊ principes non excuſant metu perdendi ſtatũ
tum eorũ ciuitates ſint propterea in ruinam tradende ⁊ in predã ⁊
aratro ⁊ igni ſubdende.per no.in.c.ſi audieris.xxiij.q.vltima.⁊ per
docto.in.d.c.vergentis.⁊ in.d.c.preſidentes.⁊ in auť.ſi vero domi-
nus.C.de hereticis.⁊ ſcripſi plene in extrauaganti Federi.ij.que in
cipit:ad decus.que habeť in ſi.libri vſus feudorũ.⁊ cõmentaui illaʒ
in ſi.libri nouellarum Juſtiniani.⁊ quam cõſtitutionẽ allegat ⁊ p-
bat expreſſe Bon.viij.in.c.vt inquiſitionis.in prin.de hereti.li.vj.
quia fuit promulgata per Fede.ij.Imperatorẽ in deuotione tũc
Romane eccleſie cõſiſtentem,quatenus dei ⁊ eccleſie ſancte ſui ho-

norem ⁊ hereticorum exterminium proſequitur ⁊ ſtatutis canoni
cis non obſiſtit:⁊ q̄r reperitur incorporata in volumine codicis Iu
ſti.approbato.Et fert qđ Clemens illam ſub bulla redegerit vt ibi
no.cū certis tamē adiectionibus ⁊ modificationibus vt refert ibi
dem Io.mo.⁊ Archi.⁊ cōfirmauit etiam illam Honorius.iij.de cō
ſilio fratrum vt refert Mer.v.in quadā bulla directa archiepiſco
po Colonieñ.⁊ epiſcopis Ludieñ.⁊ Traiecteñ.que incipit,ad cōpe
ſcendos ⁊c.dūtamen etiam citentur legitime ad videndū ſe decla
26 rari relapſos † iuxta ea que habent in.c.vergētis.de here.put hoc
obſeruarunt tam Pius q̄ Paulus ſecundus de conſi.omniū pre
latorum curie contra Georgium regem bohemie.⁊ de Papa hoc
non eſt dubium per no.per Inno.⁊ Bal.⁊ alios in.c.cū ab eccleſia
rum.de offi.ordi.Sed idem etiam eſt in epiſcopis.vt poſſint excō
municare reges delinquentes in ſuis dioce.ſm Io.an.in.c.nouit.
de iudi.⁊ in.c.j.de offi.or.vbi per Butri.⁊ alios.⁊ no.in.c.ſi autē.xj.
q.iij.⁊.xcvj.diſt.duo.Mitius tamen cum eis agendū eſt q̄ cū alijs.
xij.q.ij.de rebus.Et ſi in pluribus diœceſibus haberet domicilium
in vtroq; rex poſſet excommunicari.Et quilibet alius princeps p
l.aſſumptio.ff.ad municipa.⁊ no.in.d.c.ſi autē.xj.q.iij.laudare.

Nota qđ tunc iſta cauſa regū tanq̄ vna de maioribus cauſis
remitteretur ad Papam per.c.j.de iura.cal.⁊ no.in.c.quod tranſla
tionē.de offi.lega.c.maiores.de baptiſmo cum ſimilibus.Per que
iura videtur q̄ etiam legati apoſtolici deberent hoc facere.facit.c.
j.de tranſla.prela.probant hoc etiaꝫ in imperatore.c.clerici laicos.
de immu.eccle.⁊.c.ad apoſtolice.de re iudi.lib.vj.⁊ cle.paſtoralis.
eo.ti.⁊.c.ex grandi.de ſup.neg.prela.

Finis prime partis huius Tractatus.

Incipit ſecunda pars libri.

Summarium.

1 Beneficia ad collationē epī ſpectantia etiā deuoluta an ſede
vacante poſſit conferre capitulum.
2 Conferre quid ſit. 3.
Futuro ſucceſſori fructus ſunt reſeruandi.
4 Coniugium ſpūale eſt inter epiſcopum et canonicos.
5 Portiones preſtimoniales an ſint beneficia eccl'aſtica ⁊ perpetua.
6 Preſumptio que debeat fieri cum dubitatur an hoſpitale ſit, vel
beneficium.
7 Vicarius epī an poſſit cōferre beneficia extra diœceſim.
Coadiutor quando conferre poſſit beneficia.
8 Prelatus nunquid poſſit cōferre beneficium alicui ſub cōditione.
Vacante eccleſia an capitulū ſuccedat in electione dignitatum.
9 Epiſcopo multa nō cōpetunt iure cōmuni.
Statuta ſunt ſtricti iuris.
10 Conſilium quandoq; ſumitur pro conſenſu.
11 Conſenſus epī vbi preſtari deberet ab epō ratione iuriſdictiōis ep̄a
lis,an capl'm cathedralis eccleſie ſuccedat in eo preſtando.

Queſtio prima ſecunde partis principalis.

Capitulum ſede vacante an poſſit cōferre beneficia ad collatio
nem prelati ſpectantia etiam deuoluta.

Primo quero an capitu
1 lum ſede † vacāte poſſit libere cōferre bñficia que
cūq; videlicet tā prebendas ⁊ dignitates ⁊ officia
⁊c.q̄ eccleſias curatas, ⁊ taꝫ ſeculares q̄ regulares
quas cōferre potuiſſet prelatus defunctus. Re
ſpondeo q̄ nō poteſt quādo ſcilicet ad ſolā collationē epi defuncti
ſpectabāt.hoc determinat tex.in.c.illa.ne ſede vacā.Quinimo pl⁹
vult q̄ etiā ſi talis collatio cōfirmaret per Papam in forma cōmu
ni.non validaret.ponit rationē quia nuſquā contrariū inuenitur in
iure qđ capitulum ſede vacante fungatur vice epī in collationib⁹
prebendarū, ⁊ conſequenter videtur prohibitum.argu.c.inter cor
poralia.de tranſlatio.prelato.l.v.di.c.ſi euangelica.ij.q.v.c.cōſului
ſti.xxj.q.j.quod ſi dormiente. Hoc idem determinat text.in.c.j.de
2 inſti.lib.vj.Et eſt ratio quia † conferre eſt quaſi alienare ⁊ gratiam
facere mādando.vt no.in.c.ſi.de offi.vica.li.vj.Et eſt quaſi donare.
no.in.c.cum acceſſiſſent.de cōſtitu.Facit quia collatio eſt in fructu
vt no.in.c.cum olim.de maio.⁊ obe.fructus auteꝫ ſunt reſeruandi
futuro ſucceſſori.c.qui ſepe.de elec.li.vj.⁊ clemen.ſtatutū.eo.ti.⁊ ha
betur in.c.vt iuxta.de electio.facit regula negatiua de qua in rubri
ca ne ſede vacante.Et quod dicitur de collatione prebendarū ven
dicat ſibi locum in omnibus alijs beneficijs large ſumendo cū ea
dem ſit ratio:vt probat text.in.c.j.ne ſede vacante.lib.vj.⁊ ibi not.
Ioan.and.in nouella ſuper verbo, prebendarum.⁊ ſuper verbo be
neficiorum.⁊ quod habetur in regula beneficiuꝫ.de regu.iur.in.vj.
Et idem dico vbi collatio non ex toto libere:ſed etiam cū conſilio
capituli haberet fieri collatio per epiſcopum, prout tenetur de iu
re cōmuni.de prebendis eccleſie cathedralis iuxta no.in.c.cum ec
cleſia vulterana.de elec.⁊ in.c.nouit.⁊.c.quāto.de his q̄ fiunt a pre
la.vt determinat expreſſe Domaſcenus.c.j.ne ſede vacante lib.vj.
in ſecūdo reſponſo.cuius rationem ſtatim ſubdam.Et idem dico
ſimpliciter quando ad ſolum epiſcopum cum conſilio vel aſſenſu
capituli alternatiue pertineret collatio q̄r perinde eſt ac ſi cum con
ſilio tantum haberet fieri quia ad veritatem alternatiue ⁊c.c.cete
rum.de reſcrip.⁊ hic eſt verus ſenſus.§.cum vero.in dicto capi.j.ne
ſede vacante. lib.vj.

Fallit ergo hic quādo ad epiſcopum ⁊ capi
tulum pertinet colla
tio beneficiorum.Vel ad epiſcopum cum conſenſu capituli quod
idem eſt ſm Lapp.in.c.a collatione.de appel.per.c.paſtoralis.de
dona.Licet Ioan.andr.in nouella ibi contra quem ſequitur Do
3 mi.q̄ aliud eſt conferre † aliud collationi conſentire.l.aliud.ff.de
regu.iur.iunctis no.in.c.ad diſſoluendum de deſpon.impu.⁊ per
Archidia.in.c.preſbyteri.⁊.c.j.xxiij.diſtin.⁊ Collecta.in dicto.c.
cum olim.de maio.⁊ obed.ver.ſed quid ſi epiſcopus habet cōferre
beneficium cum alio vel aliud facere vbi conſentit quando pericu
lum eſt in mora vel vbi habet locum ius accreſcendi alias non.per
clementinam primam.de iure patronatus.etiā ſi epiſcopus inter
eſſe habeat in collatione huiuſmodi:vt prelatus, qđ qualiter ſit et
cognoſcatur habetur in.d.c.a collatione.de appel.li.vj.Et multo
fortius ſi habet in collatione intereſſe ſimpliciter vt canonicus q̄r
propter mortem eius non impeditur tunc capitulū cōferre, ſicut
nec per mortem alterius concanonici ſm Vincen.⁊ Hoſt.quos re
fert glo.in.d.c.j.ne ſede vacante.lib.vj.allegant ad hoc Io.monac.
⁊ Archidiac.l.diſtinc.ita autem.alias incipit, quidaꝫ decedens.§.
4 j.ff.de admini.tuto.⁊ quia † epiſcopus eſt caput ⁊ canonici mem
bra.dicto.c.nouit.⁊ quia inter eos eſt ſpirituale coniugiuꝫ.c.requi
ſiſti.de teſtamen.ideo propter ſocietatem collegij deuolui poteſt
de vno ad alium ar.l.ſi.lxv.di.⁊.l.j.C.quando nō pe.par.nec eſt da
re rationem efficacem differentie inter deuolutionē que ſit ex mo
ra epiſcopi.vel ex morte in caſu quo collatio cōmuniter ſpectat ad
epiſcopum ⁊ capitulum vel requiritur conſenſus capituli in confe
rendo.licet in caſu quo requiritur conſiliū tantum vel alternati
ue conſiliū vel conſenſus poſſit iſte dici caſus nouus ⁊ ideo nouum
in quo minor ſupplet negligentiam maioris.cuius cōtrarium te
nuerat Inno.in.c.q̄r diuerſitatē.de conceſſione prebendarū dicēs
qđ cum pena non eſſet a iure impoſita epō vel prelato debebam⁹
tranſire cū iuribus antiquis argu.in.c.romana.de ſupplen negli
gentia prelatorum lib.vj.Sed ibi erat delictuꝫ ſiue negligentia.vt
ibi no.nec ibi negatur capitulum eo caſu poſſe ſupplere ſed ſolum
excludit archiepō ⁊ ſuperior cū quo non eſt aliqua communio.

5 Et idem dicendum eſt de preſtimonijs † et
preſtimonialib⁹ por
tionib⁹ q̄ ſunt bñficia eccl'aſtica ⁊ ppetua:vt cōcludit Oldr.conſ.
cxiij.quod īcipit:in eccleſia caragolitana. de quibus preſtimonijs
facit mentionem tex.in.c.ſi.de conceſſi preben.lib.vj.ad quod de
ciſio.in antiquis.cccij.que incipit:Papa facit gratiam. alias.ccc
xiij.Et idem credo in hoſpitalibus que conſueuerunt dari in titu
lum perpetui beneficij.Secus vero quando datur ad nutum,quia
tunc ceſſant rationes contrarie.hinc eſt quod hoſpitalia gaudent
priuilegio.xl.annorum ſicut eccleſie,ſic ⁊ alia priuilegia fauorabilia
conceſſa eccleſijs videnẗ conceſſa hoſpitalibus ⁊ pijs locis quia vi
dentur equiparati vt in.c.requiſiſti.de teſti.firmat Io.an.in.c.ij.de
in integ.reſti.lib.vj.Bar.in.l.omnia.C.de epiſ.⁊ cle.⁊ Abb.in.c.ac
cedentibus.de priuile.⁊ vide deciſio.in antiquis.xciij.que incipit,
Item vero qđ vbi aliquis tenet hoſpit.⁊ q̄ de plene habentur per
docto.in cle.quia contingit.de relig.domi.ad quod vide Pau.in
cle.quia regulares.de etate ⁊ quali.⁊ Domi.in.c.ſi.de elec.li.vj.Se
cus credo in eleemoſynaria gerundenſi ⁊ ſimilibus q̄ de proprie nō
ſunt beneficia vt patet in deci.in antiquis.deciſio.cccxcv.incipit,
quidam in ciuitate gerundinenſi.Et in ſabricis eccleſiaruꝫ.de quo
in cle.per literas.de preben.ſuper verbo,de zenodochijs.Et idem
in ſtipendijs de quibus per Butri.in conſilio.iij.quod incipit,In
nomine ieſu Chriſti ſuppoſita formalitati.Et in operaria de quo
per Calde.in ti.de conceſſio.prebē.conſilio.xix.Et idem in capella
nia de quibus per Butri.in conſilio.ij.qđ incipit,Suppoſita for
malitati.⁊ Ludoui.in extrauag.ſuſcepti.ſuper verbo eccleſijs.Et
6 vbi non † appareat an ſit hoſpitale vel beneficium preſumi debet
quod ſit hoſpitale in dubio vt gloſ.in dicta clementina.ſi de be
neficio.ſuper verbo,eccleſias.in fine.vel attendatur vltimus ſta
tus.argu.c.in conſultationibus.de iurepatrona.ſaltem decennio
preſcriptus.vt vult deciſio.in nouis.cccix.incipit.Item fuit dubi
tatum.ad quod vide que habentur in.c.cum de beneficio.de p̄bē.
lib.vj.Et quia poteſtas conferendi beneficia eſt iuriſdictionis vo
luntarie poſſunt beneficia conferri extra territorium, quinimo
etiam

Digitized by Google

etiam in curia Romana dũtamen ibi non vacauerint. iuxta not.
per Inno.in.c.quia diuerſitatem.de conceſ. preben. nota.in.c.no-
uit.de offi.lega.per.l.ij.de offi.proconſul.ad quod deciſio in anti-
quis.numero.ccc ij.incipit.Quidã Cardinalis.⁊.cccv.incipit. Nũ
quid vicarius.ad quod no.Joan and.in.c.ſi apoſtolica.de preben.
lib.vj.in nouella.quod nota.contra quoſdam exeuntes vrbẽ quan
do volunt conferre beneficia alibi vacantia.Si autẽ vacarent in cu
ria non poſſent conferri quia reſeruata.⁊ ita intelligitur.c.ſtatutũ.
de preben.lib.vj.ad quod vide Joan.and.in.c.poſt electionem.de
7 conceſ.preben.poſt Innocen.⁊ adde ad premiſſa qḋ † etiam vica-
rius poteſt conferre beneficia extra dioceſim quia eſt ordinarius.
vt nota.in dicta deciſio.cccv.capitulum tamen vel eius vicari⁹ nõ
poteſt exercere iuriſditionem extra dioceſim niſi prout nota.in cle
mentina quãuis.de foro competenti.

An autem collatio per vicarium capituli poſſit tũc fieri alte
ri ex canonicis.Bon.⁊ Joan.andr.videntur tenere ꝙ nõ in.c.j.de
inſtitu.⁊ in.c.per veſtras.de iurepatronatus.de quo plenius in re
gula in toto.de regu.iuris lib.vj.in mercuria. Quando autem co-
adiutor conferre poſſit beneficia.vide per Joan.mona.⁊ Archid.
in.c.j.de cleri.egrotan.lib.vj.⁊ melius per Joan.and.in.c.ſi.eodem
titu.⁊ Lap.⁊ Domi.in dicto.c.j.⁊ Oldra.in cõſilio.xlij. cuius etiã
opinio poteſt adduci in argumentum ad poteſtatem capituli ſede
vacante circa collationem beneficiorũ ⁊ circa plures alias difficul
tates ſicut ⁊ econtra poſſunt adduci omnes concluſiones hui⁹ tra
8 ctatus ad materiam coadiutorum.Et tene menti qḋ † prelat⁹ po-
teſt conferre beneficium alicui ſub conditione ſi aliud beneficiũ qḋ
obtinet renuntiet.ſm Hoſtien.in.c.ad audientiam.de reſcriptis.
⁊ Collecta.in.c.ſignificaſti.de elect. An autem poſſit conferre ſub
conditione ſi vacat habetur in.c.ſignificatum.de preben.Et ſi pa-
pa dicat volo ꝙ talis habeat eccleſiam quãdiu habitauerit cũ pre-
ſbytero ſi ſit in fauorem diaconi.habebit etiam mortuo presbyte-
ro ſm Vincẽ.⁊ Colle.in.c.propoſuit.de ſi.presby.

Et ſimiliter aduerte qḋ vacante eccleſia capi-
tulum ſuccedit in electio
ne dignitatum.⁊ qḋ talis electio regulariter ſpectat ad epm̃ ⁊ capi-
tulum:niſi aliter ſe habeat conſuetudo no.Joã.an.⁊ Bal.in.c.ſi.de
ſup.neg.prela.Et ſimiliter pondera qḋ habens gratiam ad benefi
cium ſpectans ad collationem capituli ⁊ epiſcopi communiter nõ
poteſt acceptare beneficium cuius collatio ſpectat ad epiſcopũ cũ
conſilio prout tenet deciſio. Rote in antiquis.deci.xxvj.⁊ Federi.
in conſilio.xxxviij.℄ Sed nunquid vbi de ſpeciali alicuius eccleſie
conſuetudine vel ſtatuto quod fieri poteſt etiam per collegium ec
cleſie collegiate etiam iure queſito epiſcopo, prout patet in deciſi.
nouis deciſio.clxiij.in fin.que incipit.Item de collatione prebẽda
rum.ad quod deciſ.in antiquis que incipit. An ad decanum.et
Lappus alleg.xxxj. que incipit, Prima concluſio. et Federi.in
conſilio.xxxiij. quod incipit. Queritur ad quem.et quod plene
per Jmol.in cap.cum eccleſia vulterana.de electio.et per Bel.in
deciſio.lxix.que incipit.Palatium complectitur hãc opinionem.
⁊ deciſio.xviij.incipit.Collationes prebendarum.vbi plene benefi
ciorum collatio ad aliquem cũ conſilio epiſcopi pertinet mortuo
epiſcopo vel eo in remotis agente poſſit is qui habet ſic conferre
vbi in breui non ſperatur ſucceſſor epiſcopus vel abſentis preſen-
tia veriſimiliter.Ad quẽ tunc pertinet talis collatio beneficiorum
poſſit illa conferre libere interim alio non expectato ⁊c.℄ Reſpõ
deo qḋ poterit per tex.in.c.j.in ſi.ne ſede vacante li.vj.⁊ hoc habet
pro claro Joan.and.in.d.c.j.de maio.⁊ obedien.co.lib.in nouella.
quia capitulũ vacante ſede non ſuccedit in hoc conſilio dando ꝙ
9 † non competit hoc epiſcopo de iure communi.ſimile quod habe
tur per eundem Joan.and.in.c.ſcriptum.de elect.ſuper gloſ. hoc
ideo.quia ſm Archi.epiſcopus hoc conſilium alteri cõmittere nõ
poſſet.cum induſtria epiſcopi in hoc videatur electa:⁊ ideo talis
cõſuetudo vel ſtatutum non dant alicui predicta niſi prout eſt poſ
ſeſſum ⁊ ſonant verba:tantum enim preſcriptum quantum poſſeſ
ſum et conſuetum.c.cum dilectus.de capel.mo.cum ſimi.⁊ ꝙ ſtatu
ta ſunt stricti iuris.l.iij.§. hec verba.ff.de nego. geſt.Et hoc idem
placuit Vin.in.c.bone.de elec.el.ij.Quod maxime verũ eſt ſm eũ
dem Vincen.⁊ Archidia.in.d.c.j.ne ſede vacante.lib.vj.⁊.c.penul.
de conſti.quando in ſtatuto de conſilio habendo precederet nega-
tiua.vt.ſ.non poſſit fieri ſine conſilio epiſcopi ⁊c.allegãt.ff.de exer
cito.l.j.§.ſi plures.⁊ no.ff.co.ti.l.ſed ⁊ ſi pupillus. §.cõditio.⁊ que
habentur in.c.venerabili.de offi.deleg.⁊ in.c.j.de foro compe.

10 Et licet conſilium quandoqꝫ † ſumat
p cõſen-
ſu vt ibi tamen credit Jo.an.ꝙ text.in.d.c.j.ne ſede vacãte.lib.vj.
locũ non haberet vbi conſuetudo vel ſtatutum requirerent cõſen-
ſum epiſcopi quia non ſic habet alius elector liberam poteſtatem
qñ habet eligere de conſenſu ſicut quãdo de conſilio. Subdit ta-
men ꝙ tunc non curreret ſibi tempus conſilij propter impedimen
tum.per.c.quia diuerſitatem.de conceſ.preben.⁊.c.ſi.de elec.Et ꝙ
tunc abſentia non poteſt poni pro contradictione:ſicut in requiſi
tione conſilij.iuxta no.in.c.ij.de arbi.lib.vj.vt notat glo.in dicto.c.
j.ne ſede vacante.eodem lib.⁊ Joan.an.in.c.ſi propter.eodem lib.
Et idem dico ſi cõſuetudo vel ſtatutum diſponeret alternatiue de
eligendo cum conſilio vel conſenſu per ea que ſupra dicta ſunt.Et
idem etiam ſi diſponeret de nominatione vel preſentatione eadẽ
ratione de qua ibidem in tex.in ſi.Non ſic in conſenſu vel alia com-
munione, quia ceſſat ratio vnionis ⁊ coniugij que eſt inter epiſco-
pum ⁊ capitulum de qua ſupra.℄ Ubi autem ille conſenſus preſta
ri deberet ab epiſcopo ſolum ratione iuriſditionis epiſcopalis tũc
11 credo † capitulũ cathedralis eccleſie ſuccedere in eo preſtãdo.exem
plum in conceſſione decimarum.de qua in.c.ſi.de decimis ⁊ iurepa
tronatus.de quo in.c.quod aũt.⁊.c.illud.⁊.c.nullus.de iurepatro-
na.Et ibi non ſuccederet eius tamen ratihabitio poſtea ſubſecuta
validaret actum:vt infra.c.cura ⁊.c.ſuggeſtum.eodem tit.c.cũ vos
de his que ſiunt a prela.c.paſtoralis.de dona.xvj q.j.c.ſi.⁊ no.etiã
in.c.cũ cõſuetudinis.de conſue.licet ſecus ſit in.c.illud.§.illud.de
cler.excom.mi.cum ſimi.in quibus patet ratio diuerſitatis. Et an
iſta differant inter ſe de cõſilio vel cũ conſilio vel ex cõſilio. vide ple
ne in regula nullus ex conſilio.de reg.iur.in mercu.⁊ per Fede.con
ſilio.ccii j.incipit.Vicarius domini epiſcopi ⁊c.⁊ no.in dicto.c.ne
pro defectu.⁊.c.cum in veteri.de elec.⁊.c.cum olim.de arbi.⁊ Bart.
in.l.j.§.ſi plures.ff.de exercito.⁊ Joan.and.in ſumma.x.q.⁊ But.
ſuper rubrica ne ſede vacante.

Summarium.

1 ☞ Reſignationes an poſſit admittere capitulum ſede vacãte,et
autorizare permutationes beneficiorum.
2 Coniunctio in proprijs maior eſt ꝙ̃ in deuolutis.
Collatio proprie non eſt de iuriſditione epiſcopali.
3 Epiſcopo negligenti vel peccanti nunquid ſuccedat capitulũ in
deuolutis ad ipſum.
Deuolutio quid ſit.
4 Capitulũ eccleſie metropolitane vacantis an prouideat de epiſco
patu per negligentiam deuoluto.
5 Epiſcopo quedã deuoluũtur iure accidentali. 6.
Poteſtas conferendi deuoluitur ad capitulum epiſcopo viuente
propter negligentiam epiſcopi.
7 Epi Eboracẽ.et Cantuariẽ.ſunt nati legati.
8 Capitulum an ſupplicat negligentiam epiſcopi.
9 Superior ſuppſitus an quis poſſit eſſe.
10 Prouiſus per capitulum an habeatur pro confirmato.
11 Reſignationem beneficij ſpectantis ad inſtitutionẽ epi defuncti
recipere an poſſit capitulum ſede vacante.
12 Collatio quorũdam beneficiorum ſimul pertinet ad epiſcopum et
capitulum.
13 Admiſſio eſt inſtitutionis preambula.
14 Juriſditionis voluntarie que ſunt an poſſit facere capitulum ſede
vacante.
15 Reſignationem et factum capituli videtur approbare quis tacen
do et permittendo alium inſtitui.
16 Beneficiũ an dicatur vacare in loco vbi eſt facta reſignatio.
17 Volentibus adinuicem permutare beneficia an capitulum ſede va
cante poſſit conſentire.
18 Capitulum quo caſu poſſit conferre,eligere ⁊ preſentare.
19 Beneficiatos priuare capitulum ſede vacante tanꝙ̃ vice gerẽs epi
ſcopi an poſſit.
20 Permutare non poteſt non promotus vltimo die anni.
21 Permutatio de beneficio iurepatro.laicorũ facta in curia romana
non valet, niſi de patronatu fiat mentio.

℄ Secunda queſtio ſecunde partis principalis.

℄ Capitulum ſede vacante an poſſit admittere reſignationes et
autorizare permutationes beneficiorum.

SEcundo quero an capitu
1 lum ſede † vacãte poſſit cõferre beneficia ad diſpo
ſitionẽ epi deuoluta per negligentiã vel culpã alio
rũ inferior collatorũ ad quos pertinebat collatio
de iuris cõſuetudine vel aliter.reſpondeo ꝙ Joã.
mona.in.c.quãꝙ̃.de electio.li.vj.dixit tenendũ eſſe qḋ habet in.c.
j.ne ſede vacante lib.vj.Et licet illud loquat̃ qñ ſimpliciter ſpectat
prouiſio in hoc caſu pertinere pro ea vice tantũ. Et tamẽ eadẽ ra-
tio principalis ⁊ additamenti.de reg.iur.acceſſorium.c.cũ olim.de
conſuetu.l.inter ſocerum.§.cum inter.de pactis do.Similiter Ar
chidia intelligit dictum.c.j.locũ habere in beneficijs que pertinẽt
ad collationẽ epiſcopi ſuo iure tantũ ⁊ non deuoluto ex culpa aut
negligentia inferiorum:quia tunc deuolueret̃ poteſtas ad ſuperio

2 rem.c.ne pro defectu.de elec.quia maior eſt† cõiunctio in proprijs
ꝙ in deuolutis per ea que habentur in.c.requiſiti.§.ſecus.de teſt.
⁊ quod habetur per Inno.⁊ alios in.c.cũ in cunctis.de electio.ſup
vltima gloſ.ſed Joan.and.in.d.c.quãꝙ.dicit ſibi videri contrariũ
arguendo:quia ratio quare non confert capitulũ ſede vacante be
neficia ſpectantia ad collationem epiſcopi eſt,quia collatio non eſt
de iuriſditione epiſcopali proprie.multi enim non epiſcopi benefi
cia conferunt ⁊ aliqui epiſcopi ſunt qui nulla cõferunt,ſicut ⁊ feu
dales caſus cognoſcere ⁊ inueſtire feuda.vt ſcripſit in.c.verum.de
foro competen.ſuper.j.gloſ.

Confirmare autem electos vel inſtitue re j ſeccta-
tos ſunt proprie iuriſditionis epiſcopalis.⁊ ideo bene tranſeũt in
capitulũ ſe.vacan.c.cum olim.de maio.⁊ obedien.c.j.de inſtitu.lib.
vj.cum ergo deuoluta conferre ſit proprie iuriſditionis videtur ꝙ
illa cõferre poſſit capitulum ſe.vacan.Nec mirum ꝙ alterius iuriſ-
ditionis ſint beneficia deuoluta vt nota.in clemẽ.ſi de beneficio de
preben.in glo.antepenul.⁊ no.idem Joan.an.in.c.ſi.ij.reſpõſo de
conſuetu.lib.vj.⁊ in.c.penul.de offic.leg.eo.lib.ſuper verbo,prela-
3 tionis.quia eſt caſus aduentitius.† Item in deuolutis ad epiſco-
pum non ſuccedit capitulũ epiſcopo negligenti vel peccanti. In
his autem que proprio iure confert ſuccedit:vt ſcripſit idem Joã.
and.in.d.c.cum in cunctis.ſuper vltima glo.⁊ in.d.c.j.ne ſede vacã
te.lib.vj.Et ſimile qđ allegat Joan.mona.facit pro hac parte.de-
uolutio enim eſt additamentũ ad iuriſditionem non ad collationẽ
vt patet in epiſcopo qui non haberet aliquod beneficium cõferre.
Sed in iuriſditione ſuccedit capitulũ.c.his que.⁊.c.cũ olim.de ma
io.⁊ obedien.⁊.c.ad abolendam.de hereti.ergo ⁊c. Et ſubdit qđ in
hoc dubio ⁊ ſimilibus procedit qđ dixit in clemẽ.prima de hereti.
licet per Joan.mona.faciat clemen.ſtatutũ.de ele.que tamẽ facit
contra rationem ipſius,cum ibi nõ ſit eadem ratio principalis ⁊ ac
ceſſoriũ.⁊ ſimiliter dicta clemẽ.ſi de beneficio.vbi ſi impetraſ ad col-
lationem epiſcopi executor prouidet de proprio vel de deuoluto.
⁊ in hoc per Jo.mona.ſed ſi tranſiuit ad manus pape ſec⁹,⁊ in hoc
contra eũ.Collectarius autem in.d.c.cum olim.dicit non eſſe tutũ
tenere opinio.Jo.mona.quia ſic etiã de alijs beneficijs dici poſſet.

Et licet aliquibus diſpliceat ſecunda opinio
4 qꝛ per eã inferreſ qđ† capitulũ eccleſie metropolitane vacantis p
uideret de epatu per negligentiã deuoluto.hoc tamẽ non videtur
abſurdum ipſi Joã.an.attento qđ citius expedireſ eccleſia ⁊ quã eſt
integrum iudiciũ qđ plurimorum ⁊c.c.prudentiam.de offi.deleg.
facit quod not.in.c.penul.de appella.lib.vj.qđ etiam ſequitur in
d.c.illa.confirmando eã noua ratione.Opinio Jo.mona.videtur
fuiſſe de mente Bald.in dicto.c.cũ olim.dum dixit ꝙ potuit illis
papa reſtituere ius eligendi ſine preiudicio alicuiꝰ:qꝛ poteſtas erat
deuoluta ad archiepm Exoñ.⁊ ſede tunc vacante ⁊ ſic nõ preiudica
bat capitulo:⁊ ſic dicit ibi Abb.tranſire docto.quod dicit etiã ſibi
plus placere propter idẽptitatem rationis ex quo datur regula ne
gatiua in collatione ⁊ qđ reſtrictio huiuſmodi regule quã facit Jo.
an.non placet.⁊ hoc etiam videſ tenere Rota concluſio.cccxj.vt re
fert Mil.in repertorio pro ⁊ ecõtra videtur facere quod dictũ eſt
ſ.in.q.de iuriſditiõe generaliter a iure delegata.⁊ qđ diſputat Jo.
an.in ſimili de vicario epiſcopi in addi.Specu.de offi.vica.ſup ru-
brica.idem tamen Abb.in.d.c.cum in cunctis.de elect.videtur in
hoc dicere ſibi ſatis placere opinio.Jo.an.Ueruntamẽ Ant.de bu.
in.d.c.cum in cunctis in ſi.videtur reducere opiniones ad concor-
diam velle ⁊ conari certo modo per quẽ videſ in propoſita queſtio
5 ne firmare opinio.Jo.diſtinguẽdo ſic.nã† quedã ſunt que deuol
uunſ ad epiſcopum iure accidentali cũ quibus tribuitur noua iu-
riſditio vt in feudalibus,⁊ in his nõ ſuccedit capitulum ſede vacã-
te.iuxta ea que habentur in.d.c.verum.

Quedam vero ſunt que deuoluuntur iure nõ accidentali cũ quibus non
tribuitur noua iuriſditio,ſed propter generalẽ iuriſditionẽ quam
habet epiſcopus a iure legis dioceſane adeo epiſcopus illa exercet
⁊ in his ſuccedit capitulum. Sicut eſt quando ſubditus negligit
conferre beneficia,epiſcopus ſupplet per naturalem et generalem
iuriſditionem quam habet,⁊ in tali ſuccedit capitlũ ſede vacante.p
c.his que.de maio.⁊ obedien.⁊ in hoc membro diſtinctionis videſ
approbare opinio.Jo.and.Sed quando ſedes nõ vacat ⁊ epiſco-
pus negligit vel male confert:⁊ tunc ad capitulum non deuoluiſ
hec poteſtas,cum hec cauſa immediata propter quã ſit deuolutio
eſt negligentia vel delictũ epiſcopi:qꝛ in iſtũ capitulũ non hꝫ con-
nexitatem vel cõmunionẽ cũ epiſcopo.Sed in deuoluto ſede vacã-
6 te ſic,cum illud epõ† conferat ratione generalis iuriſditionis epi-
ſcopalis in qua capitulum ſuccedit ſede vacante,⁊ ideo illa cõfert.
⁊ ita procedit dictũ Jo.and.ſin eum.cuꝫ qua diſtinctione videtur
tranſire Domi.in.d.c.quãꝙ.⁊ vide Bel.in deciſio.cccc xvj. Sꝫ in
hoc tertio mẽbro nõ credo eos bene dicere:quoniã per negligẽtiã
epiſcopi deuoluiſ poteſtas ꝯferendi etiã epõ viuente ad capitulũ.

vt in.c.nullus.in ſi.⁊.c.qꝛ diuerſitatem.de conceſ.preben.⁊ tunc capi
tulum confert vt capitulum ⁊ non vt adminiſtrator epi,excepto ca
ſu capituli.j.ij.reſponſo.ne ſede vacante.li.vj. ¶ Unde ad pleniо
rem notitiam premiſſorum ſubijcio aliam queſtionem.

7 **Quero an epiſcopus** †Eboraceñ.⁊ Cantua-
riẽñ.qui ſunt legati na
ti.vt in.c.j.de offi.lega.habeant duo ſemeſtria ad cõferendũ bene
ficia ad ipſos per negligentiã inferiorũ prelatorum vel ſui capituli
deuoluta:puta capitulũ ſuum neglexit aliquod beneficiũ ſpectãs
dũtaxat ad eorũ collationem vel preſentationẽ infra ſex mẽſes:⁊ ſic
deuoluebatur collatio ad archiepiſcopũ eorũ immediate ſuperio
rem per.c.nulla.de conceſſio.preben.qui etiã fuit negligens in cõ
ferendo per alios ſex menſes.⁊ ſic videbatur per huiuſmodi negli-
gentiam quam fecit vt archiepiſcopus qđ eſſet deuoluta collatio
ad ipſum tanꝙ ad legatum.per.c.poſtulaſti.de conceſſio.preben.⁊
ca.a collatione.de appella.lib.vj.⁊ ſic debet habere aliud ſemeſtre.
Rota deciſio.cccviij.in nouis incipit.Item fuit dubitatum vtrũ
archiepũs cõcludit qđ non:qꝛ legatus etiam de latere poſſet concur
rere cum ordinario in conferendo beneficia vacantia ad collationẽ
epiſcopi ſpectantia iure proprio.de offi.lega.c.j.ij.⁊ aij.lib.vj.tamẽ
nuſquam reperitur iure cautum ꝙ concurrat vel ſuccedat in bene
ficijs ad epiſcopum ſpectantibus iure deuoluto. In quibus etiam
8 dicit quã† capitulũ non ſupplet negligentiã epiſcopi prout dedu
cit Inno.in.c.cum maritus.de elec.ſuper verbo,per capitulũ. quã
glo.recitat ⁊ approbat in.c.j.ne ſede va.lib.vj.ſuper verbo,intro-
mittere.⁊ Jo.and.in nouella.in.c.quãꝙ eo.tit pro quo inducit.c.
licet.de ſupplen.neglig.prela.vbi papa reputabat collationem ar-
chidiaconatus in eccleſia Eboraceñ.ad ſe deuolutã propter duo ſe
meſtria lapſa,puta anno quia archiepũs Eboraceñ.non hꝫ aliũ ſu-
periorem:puta patriarcham vel primatem quam papam vt ibi di
citur.tamen ille archiepiſcopus eſt legatus natus:vt probatur in
dicto.c.j.de offi.legati.

Si igitur fuiſſet deuoluta collatio ad ipſum tanꝙ legatũ,papa dediſſet ſibi ad hunc
ſemeſtre anteꝙ de collatione illius archidiaconatus ſe intromiſiſ
ſet quod nõ fecit vt ibi apparet,licet legatus natus ſit ſuperior p
reſpectũ ad alios infra legationẽ ſuam exiſtentes vt ad eum poſſint
appellari a diri ſuper ſimplicem querelam:vt in.d.c.j tamẽ non cre
9 dit compilator qđ † ſit ſuperior ſuꝑphus vt archiepiſcopi.argu.in
c.romana.de appella.⁊ in.c.ij.de appella.li.vj.ad.c.poſtulaſti. ⁊ ad
c.a collatione.reſpondetur ꝙ vt ſolus non proceſſit ſed cũ alijs,et
ideo a collatione ⁊ grauaminibus non tantũ ipſius ſolius:ſed etiã
aliorũ quorũ erat immediate ſuperior põt appellari vt de facto ip
ſorum ⁊ de ſuo tanquã minime partis:vt epiſcopus poterit cogno
ſcere.ſecus vbi ſolus neglexit vel deliquit.Bel.autẽ cõcluſione.cccc-
xvj.incipit,Quando epiſcopus plura circa hãc deuolutionẽ con
cludit de quibus multũ dubito maxime in confirmatione ⁊ in inſti
tutione circa quas ſatis mihi placet ratio domini Nicolai quã ibi
ponit.Et ſi bene attenduntur verba Inno.in.d.c.cum in cunctis.
vult qđ ſaltem eo caſu quo archiepiſcopus vel epiſcopus deliquit
confirmando ſcienter electũ per ſciẽter eligẽtes indignũ:poteſtas
deuoluitur ad capitulum.per dictũ.c.cũ in cunctis.in fine. qđ non
patitur reſponſionem Hoſti.videlicet ꝙ ibi epiſcopus cõſenſerit
fieri electionem de indigno intereſſendo vt canonicus per ea que
dicta ſunt in deciſio.Rote.⁊ hoc caſu prouiſus per capitulũ habe
10 tur † pro confirmato:ſicut ſi epiſcopus prouidiſſet de eo quicquid
dicat Hoſti.per ea que habentur in.c.cum inter canonicos.in ſi.de
elec.Et propterea in tanta varietate docto.non videtur mihi qđ
in tota hac materia ſit aliquis articulus qui tantum indigeret de-
claratione ſicut iſte.

Et adde quod Abbate vel prelato ſeculari vel regu lari eccleſie negligentibus cõferre be
neficium non deuoluitur facultas ad conuentũ vel capitulũ ſuũ
ſꝫ ad ſuperiorẽ.p cle.qꝛ regulares.de ſupplẽ.negli.pla.vt vult deci.
Jo.q incipit,Nunquid ⁊c.eo.ti.ꝗ reſtringit.c.cũ in cũctis.i ſi.de elec.
⁊.c.ſi.de prebẽ.in eccleſijs cathedralibꝰ.arg.iũ.q.ix.ſcim⁹.ad qđ de-
ciſ.is antiqs.cccxxxiij.incipit,Nũqd Abb.Et tene mẽti ꝙ Bol.in
c.ne p defectu.de electio.dicit ꝙ ſi epũs ad quẽ eſt facta deuolutio
electionis abbatis ꝑpter negligentiã capituli monaſterij morit ur
eius poteſtas non deuoluiſ ad ſuũ capitulũ:quia hoc ius non cõ-
petit epiſcopo naturaliter ſed accidẽtaliter ⁊ preter naturam,⁊ in
talibus capitulum eccleſie vacantis non ſupplet vices epiſcopi.al-
legat.c.j.ne ſede vacan.lib.vj.Alia queſtio.

11 **Quero** an capl̃m ſede † vacãte poſſit recipere ⁊ admittere reſignationẽ ſimplicẽ i manibꝰ eoꝝ factã alicuiꝰ bñ-
ficiũ ſpectãtis ad inſtõnẽ epi defuncti vel collationẽ ſeu aliã quã ta-
lis diſpoſitionẽ.Reſpõdeo ꝙ maior pars dñoꝝ de rota deci.cccvj.
incipit,Itẽ fuit dubitatũ.inclinauit in partẽ affirmatiuã videlicet
qđ capitulũ ſede vacãte poſſit recipere reſignationẽ beneficij ſpe-
ctãtis ad inſtõnẽ epi defuncti:qꝛ hoc eſt iuriſditionis cũ i manibꝰ il
liꝰ faciẽda ſit reſignatio bñficioꝝ ad quẽ ptinet iſtitutio: deſtitutio

et non

⁊ non in manibus collatoris. prout legitur ⁊ notatur in. c. admonet
⁊. c. quod in dubijs. de renun. vbi dicit Inno. renuntiationē facien
dam in manibus illius qui ipſum inuitum poſſit deſtituere. cū igit̄
capitulum poſſit ſede vacante priuare quem beneficio ſuo propter
crimen vel aliam cauſam legitimā, ergo ⁊ reſignationem ipſius reci
pere, preſertim ex cauſis legitimis. de quibus in. c. niſi cum pridem
de renun. quemadmodū reſignationem ex cauſa permutationis fa
ctam in manibus eorum ſede vacan de beneficio ad tertium et non
ad epiſcopum ſpectante admittere poteſt huiuſmodi permutatio
12 nem autorizare, qđ procedit in beneficijs † quorum collatio ad epi
ſcopum ⁊ capitulum ſimul pertinet. prout legitur ⁊ not. per Joā.
and. in cle. j. de rerum permu. ⁊ per hoc ceſſat opinio ⁊ nō videt̄ vera
illorum antiquorum doc. ſcʒ Jo. ⁊ Lau. de qua. lxxj. diſt. c. fraterni
tatem. vcʒ ꝙ capitulū ſede vac. nō poſſit dare licentiā trāſeundi cle
rico de vna eccleſia ad aliam.

Preterea cum ad inſtituentem nō ad conferentē beneficium pertineat huiuſmo
di reſignationis admiſſio, vt ſupra deductū eſt, ⁊ in hoc caſu nō ad
collationem ſed ad inſtitutionē epiſcopi pertineat beneficium de
cuius reſignatione agitur, quam inſtitutionem poteſt facere epiſco
pus ſede vacan. vt in. c. j. de inſtitutio. lib. vj. ergo ⁊ acceſſorium eius
quod ad inſtitutionē ſpectat. de regu. iur. in acceſſorium. ⁊. c. cum ma
iun. ⁊ not. d. c. j. non ſolum permittere inſtitutionē preſentati, ſed ēt
13 † admiſſionem que eſt ipſius inſtitutionis preambula. ſiue ergo di
catur reſignatio preambula ſiue acceſſoria credēdū eſt quod ex quo
conceditur inſtitutio, ergo ⁊ reſignationis admiſſio per quaʒ deue
nitur ad illam. l. oratio. de ſponſa. c. cum inter. de excep. cum ſimil.
quod ſimpliciter Jo. de imol. in clemen. j. de rerum permuta. Lap.
tamen in additione ad tractatum Fede. de permuta. beneficiorum
in. xxxvj. q. videtur velle quod ſi gratioſe fiat reſignationis receptio
nō poterit eam facere capitulum ſede vac. ſi vero fiat in reſignantis
penam, tunc poſſe facere per. d. §. ceterum. in extrauagan. execra
bilis. concludendum ergo eſt ex premiſſis qđ capitulum ſede vacā.
poteſt admittere reſignationes beneficiorum ſpectantium ad inſti
tutionem epiſcopi defuncti. Item ſpectantium ad collationeʒ vel
receptionem cōmunem epiſcopi ⁊ capituli vel ad collationē capitu
li cum conſenſu epiſcopi quod eſt idem. Item etiā ſpectantium ad
collationem tertij licet cum conſilio epiſcopi. ⁊ tam ſi reſignatio fiat
ſimpliciter quam ſi fiat ex cauſa permutationis, licet etiaʒ ratio de
ciſionis videatur gňaliter cōcludere. idem in omni alia reſignatio
ne. quod mihi videtur poſſe concludi per rationes Fede. adductas
14 in. q. de poteſtate diſpenſandi. vbi patet qđ † capitulū ſede vac. po
teſt facere etiam ea que ſunt iuriſdictionis voluntarie tantum.

Similiter ceſſat illud qđ dicit̄ de alienatione perſone pē aď ſupra dicta ſunt in. q.
de poteſtate dandi literas dimiſſorias transeuntibus ⁊c. ſm Joā.
and. ⁊ Jo. mo. ⁊ quia capitulum ſede vac. pōt priuare quē beneficijs
ſuis ⁊c. Et pro hac opi. videtur bň facere text. hodie in extraua. exe
crabilis. in. §. ceterū. vbi glo. not. hic eſſe propter adminiſtrationeʒ
in qua ſuccedit capitulum ſede vac. Subdit etiam cōpilator dicte
deciſionis ꝙ ſi reſignatio ſe. vac. fiat coram capitulo ⁊ capitulum ta
ceat ⁊ nō expreſſe admittat. ⁊ nihilominus patronus preſentat ⁊ ca
pitulum admittit ⁊ inſtituit preſentatum, ꝙ credit inſtitutionem
valere: quia inſtituendo videt̄ tacite renuntiationē admiſiſſe. p no
tata in. c. ex ore. de his que fiunt a prela. Item qꝛ ex quo ille reſigna
uit beneficium ſuū in manibus illius qui potuit illū inuitū reſtitue
re: per id nedū perdidit poſſeſſionē ſed etiā titulū ⁊ proprietatē per
not. per Inno. in dictis. c. admonet. ⁊. c. quod in dubijs. de renun. ⁊
c. ſuper hoc. eo. titu.

15 Item quia † tacendo ⁊ permittendo aliuʒ inſtitui videtur ſuam reſignationē ⁊ factū capituli approbare per not.
per Hoſti. in. d. c. ex ore. ⁊ per Archi. in. c. ſi ſeruus. liiij. diſt. faciunt
not. in. c. j. de conceſſio. preben. ⁊ in. c. cōtingit. de do. ⁊ cōtuma. et in
c. trāſmiſſam. de elec. Et licet capitulū ſede vac. poſſit cōmittere al
teri receptionē reſignationis beneficiorū. ſpecialiter tñ cōmittēdo
per hec verba damus tali poteſtatem cōferendi tale beneficium vel
quodcunqꝫ beneficiū cū vacabit per reſignationē ꝙ per hoc non vi
detur illi data poteſtas admittēdi reſignationem. vt vult deciſio in
antiquis. cl. incipit, vtrū ſi epo. bene facit deciſ. cxl. incipit, ordina
rius ⁊c. ⁊ Calde. in cōſi. iij. incipit, An renūtiatio, ſub rubrica de re
nuntia. ⁊ Lap. in allegatione. xiiij. in ſi. qui alleg. Jo. cal. ⁊ ſic dicit ſe
16 obtinuiſſe per. c. cū ex iniuncto. de here. Et an beneficiū † dicat̄ va
care in loco vbi eſt facta reſignatio, vel vbi eſt ille qui beneficiū tenet
vide Archid. in. c. ſi electio. ſuper verbo, ex eo. de electio. libro. vj. ⁊
in. c. commiſſa. ſuper verbo, pacifica. eodem titu. ⁊ l. ⁊. c. licet in ma
gna. de prebē. per Jo. and. in nouella. ⁊ in clemē. ſi duobus. vt li. pē.
Similiter de priuato beneficio quod obtinet. vide deci. in antiqu.
xcix. incipit. Item not. qđ vbi aliquis. Et adde ꝙ nō poterunt ad
mittere reſignationes exemptorū ſm Cald. in conſi. iij. ſub rubr. de
renun. ⁊ nota. in. c. cum venerabilis. de conſue. ⁊ vide per Joā. and.
in. c. dilectus. eo. ti. ⁊ de elec. c. ꝙ ꝙ. lib. vj. Et qđ patronus laicus nō
debet vocari quando preſentatus per eum ⁊ poſtea per epiſcopum
inſtitutus vult renuntiare beneficio, quia iura de renuntiatione lo
quentia loquantur tantum de epiſcopo vel prelato habente inſti
tuere. dicto. c. admonet. ⁊. c. quod in dubijs. de renunt. non ergo eſt
neceſſarium eum vocare. cum hoc nos reperiatur iure cautum ſecū
dum Calderin. in conſilio. vj. ſub rubrica de renuntia. quod incipit,
An patronus.

17 Quero ſubſequenter † an capitulū ſede vacā te poſſit volentibus ad
inuicem permutare beneficia conſentire ⁊ eorum renuntiationem
ex cauſa huiuſmodi permutationis admittere illiſqꝫ autoritatem
preſtare ſicut poſſet prelatus viuens.
¶ Reſpondeo ꝙ Joan and. putat quod ſic in clemen. j. de rerum
permu. cuʒ hoc ſit iuriſditionis epiſcopalis in qua ſuccedit capitu
lum. c. hiis que. ⁊. c. cum olim. de maior. ⁊ obedien. ⁊ eod. titu. c. j. lib.
vj. cum concordan. Hoc tamen verum eſſe dicit, niſi beneficia illa vel
alterum ipſorum ſpectarent ad collationē epiſcopi ſolius ſine capi
tulo: quia cum in talium beneficiorum collatione nō ſuccedat capi
tulum. ergo nec in conſenſu quem habet neceſſe preſtare collator.
Et idem ſi habet eligere vel preſentare de quo in. c. ij. ne ſede vacan.
⁊ ne vna via concedatur quod altera prohibetur. de reg. iur. cuʒ qđ
lib. vj. Si vero vna cum capitulo haberet prelatus facere predicta
18 cum † capitulum eo caſu poſſit conferre, eligere ⁊ preſentare. c. j. ne
ſede vacante. lib. vj. ergo poterit vt capitulū cōſentire ⁊ vt prelatus
autorizare ſm eum ibidem. pro hoc alleg. Joan. de imo. ibidē. c. cuʒ
inter vniuerſas. de elec. ⁊. l. ſi pater. §. qui duos. ff. de adop. Et idē ſi
beneficia ad collationem tertij ſpectarēt: quia cuʒ talis autorizatio
ſit iuriſditionis, pertinet ad capitulum ⁊ ad eum deuoluitur ſcōm
Pau. ⁊ Pet. de ancha. in clemē. j. de here. Quod an poſſit electus
confirmatus. not. Hoſtiē. in. c. accedentibus. de exceſſib. prelatorū
⁊ idem videtur ſentire Abb. in. c. cum olim. de maio. ⁊ obedien. Et
idem Feder. in tractatu permu. q. xxvi. Sed amplius hoc firmat in
q. xxxvj. dicens quod etiam bñficia ſpectantia ad collationeʒ ſolius
epiſcopi ſi in manibus eius renuntietur poteſt cum permutātibus
19 conferre: quia † capitulum ſede vacante tanꝙ vice gerēs epiſcopi
poteſt bñficiatos priuare: ⁊ per conſeqnēs renuntiationē beneficio
rum recipere. ⁊ quia ſuper his poteſt ſtatutum facere. Et ideʒ dicit
domi. in quadam ſua additione ibidē. Adde not. per Archid. lviij.
diſt. c. j. ⁊ Hoſtiē. in ſumma de rerum permu. §. quis poteſt. ver. ⁊ nū
quid. vide eundē Archidia. xvj. q. j. eccleſia. ſuper verſi. ⁊ ſic capitu
lum. ⁊ lxiij. diſt. c. literas. in addi. dicunt quidam Inno. tamē in. d.
c. cum olim. videtur ſentire contrarium: quia recipere reſignationē
eſt gratioſum ⁊ ſpale. c. admonet. de renun. de quo ibidem Bal. re
mittit ad Jo. an. in. c. ij. de filijs preſby. quia ea que ſunt gratie ⁊ di
ſpenſationis nō deuoluuntur. Et quia iſta queſtio depēdet a que
ſtione precedēti. Ideo dico in ea concludēdū pro eius veritate ſicut
in ſuperiori queſtione concluſum eſt. Dicit tamen Collecta. in. d. c.
cū olim. ſe credere qđ reſignationi ex cā permutationis recipere nō
poſſit cū ibi ſit neceſſaria diſpēſatio. per. c. queſitū. de rerū permu. ⁊
qđ ſimpliciter loquendo ſecurius eſt ſtare cū Jo. and. in nouella. in
c. ij. de filiis preſby.

20 Adde quod nō promotus † vltimo die anni de quo in. c. licet canon. ⁊. c. cōmiſſa. lib. vj. de elec. non pōt permutare,
ſm Jo. and. in queſtione per eum diſputata in regula mora. lib. vj.
¶ Item ꝙ ſi priuatus per. c. licet canon. obtinuit habilitatē ⁊ gra
tiam de nouiter faciēda prouiſione ſic ꝙ antea dimitteret eccleſiam
⁊ qđ intra annū a data gratie ſe faceret promoueri ad ſacerdotium,
caſu quo ei fieret prouiſio currit annus cū repetitione pene dicti. c.
licet canon. a data literarum ſicut in. c. cum ex eo. eo. tit. vide Belē.
deciſio. clxxviij. que incipit, non promotus. ¶ Adde etiam quod
bñficia reſignata ex cauſa permutationis in curia romana: in mani
bus epiſcopi ibidē agentis etiā non alias gňaliter reſeruata ſolum
papa conferre poteſt ⁊ non alius ſm Federi. in tractatu permu. vbi
vide multa circa hec. ⁊ adde deci. in nouis. nu. xxx, que incipit. Itē
fuit dubitatum vtrum beneficia ⁊c.

21 Adde etiam ꝙ non valet † permutatio de bñficio iurepatro. laicorum facta in curia romana niſi de patronatu fiat
mentio ve vult Lap. alleg. xcvj. que incipit: bñficia. ⁊ ſic dicit ſe vidiſ
ſe obſeruari tēpore Grego. xj. in eccleſia ſancti Romuli Florētie ſu
per qua etiam nunc pendet cā coram me in ſecunda inſtantia. circa
quod vide deciſio. numero. cxxvij. in antiquis. que incipit. an ſub
conſtitutione execrabilis. etiam ſi pars pro cauſe derogaret iuripa
tronatus laicorum quia per hoc non faceret bñficium reſeruatum
a iure in preiudicium precedentis preſentationis facte per patro
num. ⁊ inſtitutionis facte de alio per ordinarium: ⁊ ita cōſuluit ma
ior pars dominorū tēpore meo ⁊ ſic obtentum fuit in Rota.

Summarium.

1 ☞ Beneficia cōmendare vel adinuicem vnire, vel vnita dimem
brare an poſſit capitulum ſede vacante.

2 Verbum intromittere generalius eſt quam verbum prouidere et diſponere.
3 Deuolutio quando ad ſuperiorem fieri non poſſit.
4 Beneficia ſpectantia ad collationem pape an poſſit capitulũ ſede vacante commendare. 5.
6 Beneficia non debent dari ad tempus ſed in perpetuum.
7 Verbum intromittere quomodo exponatur.
Commenda quid ſit. Item ꝛ titulus. 8.
9 Beneficium non deſinit vacare per commendam.
10 Titulus cõmende non dat ius in beneficio. 11.
12 Commenda ꝛ ſequeſtrum equiparantur.
13 Eccleſia commendata ꝛ ſi de iure vacet an dicatur vacare de facto.
14 Commendatarius an poſſit preſentare clericum ordinandum ad titulum eccleſie.
Eligere ꝛ conferre beneficia. eſt fructus iuris eligendi.
15 Vacare an dicatur beneficiũ per mortem cõmendatarij.
16 Reſcriptum impetratum contra commendatarium an valeat.
17 Plura beneficia ſimul inuicem vnire an poſſit capitulum ſede vacante.
18 Titulus ſupprimitur per vnionem.
19 Solennitas omnis requiſita in alienatione rei eccleſie, requiritur etiam in dimembratione alicuius eccleſie vel bonorum ſuorum.
20 Unio quot modis fieri poſſit.
21 Unio eſt ſpecies alienationis.
22 Tractatus in vnione non requiritur.

¶ Queſtio. iij. Secunde partis principalis.

¶ Capitulum ſede vacãte an poſſit beneficia cõmendare vel adinuicem vnire: vel vnita dimembrare.

TErtio quero an capitulũ
1 ſede vacãte † poſſit beneficia cõmendare ad ſolius
epi collationẽ pertinẽtia ſicut potuiſſet epiſcopus
defunctus. Reſpondeo ſm Alet. ꝛ Uincen. quos
referunt ꝛ ſequuntur Archi. xxiiij. diſt. c. preſbyteri. ꝛ Jo. an. ꝛ alij. c. ij. ne ſede vacãte. ꝛ in. c. j. ne ſede vacan. lib. vj. qḋ
poteſt commendare beneficia que habent onus annexum. allegat
de preben. c. ſignificatum. facit. c. ij. de inſti. lib. vj. ꝛ intelligere videntur de cõmenda ad cuſtodiam tantum. dum dicunt, cõmendare cuſtodienda. Et ſic concludit Abbas in. c. cũ olim. de maiorita. ꝛ obe.
dum ſubdit ſaltem donec fuerit eccleſie prouiſum per Abbatẽ poteſtatem. Ratio ipſorum eſt, q2 huiuſmodi cõmenda eſt iuriſdictionis. iuxta not. in. c. nemo deinceps. de elec. lib. vj. ꝛ certum eſt quod
capitulum ſuccedit in iuriſditione ſede vacante. c. cum olim. ꝛ. c. his
que. de maiori. ꝛ obe. Et hoc videtur probare tex. a contrario ſenſu
in. d. c. j. ne ſede vacante. libr. vj. §. ceterũ. in verbo, intromittere, qḋ
2 verbum † gñalius eſt quam verbũ prouidere ꝛ diſponere. de quib9
per Jo. and. in. c. cum in illis. de preben. lib. vj. in nouella. per no. in
c. cũ apoſtolica. in ſi. de his que fiunt a prela. ꝛ ꝑpter naturã dictionis niſi ꝛc. de quo plene in. c. preterea requiſiti. de appel. vt ſic detur
intelligi ꝙ epiſcopo negligente petere abſolutionẽ poſſit capitulum ſe intromittere ꝛ ſic cõmendare.

Et propterea limitant docto. qḋ dictũ eſt ſupra de poteſtate capituli in cõmendando verũ eſſe ſubſiſtente mora ꝛ negligẽtia epiſcopi
de qua ſupra. Illa vero nõ ſubſiſtente nõ poſſit capitulũ cõmendare beneficia ad ſolius epi collationẽ ſpectantia vel epi cũ conſtituto
capituli. vel cũ cõſilio vel aſſenſu alternatiue ꝑpter verbũ intromittere de quo ibi qḋ excludit oẽm modũ prouidẽdi: vt predixi. Licet
poſt moram in odiũ excõicati vel ſuſpenſi poſſit cõferre ꝑpter ver-
5 bum niſi de quo ibi exceptiue de ſuſpenſo tñ ꝛ q2 ad ſuperiorẽ † tũc
non põt fieri deuolutio cũ non reperiatur iure cautũ: vt ꝓbat text.
in. c. j de ſupplẽ. negli. prela. lib. vj. Dicit Collecta. in. d. c. cum olim
poſt Archi. in. c. j. ne ſede vacãte. lib. vj. ꝙ opi. Archi. probaṫ per. c.
ſignificatũ. de preben. ꝛ. xxiiij. diſt. preſbyteri. Et ſic tranſit cũ eo. Et
dicit in. c. dudũ. de elec. qḋ ad cõmendã dꝫ vocari patronus ſecundum oẽs. de verbo, cõmittere, vide in cle. qi regularis. de ſup. negli.
prela. ꝛ in cle. qꝛ contingit de religio. domi. ꝛ in cle. j. de ſtatu regula.
ꝛ cõmendare nil aliud eſt ꝙ deponere. l. cõmendare. ff. de verb. ſign.

Quãdoqꝫ tamen idem eſt qḋ rogare. l. libertis. ff. de alimen. ꝛ ciba. legat. Fede. tñ
in tractatu permutationũ. qḋ. xxxvj. tenet expreſſe ꝙ capitulũ ſede
vacan. põt cõmendare bñficia quorũ collatio ꝑtinet ad ſolũ epm. alle-
4 leg. not. Archi. in. c. j. de inſti. lib. vj. plus dicit qḋ † põt etiã cõmendare beneficia ſpectantia ad collationẽ Pape. alleg. not. in. c. nemo
de elec. in ſi. magne glo. idẽ ſequiṫ Domi. poſt Archi. in. c. preſbyteri. in ſi. xxiiij. diſt. ꝛ Abb. in. c. bone. de ap. ꝛ in. d. c. illis. Et quõ commenda differat a vicaria quia non põt fieri de curatis niſi ſacerdoti.
not. in clemen. j. de offi. vica. in gloſ. in verbo: promouendis. Et an

commendator poſſit locare poſſeſſiones cõmende. vide Calde. cõſ.
viij. in titu. de locato. Et an impetrans beneficiũ debeat facere mẽtionem de cõmenda. vide eundem in cõſi. vj. ꝛ. xxx. in ti. de prebend.
Item adde ꝙ commenda non poteſt permutari cum titulo ſecundum obſeruantiam cancellarie quicquid dicat Federi. in tractatu
permutationum.

Premiſſa credo vera quando capitulum ſede vacante cõmendaret alicui bñficium
cuſtodiendum ꝛ ſeruandũ tantum donec ſuperior prouideret, Et
ſic economum cõſtituere. de quo in. c. cum vos. de offi. vica. ꝛ in. c. cũ
teneamur. de appella. ꝛ not. gloſſ. magna in ſi. in. d. c. nemo. Quod
5 fieri poteſt etiam † poſt cõmendam ſex menſium. Et ſimiliter quando conſtitueret viſitatorem iuxta. c. obitum. ꝛ. c. catanenſe. et. lxj.
diſt. de quo per Hoſt. ꝛ alios in. d. c. dudũ. ꝛ in. d. c. nemo deinceps.
¶ Et ſimiliter premiſſa credo poſſe procedere in cõmenda eccleſie
parochialis ad ſex menſes. de qua in. d. c. nemo. quia tunc ceſſat ratio denominationis ꝛ alienationis preiudicii ſucceſſoris. Licet talis cõmenda interim non poſſet reuocari per ipſos cõmendandos,
neqꝫ forte per ſucceſſorem. Neqꝫ interim conferri beneficium ſcḋm
Gaſpar. niſi ceſſaret cauſa ex qua fieret: quia interim non dicitur vacare cum titulus iſte ſit canonicus ſicut ꝛ alij. d. c. dudum. ꝛ. d. c. qui
plures. quando debito modo ſit. vt not. glo. in. d. c. nemo. Et impetrans talem eccleſiam teneatur facere mentionem de huiuſmodi cõmenda per. c. cum noſtris. ꝛ. c. literas. de conceſſio. preben. Verũ tamen in commenda alterius beneficij non parochialis nõ credo hoc
verum ſi fieret perpetuo ſm docto. in. d. c. xxj. queſtio. j. qui plures. ꝛ
6 c. ſi conſtiterit. de accuſa. prout debet fieri. quia † beneficia non debent dari ad tempus ſed in perpetuum. vt not in. c. veniens. in fine
de filijs preſbr. Nec ſic fieret fractio regule. de qua in. d. c. ij. ne ſede vacan. ꝛ in. c. j. eo. titu. lib. vj. ꝛ in. c. j. de inſtitutio. eodem lib. vbi prohibetur in talibus beneficiũs dari per capitulum ſede vacante titulus
canonicus cũ hoc non reperiatur iure cautum. ꝛ iſte titu. cõmende
ſit canonicus: vt in predictis iuribus habetur. ꝛ in. c. cũ nobis olim
in ſi. de electio. ꝛ per Archid. in. c. ſi propter. de reſcrip. in. vj. ꝛ Fede.
in tractatu permuta. q. xv. Facit regula. cum quid vna. de regu. iur.
in. vj. Nec obſt. dictus. §. ceterum. quia cum dictio niſi, de qua ibi veniat exceptiue ad verbum intromittere: potius probat contrarium, videlicet quod excepto illo caſu nouo. c. alias non poſſit cõmendare.

7 Preterea verbum † intromittere debet exponi id eſt conferre vt dicit de verbo committere in cle. quia contingit. de relig. domi. cle. quia regularis. de ſupplẽ. negligen. prela. Quid autem ſit cõmenda not. in. d. c.
ſi conſtiterit. per glo. in. d. c. nemo deinceps. Et quod ſimplex adminiſtratio etiam ſi fiat per Papam probat tex. in. d. c. cũ nobis olim.
in ſi. de elec. nec eſt cõmendatarius prelatus ſed procurator tantum
habens legitimam vt ibi ꝛ. xxj. q. j. relatio. Nec facit fructus ſuos ſꝫ
cuſtos eſt. nec in eccleſia ius habet. nec in fructibus niſi ad colligendum ꝛ gubernandum ꝛ prouidendum ſibi ꝛ miniſtris, ꝛ ꝙ ſupereſt
in vtilitatem eccleſie conuertendum ſicut viſitator. lxj. diſt. obitum.
ꝛ. c. catanẽ. ſm Hoſti. in. d. c. dudum. ꝛ Joan. andr. in. d. c. nemo. licet
dicat fieri contrarium de facto. Dicit tamen Archidia. in. d. c. nemo. quod poteſt etiam eligere ꝛ conferre ꝛc. quia iſta omnia ſunt in
fructibus de quibus poteſt diſponere in vtilitatẽ eccleſie ꝛc. Quid
8 † ſit titulus nota. in. d. c. dudum. adde Bald. in. c. j. ſi epiſcopus. vel
alias in vſi. ſen. ꝛ in auſ. de eccle. ti. in pn. ꝛ in. c. ſi. de offic. archipſby.
¶ Ad pleniorem doctrinam dic quod beneficia commẽdata non
vacant durante cõmenda, quia eſt canonicus titulus. Sed ea ſublata remanet antiqua vacatio. Ideo ſi ante cõmendaꝫ pertinebat collatio ad ordinariũ ſublata cõmenda facta per Papam redibit collatio ad ordinarium. Guis Compoſt. innuat contrarium. vt nota.
Fede. in tractatu permutatio. q. xv. Lappus autem ibi in additio.
dicit quod ſi cõmendatarius decedit in curia beneficium vacabit in
curia ex quo ſequitur quod nõ remanet ibi antiqua vacatio ſed inducitur noua.

Dicunt tamen quidam ꝙ beneficiũ vacãs reſeruatum licet alteri cõmendetur nõ expirat reſeruatio: qꝛ donec durat vacatio durat reſeruatio. de prebẽ.
9 ſtatutũ. de elec. ſi eo tpe. lib. vj. ptꝫ in deci. cxxiij. ſed † per cõmendã
nõ deſinit bñficium vacare. ergo ꝛc. ex quo p cõmendã non acquiriṫ
ius in bñficio. no. in. d. c. nemo. de elec. lib. vj. ꝛ bñficiũ vacãs nõ deſinit vacare not. in cle. j. vt lite pendẽte. Ex hoc ſequiṫ ꝙ habẽs commendam prelature nõ dicit prelatus: vt not. in. d. c. nemo. ꝛ. xxj. q. j.
qui plures. quia prelatus eſt qui hꝫ ius in re, qḋ non hꝫ cõmendatarius ſm Inno. in. c. ſi conſtiterit. de accuſa. immo nec habet poſſeſſionem: vt patet in. d. c. ſi conſtiterit. quod tamen nõ fateor. quia tamen cõmendatarius non habet ius in beneficio. Permittunt iura
qḋ quis poſſit eodem tempore ſine diſpẽſatione tenere duas eccleſias parochiales, vnam in titulum, ꝛ aliam in commendam. per. c.
dudum. ij. de electio. ꝛ. d. c. qui plures. xxj. qḋ. j. per quos text. patet
quod concedens commendam non confert titulum in beneficio:
quod ergo

quod ergo dicit glo.in.d.c.nemo.intelligitur de titulo quo ad mi-
niſtrandum tantũ non quo ad ius in beneficio querendum.
Non obſtat qđ durante cõmenda non vacet eccleſia.ſ.
de facto propter titulum cõmẽde ſed va-
10 cat de iure eo qđ † titulus cõmende non dat ius in beneficio: et ita
diſtinguit Archi.in.d.c.qui plures.Poſſet tamẽ apertius dici qđ
cum titulus cõmende ſit iuris, q eccleſia cõmendata nõ vacet ſim-
pliciter ſed vacat ſm quid,vez reſpectu tituli beneficii per qđ queri
tur ius in re.⁊ iſta videt fuiſſe mens Jo.and.licet non ſic aperte de-
claraverit in.d.c.nemo.in novella.Et ex hoc ſequitur q cũ per cõ-
mendam non ceſſat perfecta vacatio nõ eſſet etiã reſervatio.vbi enĩ
aliqua diſpoſitio durativa eſt ex ſubſtantia alicuius rei.Licet pars
illi⁹ rei pereat.Si aliqua tñ pars ſubſiſtit,tota diſpoſitio durat.l.ſi
cui.ff.de vſufru.l.ommẽ.§.ſi vero.de contrahen.emp.Donec ergo
Papa de beneficio reſervato perfecte provideat per titulũ ex quo
ius in beneficio queritur et per quod vacatio perfecte extinguit re-
ſervatio nõ expirat.Unde cõcluditur qđ per mortem cõmendata-
rij licet expiret titulus cõmende tñ nõ inducitur nova vacatio quo
11 ad titulum beneficiĩ que ſemper durauit ⁊ per illam etiam † dura-
uit reſervatio.Et propterea licet cõmendatarius decedat non põt
inferior Papa obſtante reſervatione de illo beneficio providere
per que defendit opiñ.Fede.de ſenis qui idem tenuit in dicto tra-
ctatu.qđ.xv.Rote deciſio in antiquis dicit q quando cõmenda ſit
ad tempus certum,tunc reſervatio non expirat.Secus ſi ad tẽpus
incertum.ſed Domi.in.d.c.nemo.dicit q aut Papa reſervat bñfi
cium proviſioni vel diſpoſitioni.tunc per cõmendam expirat reſer
vatio.aut collationi ⁊ tunc ſecus.pro quo faciunt que habent in.c.
cum in illis.de preben.lib.vi.
Sed aduerte qđ licet beneficiũ cõmendatum nunq̃
fuiſſet reſervatum,tamen ex quo Pa-
pa in eo appoſuit manum illud cõmendando non põt inferior de
illo ſe intromittere anteq̃ Papa perfecte provideat.argu.in.c.vt
noſtrum.de ap.⁊ qđ not.Jo.an.in.c.inter dilecton.de exceſſi.prela-
to.Quod tenet Compoſt.in.c.cum nobis olim.de elect.quod pla-
12 cuit dominis meis in rota.¶ Adde qđ cõmenda † ⁊ ſequeſtrũ eq-
parantur.Oldra.in conſi.cxvi.incipit.Ordinarius.⁊ Alber.in ſuo
alphabeto iuris.ſ.in verſi.ſequeſtrum.¶ Et adde ſm Uincen.et
Arch.in.d.c.qui plures.q quicquid dicant alij cõmenda nõ ſequit
ex toto naturã depoſiti.Quia clericus cui cõmendatur põt facere
expenſas,idem ⁊ ſumere alimenta.Et ſoluere debita ſicut ⁊ qui nõ-
dum adijt heredita tẽ ⁊ deliberat an adeat licet ius nõ habeat ſoluẽ
di debita.ff.de iur.delibe.ſi filius.⁊.l.artiſio.§.ſi.Et ſi neceſſarias ex-
penſas fecerit in eccleſia de ſuo.põt retinere donec ſibi ſoluatur.ff.
de pig.l.neceſſarias.§.i.qđ nõ eſt in re depoſita.Similiter ſi fuiſſet
eccleſia cõmendata propter tenuitatẽ cõtendere poſſet:vt nõ amo
veretur ab ea niſi ad minus ſuas meliorationes reciperet.c.ad au-
res.de reb.eccle.nõ alie.c.potuit.de locato.⁊ ita not.Uincen.in.d.
c.dudum.de elec.ſ.Ubi ẽt dicit q cõmenda non parit ius ei cui cõ-
mendatur,adeo q non põt preſentare clericos ad titulũ eccleſie cõ
mendate.ff.locati.l.ſi quis domũ.§.i.de quo ſatis per Inno.in.d.c.
13 ſi conſtiterit.Dicit etiam Archi.cum Egidio Bon.qđ † eccleſia cõ
mendata et ſi de iure vacet non tamen de facto.c.literas.et.c.cũ no-
ſtris.de conceſſio.prebend.c.querelam.de electio.c.conſultationi-
bus.de iurepatro.
Propterea impetrans tale beneficium de-
bet de cõmenda fa-
cere mentionẽ.alias litere nõ valent nec ſufficeret clauſula cõſueta
amoto ⁊c.q2 cõmenda eſt canonicus tit.⁊ in favorem eccleſiarum.d.
c.qui plures.⁊.c.paſtoralis.vij.q.i.⁊ ideo cancellaria non dat vaca-
tionem per cõmendam.ſed per tit.predeceſſor.Nec cõmenda facit
expirare reſervationẽ gñalem vt vult deci.in antiquis que incipit.
Uerum per cõmendã.et ſi fiat ad certũ tp̃s vt ibi.⁊ in.xl.que icipit,
item nota qđ beneficiũ.adde Rudo.in conſi.cccl.vbi multa dicit de
cõmenda.Et qđ cle.ſi.de procu.habeat locũ etiã in procu.cõmenda
14 tarij not.Imo.ibidem poſt Zoc.Adde qđ cõmendatarius † poteſt
preſentare clericũ ordinandũ ad titulũ eccleſie,ſm Archidi.in.d.c.
nemo.q2 poteſt fructus eccleſie ſibi cõmendare.recipere ⁊ preſenta
re eſt fructus iuriſpatronatus ſm do.ibidem.Per quã rationẽ pa
tet quod etiã poteſt eligere ⁊ cõferre beneficia: q2 eligere ⁊ conferre
eſt fructus iuris eligendi.Quod dicũt moderni fore verũ,maxime
qñ cõmendatarijs cõceditur qđ poſſit fructus nedum in vtilitatem
eccleſie ſed etiã in ſuos vſus cõuertere prout hodie cõmuniter ſiunt
cõmende iuxta not.in.c.cũ olim.de maio.⁊ obed.⁊ in.c.relatum.de
preben.⁊ in.c.Quia in.eo.tit.lib.vi.ſuper verb.penſioñ.Et quia in cui
confertur obligatur cõferenti ad antidora.iuxta not.in.l.ſed ſi lege
§.conſuluit.ff.de peti.here.faciunt not.in.c.ſi.de offi.vica.libro.vi.
Item poteſt locare pro pluribus annis poſſeſſiones eccleſie cõmen
date quia dicitur habere legitimã ⁊ liberã adminiſtrationẽ.xxi.q.i.
relatio.de electio.c.cum nobis olim.Calde.in conſi.iij.in tit.de lo-
15 cato.§.i.⁊ quod per † mortem cõmendatarij non dicat vacare bñfi-
[illegible]

ciat de materia commende.Item ſi diſpenſatum eſt cum illegitimo
quantum ad ordines ⁊ beneficia ſine cura ſibi nõ poterit eccleſia cu-
rata commẽdari.quia titulus eſt cõmenda.Immo nec vt vicarius
vel miniſter curam gerere.argu.in.c.avaritie.de elec.lib.vi.⁊ qđ no.
Archi.⁊ Jo.mo.in.c.i.de ſi.preſby.lib.vi.⁊ qđ habetur eo.ti.c.i.⁊ p
Collecta.in.c.ſi.eo.ti.ideo etiam nõ poterit deputari ſequeſtrator
per not.per Old.conſi.cxvi.⁊c.
Adde qđ cõmendatarius põt locare pro pluribus annis poſ
ſeſſiones eccleſie ſm Gaſp.de calde.in cõſi.viij.in titu.
de locato.⁊ qđ de cõmenda debet fieri mentio in impetrationibus
16 ⁊c.vide eundẽ in cõſi.vi.in tit.de preben.Itẽ q † valet reſcriptum
impetratũ cõtra cõmendatarium,ſolũ habet in.c.edoceri.de reſcri-
ptis.cũ ipſe poſſit agere ⁊ cõueniri:vt in.c.querelã.de elec.alienare
autem non põt not.Inn.in.c.venerabili.de offi.delega.
¶ Et adde qđ in eccleſia commendata non habet locum extrava-
gans Boni.incipit.Iniuncte.ſm Oldra.in cõſi.cxxx.quod incipit
Utrum extravagans ⁊c.¶ Item q vni non poſſunt fieri due com
mende,ſicut nec duo tituli.licet idem poſſit habere duo beneficia.
Unum in titulum.⁊ aliud in cõmendam.d.c.qui plures.quod non
eſt hodie correctũ.item quod cõmenda non põt renovari ad alios
ſex menſes primis finitis vt ceſſet fraus iuxta.c.cõmiſſa.de elec.⁊.c.
quaneo.de divor.Et quod non expirat morte cõmendãtis nec ex-
pirante iuriſditione capituli.de quibus omnibus per glo.⁊ docto.
in.d.c.nemo.
17 **Quero ſubſequenter** an capitulũ † ſede vacã.
poſſit plura beneficia ſi-
mul invicẽ vnire vel alias de eorũ ꝓprietate diſponere quẽadmodũ
potuiſſet epiſcopus defunctus ſi viveret ⁊c.¶ Rñdeo quod licet
Lap.in.d.c.i.de maio.⁊ obe.dixerit ſibi videri q ſic.ſicut põt facere
permutationẽ.illud tñ intelligit verũ eſſe dummodo non deperat
aliquid iuri epĩ.⁊ ita videtur ibi tranſire Domi.Nihilominus tñ
Jo.and.⁊ alij teneant contrariã ſniam in.c.i.ne ſede vacã.lib.vi.Et
eſt ratio ſm eos,q2 tex.ille collationẽ permittens loquit tm̃ de titu
lo beneficij qđ datur in collationẽ.Et ideo ſpãliter ponderat peri-
culum vacationis.ſed melior eſt rõ,q2 vnio ⁊ diſpoſitio in proprie-
tatem eſt alienatio vel extinctio bñficij que eſt oĩno prohibita ſede
vac.vt in.c.i.ne ſe.vac.l.antiquis.Hoc tenet ẽt Ja.de zoch.in.c.dũ
que.de maio.⁊ obe.q2 non põt eſſe q nõ deperdat iuri epĩ:quia per
18 † vnionem ſupprimit titulus ⁊c.Que rõnes vident etiam militare
vbi vnio vel ſuppreſſio bñficij vel alia datio in proprietatẽ fieret in
vita alicuius tm̃.vt.j.dicam de vnione ad vitam.vide glo.in.c.ſi tibi
abſenti.de prebẽ.lib.vi.⁊ Fede.cõſi.cxc.⁊ Helẽ.deci.cccclxxxviij.in-
cipit.Item ſi impetrans.Et ſi bñficium taliter vnitũ poſtea renun-
ciatur in manibus pape e alteri cõferatur in curia huiõi reſervatio
ne nõ obſtãte ſi nõ eſt facta mẽtio de vnione tenuimus vnionẽ pre-
ferri per ea q̃ determinat Old.in conſi.cxxxvi incipit,Quidã eps.⁊
Jo.an.in addi.Spe.in rubri.de prebẽ.⁊ deciſ.in antiquis.xix.inci-
pit.Item tota qđ.vbi alleg.c.cũ acceſſiſſent.de cõſti.q2 non erat bñ
ficium nec per 2ñn vacabat.⁊.c.cõſultationibus.de dona.Et quod
dicitur de vnione vẽdicat ſibi locũ etiã in diſmẽbratione.nã oĩs ſolẽ-
19 nitas † requiſita in alienatione rei eccleſie requiritur etiã in diſmẽ-
bratione alicuius eccleſie vel bonorũ ſuorum vt vult deci.in novis
cxxh.Incipit,item in diſmẽbratione.Et Rapp.allegatio.xxh.inci-
pit,diſputa.nẽ cauſa debitorum ⁊ onerum importabilium eſt ſuffi
ciens cauſa vnionis per.c.dudũ.de reb.eccle.non alie.⁊ ibi not.ſm
Belen.deciſione.ccclxxvi.incipit,cauſa debitorum.Item quod in
vnione per legatum non requiritur conſenſus capituli etiam ſi fiat
vnio epiſcopali dignitati ⁊c.Helẽ.deciſio.ccccxiij.incipit.conclu.
quod in vnione.Quod maxime verum puto in beneficijs ſpectan-
tibus ad ſolam diſpoſitionem prelati,ne per indirectum faciant qđ
directo facere nõ poſſunt.argumentum nota.in.c.ſi tibi abſenti.de
20 prebendis.libro.vi.in gloſſa in verſiculo.¶ Et adde qđ † quinq̃
modis fieri poteſt vnio.
Primo quo ad communionem ſpiritualiũ vt faciũt
quedam monaſteria que mortuo al-
terius monacho vtrobiq̃ faciunt officium.Et hoc modo habet qu
locum in pluribus monaſterijs ⁊ dicitur vnio charitatis.⁊ non di-
uiſio ambitionis de qua in.c.ſi.de religio.domi.
¶ Secundo cum vna eccleſia ſubijcitur alteri de quo per gloſſ.in
c.primo.ne ſede vacan.
¶ Tertio cum duo collegia vniuntur in habendo vnum prelatũ.
xvi.q.i.c.et temporis.⁊ ſi altera eſt cathedralis: vtrumq̃ collegium
ibi conveniet et eliget ⁊ nominabit quaſdam eccleſias ſic vnitas.
Goffred.et dicebat quod vtraq̃ vel neutra cathedralis vel princi-
palis ſibi deferant circa locum.⁊ ſi de more non apparet convenire
poſſent qđ alternis vicibus in ipſarũ qualibet fieret collatio prelati
arg.de reſcrip.c.paſtoralis.de iur.pat.c.pluris.q.in cle.⁊ quod not.
Joan.and.in.c.referente.de celebra.miſſa.⁊ ſi non concordarent de
prima vice nec ſibi deferrent: poſſet primo nominatus in vnio-
ne preferri.l.quoties.de vſufructu.capitulo finali.de electione.
lib.vi.verſicu.vel ſi concordaris.vel ſatis poſſet expediri per ſortes.

non ob.c.ſi.de ſortile.vbi de electore.τ non de loco queritur τ cõſtat
periculum in vno τ non in alio verſari. Et hoc tertio caſu collegia-
ta non efficitur cathedralis niſi papa aliud exprimat ſm Hoſtien.
¶ Quarto cum ſimul vniuntur de quo in eadem gloſſa.
¶ Quinto quando conuentualis in cathedralē erigitur τ hanc fa
cit ſolus Papa, τ de hac loquitur dictũ.c.j.ne ſe.vac.de quo p Ho-
ſtien.in ſum.eo.ti.§.ſi. Et neutrã iſtarum dico capitulũ ſe.va. poſſe
facere per illum tex.τ rationē ibi poſitam etiã ſi fieret ad vitam tñ.
de qua per Jo.and.in addi.Spe.in tit.de reb.eccle.non alie, in ru-
brica.in ſimili de donatione facta ad vitam donatarũ per prelatum
propter benemerita τc. Niſi forte ſubeſſet cã debitorũ et onerũ im-
importabilium per.c.dudũ.de reb.eccle.nõ alie.lib.vj.et ibi not.qđ
21 † vnio eſt ſpecies alienationis.vide Calde.in conſil.ij.in titulo de
rebus eccle.non alie.τ qđ vnio immutat naturam beneficij τ tanq̃
odioſa eſt reſtringenda.vide eundem conſi.xiij.ibidem.

Multis etiam aliis modis poteſt fieri vnio de qui-
bus pleniſſime.τ de materia vnionis
vide in tracta. Petri de peru. qui incipit. poſtq̃ perfeci tractatum
canonice epiſcopalis τc. ¶ Adde qđ ſi eadez res vniatur pluribus
ſub nomine collectiuo quibus tertius adiungitur, tantuz habebit
tertius quantum alij omnes ſm Ang.in.l.quãuis.C.de impube.τ
aliis ſubſtitu.vbi tamen per cõiecturas aliud nõ appareat per.l.lu-
cius.§.lucius.ff.de lega.ij. Et idē ſi eccleſia mater τ filia copulentur
in vna oratione, quibus poſtea adiungitur tertius per.l.ſi quis ti-
tio.ff.de vſufru.accreſcē.τ de materia vide plene per doc.in.d.l.ſi.et
in.l.ſi ita.§.regula.ff.de lib.τ poſthu.τ in.l.qui concubinam. de leg.
iij.τ per Ang.plene in.d.l.q̃uis.C.de impu.τ aliis ſubſti.in ſimili.
22 ¶ Adde qđ † in vnione non requirit tractatus vt vult deci.clix.q̃
incipit. Item nota qđ vbi fit vnio.τ.cclxxij.incipit. Utrũ in vnione
requiratur τc.τ an vniri poſſit beneficium reſeruatuz.vide Lappũ
allegatione.xxvij.et quo preſumendũ ſit de vnione vnius beneficij
ad alterum acceſſio.in.c.ſuper eo.de prebend.lib.vj.τ in cle.per lite-
ras.de preſcrip.in glo.in verbo,eccleſias.vide Pet.de peru. in tra-
ctatu de vnione.τ in deci.antiquis.xxij.incip.itē nota quod vbi.et
deci.xxxij.incipit,item nota quod reſeruatio.

Summarium.

1 ☞ Electiones factas per inferiores an capitulum ſede vacante
poſſit confirmare.
2 Confirmare minus eſt q̃ conferre.
3 Edictum generale de neceſſitate debet precedere confirmationē.
4 Archidiaconus poſt epiſcopum an preſit capitulo.
5 Capitulo circa inferiores licet inuenamus permiſſum ſupplere vi
ces epiſcopi,circa ſuperiores tamen non reperitur conceſſum.
6 Confirmatio an ſuppleat defectum forme non ſeruate in eligēdo.
7 Metropolitanus dum vacat eccleſia cathedralis an poſſit delega-
re confirmationem vel infirmationem electionis in ea fiende.
8 Poſtulationem an admittere poſſit capitulum ſede vacante.

¶ Queſtio.iiij.Secunde partis principalis.

¶ Capitulum ſede vacante an poſſit confirmare electiones factas
per inferiores.

Quarto quero an capitu-
1 lum ſede vac.poſſit cõfirmare electiones † factas p
inferiores ad quos de iure cõſuetudine ſtatuto pri
uilegio vel alia qualibet rõne pertinet electio bñfi
ciorum electiuorũ prout potuiſſet τ debuiſſet con
firmare prelatus viuēs τc. ¶ Rñdent cõmuniter doc.poſt gl.l hoc
cõcordare ſcʒ ꝙ capitulũ poſſit hmõi cõfirmationes facere.no. glo.
in.c.cũ olim.de maio.τ obe.τ in.c.ſicut tuis.de ſimo. Inn.in.c.ij. ne
ſede vacante.τ in.c.ad abolendã.de here. Hoſti.in.d.c.cũ olim.et.c.
ij.τ ibi Jo.an.τ in.c.j.de maio.τ obe.lib.vj.τ in.c.de inſti.τ in.c.q̃q̃.
de elec.eo.lib.τ cõiter oēs. Licet quidã antiqui tenuerũt cõtrariuz.
quos refert idez Jo.an. in.d.c.cũ olim. Ratio cõis eſt, quia hoc eſt
iuriſditionis que transfertur in capitulũ ſede vacāte; vt ſepius ſupra
probatũ eſt. Ratio aũt Inno.eſt, qꝛ epũs habet ius cõfirmãdi a ſede
epali τ intuitu eccleſie τ ideo ſuccedit capitulũ.vt.d.c.cũ olim. Et in
hoc differt a iure cõferendi qđ cõpetit epo ſpeciali iure quod habet
a fundatione, priuilegio vel alio modo, non ab eccleſia vel capitulo
arg.not.in.c.verũ.de foro compe.τ propterea ſubdit Innoc. colla-
tiones reſeruari ſucceſſori τ ſi periculum eſſet in vacatione recurrē
dum foret ad ſuperiorem.c.quia diuerſit.de conceſſio.prebend. Qđ
intelligit Hoſt.de Papa ſolũ per.c.romana.de ſupplē.negli.prela.
2 lib.vj. Ratio autem Hoſti.τ aliorum eſt ꝙ † minus eſt confirmare
quam conferre,cum confirmatio habeat actum precedentez quem
collatio non habet inſiguum,et ius conferendi ſpectat ad epiſcopũ τ

non ad alium.de inſti.c.ij.de renun.c.admonet.de cleri.peregri.c.ſi.
τ licet ex regia vel alterius donatione ad eum perueniat.cēſetur tñ
eccleſiaſticum.c.dilectus.ij.de preben.

Subdit tamen quod licet hoc ius dicatur eſſe de iu
riſditione, non tñ conceditur:ſʒ p-
hibetur electo nondũ confirmato.c.noſti.de elect. Dicit Collect.
d.c.cũ olim.ꝙ ſi vacat decanatus, qui maior eſt in eccleſia.τ in capi-
tulo,ꝙ capitulũ poterit cõfirmare eius electionē.alleg. Hoſt.ibi et
Archi.τ Jo.and.in.d.c.ſi epiſcopus.τ poterit admittere preſenta-
tum.per.c.j.de inſti.lib.vj. Et qđ dicitur de cõfirmatione procedit
etiã in infirmatione cũ capitulũ habeat de viribus electionis tanq̃
epiſcopus τ de his que obiiciuntur cõtra electũ τ caſſare electionez
ſi caſſanda eſt:vt not.glo.in ſi.in.d.c.cũ olim.quam cõiter ſequuntur
3 docto.quia † confirmationē debet de neceſſitate precedere edictũ
generale.de quo in.c.ſi.de elec.lib.vj.qđ nõ habet precedere in col-
lationibus:vt ibi not.neq; in preſentationibus τ inſti. ſm Bellen.
in deci.dcxx.que incipit. Capitulũ ſr.de elec. Licet glo.ibi dicat cõ
trarium. Et premiſſa dicit in tantum Jo.and.eſſe vera ꝙ etiã capi
tulum eccleſie metropolitane poſſet confirmare electũ per capitulũ
ad eccleſiam ſuffraganeam vacantē τ primatis vacãtis. capitulũ.ſi-
militer poſſet cõfirmare electũ in archiepiſcopum, qđ nõ videtur ſibi
abſurdum etiam in ſimili.in.c.q̃q̃. de electio. libro.vj. in nouella.
etiam in deuolute.

Premiſſa tamen vera intelligit Inno.quem
cõmuniter ſequuntur
doct.in.c.ad abolendam.de here.vbi cõfirmatio ſpectat ad ſolũ pre
latum defunctũ.ſed vbi ad eũ ſpectabat cũ aliquibus collegis aliis
videtur velle ꝙ hec poteſtas deuoluatur ad collegas tantũ.ſi tamen bñ
conſiderentur verba ſua. potius videtur voluiſſe ſentire ꝙ deuol-
uatur ſimul τ ad collegas τ ad capitulũ. iuxta ea que habentur in c.cũ
in cunctis.de elec.in ſi.τ in.c.j.ne ſede vacante.lib.vj.τ in.c.ij. de ex-
ceſ.prela.c.relatum.de teſt c.quoniã.de offi.deleg.τ.lxvj.diſt.c.vlti.
cum ſimi. Niſi cõſuetudo haberet ꝙ tũc adiretur ſuperior:vt no.gl.
in diſt.c.ſicut tuis.de ſimo.ſuper ver.ad collationē.facit qđ not. Jo.
and.in.c.j.de preſcrip.ſuper vlti.glo.in nouella.

Quero inſuper cum glo.in.c.ſi epũs. de ſupplen.ne-
gli.prela.libro.vj.ſup verb. debebit.
4 Pone Archi.poſt † epiſcopũ preeſt capitulo: demũ a ſciſmaticis
capitur epũs τ poſtmodũ mortuo Archi.quē capitulũ hʒ eligere et
epũs confirmare:eligit capitulũ.N.in Archidiaco. Queritur an idē
capitulum poſſit eum cõfirmare. Hoſti.c.cũ olim.de maio.τ obe.te
net qđ capitulum confirmabit. Licet enĩ canonici in eo ꝙ canonici
ſint inferiores.tamen in eo ꝙ capitulũ ſuperiores ſunt.ff. quis et a
quo ap.l.ſi.facit de offi.ordi.c.irrefragabili.§.exceſſus.τ.c.ad abolē
dam.de here.τ maxime in eo qđ epi vices gerunt in.c.ſanc.ij.de offi.
deleg.xciij.diſt.c.ſi xciiij.diſt.c.j. Quod verũ credit glo.in.d.c.ſi epũs
per.c.penul.de ap.lib.vj.alias ſequeretur qđ epũs qui eſſet etiam cano
nicus vel canonicus vice vel delegatus epi illuz cõfirmare nõ poſſet
qđ eſſet incõueniēs ſm Jo.an.ibidē in nouella. Et idē tenet Arch.
in.d.c.ſi epũs.τ tenet Domi.ibidem.

Quidam tamen dixerunt ſolum Papaz
et non alium
poſſe illum confirmare per c.j.de offi. vica.lib.vj. ¶ Alij de archi-
5 epiſcopo dixerũt q̃uis enĩ † circa inferiores inuenimus pmiſſum
capitulo ſupplere vices epi in tali iuriſditione. Circa ſuperiores tñ
non reperitur cõceſſum, ergo videtur prohibitũ.c.cũ inferior.de maio.τ
obe.xxj.di.cũ inferior.credo tñ primã opi.veriorē attenta deci.rote
in nouis.cccviij.que incipit. Item fuit dubitatũ an archiepũs.τ his
que dicta ſunt.ſ.in.q.de beneficiis deuolut. ¶ Adde qđ ſi ad epũm
ſpectat cõfirmatio ex priuilegio, puta in cõfirmando gñalē ordinis
ſeruorũ.de quo Jo.an.in.c.publicato.de ele.τ in.c.ſi poſtq̃.de elec.
& hoc quãdo poteſtas eligendi eſt data cõpromiſſarijs intuitu eccleſie: vt ſcƺ facilius puideatur eccleſie vacanti:naƺ tunc ipſi cõpromiſſarij ad eligendum deputati ſunt tanꝗ nudi miniſtri & executores:
& in hoc caſu pcedit tex.in.c.in cauſis.de elec.vbi vero data eſſet poteſtas cõpromiſſarijs ad eligendũ intuitu ipſorũ cõpromiſſariorũ:
puta ratione honorificẽtie:vt qñ electores darent facultatẽ eligendi alicui dño potenti rõne honoris:tunc re etiã integra nõ poſſent
electores reuocare ptãtem datam:q2 eo caſu videt quedã donatio
ſeu gratioſa conceſſio.ſic debet intelligi gloſſ.poſita in verbo, integra.in.c.in cauſis.de elec.& hec diſtinctio approbat a Joã.and.et a
Panor.in.d.c.in cauſis.& videt de mente Inno.in.c.cõſtitutus.de
3 conceſ.preben.vel eccle.nõ vacantis. † Quando aũt dicatur res
integra:vide Jo.and.in.c.in cauſis.col.v.verſ.ſi queraf.& Inno.et
Panor.ibidem.qui tenent ꝙ res dicitur integra.cũ non eſt proceſſum ad ſubſtantialia negotij:licet ſit proceſſum ad ſolẽnitates.& inquantum loquunf de miſſa ſpiritusſancti:qꝺ ſit de ſolennitate:hoc
hodie nõ hƺ verum vt ſupra dixi in hac parte immo eſt de ſubſtãtia
per concilium Baſilieñ. Et not.qꝺ eo caſu quo põt fieri reuocatio illa debet fieri verbo, ipſis cõpromiſſarijs ad eligendũ datis:nec
ſufficeret reuocatio facto:ſcƺ ſi eligẽtes eligerẽt ignorantibus compromiſſarijs:immo ſi cõpromiſſarij eligerẽt priuſꝗ ſcirent electionem factam ab electoribus eorũ electio teneret.argu.ff.de pcu.l.ſi
4 procurator.& ff.de inſtito.l.ſed & ſi.in ſi.§.j.& ij. † Quid autẽ dicendum eſt, ſi ex ſeptem cõpromiſſarijs quatuor eligãt ſcienter indignum, tres vero eligant dignũ, quorũ electio erit valida: Dicendum eſt ꝙ electio facta a tribus.nam ex quo quatuor ſcienter elegerunt indignũ, ſunt priuati poteſtate eligendi.& ſic tota ptãs eſt deuoluta ad tres nõ delinquẽtes & per cõſequens videtur facta ab omnibus:vt habef in ſimili in.c.congregato.de elec.nec obſtat.c.ſi cõpromiſſarius.de elec.lib.vj.vbi habetur qꝺ ſi cõpromiſſarij ſcienter
eligant indignum:ptãs redit ad capitulum:quia illud.c.loquif in
alio caſu:ſcƺ qñ omnes cõpromiſſarij eligerent ſcienter indignũ.ſic
tenet Panor.in.c.cum in iure.de elec.col.penul.& vlti.quid autẽ ſi
vnus ex cõpromiſſarijs ſit excõmunicatus:nunquid propterea corruet electio.vide Jo.an.in.c.in cauſis.col.v.poſt Compoſtel.tit.de
5 elec. † Deinceps ſciás qꝺ de iure antiquo nõ tenebant compromiſſarij preſtare iuramentũ:nec erat de ſubſtantia electionis.vt tenet Panormi.in.c.in cauſis.col.ij.hodie vero iſti cõpromiſſarij iurant quẽadmodum & electores:teneni quoqꝫ audire miſſam ſpiritusſancti cõfiteri & ſacroſanctum corpus Chriſti ſumere.vt eſt text.
in pragmati.ti.de ele.in verſ.qꝺ etiam iuramentũ:que hodie ſunt
de forma ſubſtantiali electionis faciende per compromiſſi formaƺ:
& ſi iſta omittantur aut eorum aliquod electio erit nulla.vt eſt text.
6 in pragma.titu.de elec. † Et nota qꝺ ſi ſint plures compromiſſarij, electio ſeu electionis pronuntiatio debet fieri per vnum.c.ſicut.
de elec.in.vj.& eius college debent eidem dare illam facultatem pronuntiandi:dicet ergo ille cõpromiſſarius pnuntiãdo electionẽ.Cũ
vacante eccleſia.n.conuocatis electoribus qui de iure erant vocandi
placuerit capitulo ſua vices cõmittere mihi ac dñis ſocijs meis cõpromiſſarijs, dando facultatem eligendi paſtorem in dicta eccleſia
obſeruata forma, ſi fuerit data, nos dicti compromiſſarij in negotio proceſſimus:& ego ex poteſtate mea, ſi ſit de capitulo, atqꝫ ex poteſtate ac dominis de capitulo ac a collegis meis cõceſſa vice ac nomine omnium ſancti ſpiritus gratia inuocata ad laudeƺ indiuidue
trinitatis patris, filij & ſpiritus ſancti & glorioſe marie virginis et
beati patroni ſeu patrone eccleſie vacantis, prout melius de iure
poſſum et valeo.N.in paſtorem dicte eccleſie eligo:et de his omnibus, maxime de obſeruantia forme, ſi fuerit data, debent inſtrumẽta fieri.

Summarium.

1 Forma electionis per modum ſcrutinij eſt valde difficilis.
Compromiſſi via in electionibus parum frequentatur.
2 Forma in eligendo vſitatior ea eſt, que per viam ſcrutinij, ſolet fieri.
3 Electio ſcrutiniana nulla cenſetur ſi aliquid de requiſitis omittatur.
Eligentes peccantes in forma eligendi canonica, ea vice priuãtur eligendi poteſtate.
4 Electus per capitulum forma canonica non ſeruata an ſit tutus in conſcientia.
5 Solennitas de iure poſitiuo requiſita nõ facit electũ minus tutũ in conſcientia, ſi fuerit omiſſa omnium eligentium conſenſu.

Capitulum.xx.tertie partis.

1 Eſt et alia forma electionis:que † dicit forma per viã ſcrutinij: de qua mãdago.in prima parte a.c.xxij.vſqꝫ ad.xxxv.que forma eſt admodum difficilis: et in ea quandoqꝫ periti deficiunt ſi practicam ignorent: vt tenet gloſſ.in
verbo, inquiſitis.in capitu.cum expediat.de electio. in ſexto.et propter eius difficultatem adinuenta eſt forma compromiſſi: vt dicit
Panormi.in.c.quia propter.de electio.colum.vij.& per eam ſolet
procedi frequentius ꝗ per alias.nam via ſpiritus ſancti ſeu quaſi,
raro vt ſupra dixi noſtris demeritis exigentibus contingit.via autem compromiſſi parum frequentatur propter promptitudinem
hominum ad diſſentiendum.nam velle ſuum cuiqꝫ eſt, nec voto viuitur vno:vt Perſius inquit.& ff.ad trebell.l.quia poterat.& vnuſquiſqꝫ vult prelatum ſecundum deſiderium animi ſui.et quoniam
illa forma compromiſſi non eſt procedendum niſi omnes conſen-
2 tiant.vnus etenim illam poteſt impedire: vt predictum eſt.† et ſic
vſitatior forma eſt illa que ſit per ſcrutinium.facta igitur demõſtratione per preſidentem in capitulo qualiter ſunt tres forme procedẽdi in electionibus:ſcilicet due premiſſe et forma ſcrutinij de qua reliquum eſt vt agamus:non eſt opus ipſum preſidentem ſic declarare intrinſeca ipſarum formarum:ſicut ſupra feci quo ad formam inſpirationis & formam compromiſſi:que omnia fecerim ne quid dubitationis lectori relinquatur ſed inquiret preſidens in capitulo per
quam formam intendunt eligentes procedere. Et facta deliberatione procedendi per viam ſcrutinij tanꝗ per tutiorem: vſitatiorem ac magis ſolennem (ſuper quo conficiatur inſtrumentum publicum) aduertant eligentes vt ipſi obſeruent ſequentia que ſunt
de forma ſubſtantiali ipſius electionis que per viam ſcrutinij fit:
3 † nam aliquo ſequentium deficiente actus electionis ſeu ipſa electio eſſet nulla ipſo iure. Innocen.& Compoſtel.& Joan.andreas.&
Panormi.in.c.quia propter.de electio.bonum tex.in.c.in geneſi.
de electione.in fine.cum dicit electionem vtputa contra formam cõcilij attentatam decernimus irritam: et ita tenet ibi Joan.andr.in
colum.iij.& v.pro hoc textus in capit.ſi cui.de election.in.vj.bene
facit etiam text.in cap.ſicut.cum per formam.eodem titu.in.vj.
Et ſi eligentes peccarent in forma que ponitur in cap.quia propter.de electio.eſſent priuandi ea vice poteſtate eligendi.cap.quia
propter.et ibi Panor.colum.ix.in gloſſ.poſita in verbo, priuẽtur
gloſſ.etiam ad hoc in capitu.ſi cui.de electione.in.vj.in verbo, firmitatis:ſi vero peccarent in forma addita per concilium Baſilianum eſſent priuati ipſo iure.text.in pragmati.in.§.ad locum.vbi
textus quod ſi predicta non fecerint pro illa vice eligendi ſint ipſo
iure poteſtate priuati. Sint ergo cauti eligentes ne peccent in formis electionum:nec etiam in materia:nam ſi peccarent in materia
ſcienter eligendo indignum:eſſent priuati illa vice poteſtate eligẽdi:et ſuſpenſi a beneficijs eccleſiaſticis in triennio.capitu.cum in cunctis.de electione.§.clerici.et ſic eſt maius peccatum materie quam
4 forme. † Sed poſſet dubitari ſi aliquis fuerit electus, et in eo
eligendo non fuerit ſeruata forma ſecundum Canonica inſtituta
ac ſacra concilia iam ſic electus, ex quo capitulum in eum conſenſit, ſaluus conſcientia poſſit retinere prelaturam, ad quam fuit electus non ſeruata forma. Innocen.in capitu. quia propter. de electione tenuit quod eſt tutus in foro anime taliter electus.ita refert
Panormi.in.c.primo.de in integ.reſtitu.colum fine. nam ex quo
talis electus habuit conſenſum capituli, tenuit electio eius de
iure gentium: licet forma a iure poſitiuo introducta non fuerit
obſeruata: que eſt introducta propter ſcandala et deceptiones
euitandas

euitandas: que in electionibus quãdoq; interuenire ſolēt. ex quo
ergo iſta ceſſant in dicto electo, in quo eligēdo preciſe fuit defectus
in forma electionis, erit tutus quo ad deū ſic electus. ⁊ iſtud dictū
Inno. reputat ſingu. Panor. in. d. c. j. col. ſi. de in integrū reſti. ⁊ di-
cit illud eſſe menti tenendum. ¶ Et ipſum ampliat ibidem Pan.
5 † ad omnem actum in quo requirit certa ſolēnitas de iure poſiti-
uo: vt ſi interueniat conſenſus habentiū explicare actum de iure na
turali (quis ſolennitas iuris poſitiui fuerit pretermiſſa) nō tenea
tur quis ſibi de hoc facere conſcientiā, de hac materia pleniſſime vi
de do. Feli. in. c. canonū ſtatuta. col. xi. de conſti. poſt Innoc. Abb.
Domi. Pet. de ancha. Et not. qd ante concilium Baſileam in hac
forma ſcrutinij poſuere doctores decē ⁊ octo ſubſtantialia dicte for
me, que per ordinem ſubijciam, materiā amplians, prout expoſce-
re videro vnūquodq; ſubſtantiale.

Summarium.

1 Apoſtolis in vnum coactis apparuit ſpūs ſanctus viſibilis:
ad cuius rei formam prelatum electuri in vnum debent cogi.
2 Electio prelati per congregatos in vnum debet fieri.
Actus per capitulum explicandi, ad eorum valorem debent colle-
gialiter explicari.
3 Ciuitas non puniens ſingulares ipſius delinquentes, delicti cen-
ſetur eſſe particeps.
4 Electio cōis requiritur vbi de iure et neceſſitate forma ſeruatur.
5 Senatores legem condere volētes cōſenſum ſuū non in domo ſin-
gulariter preſtare debent, ſed collegialiter.
6 Collegium ſeu vniuerſitas corpus quoddam fictū per ſingulos in
vnum cōgregatos repreſentatum dicitur.

¶ Capitulum. xxi. tertie partis.

PRimum ergo ſubſtantia

1 le † qd procedit per viam ſcrutinij eſt, vt procedat
per eligentes in vnū congregatos: ſpiritus enī ſan
ctus deſcendit in diſcipulos in vnum cōgregatos.
Act. ij. erant oēs pariter in eodē loco. ibi tex. nam
vbi ſunt duo aut tres in vnū congregati in noīe, dñi: deus in medio
illorum eſt. Matthei. xviij. tranſlatiue nūt in. c. audiuimus. xxiiij.
q. j. nec ſufficerent cōſenſus eligentium ſingulariter preſtiti: vtputa
ſi quilibet eorum cōſentiret in camera ſua: ſed oportet q cōſenſus
preſtentur collegialiter. vt eſt tex. in. c. in geneſi. de electio. ⁊ ibi gl.
in verbo, cōmuniter glo. in verbo, formam. c. ſicut eum. de elec. l. vi.
⁊ ibi Domi. ⁊ Phi. fran. glo. in verbo, tractatus in. c. dudum. de re
2 bus eccle. non alie. ⁊ ibi Domi. † ⁊ qd electio debeat fieri per cōgre
gatos in vnū tz Jo. and. in. d. c. q: propter. col. iij. ⁊ idem Jo. an. in
c. in geneſi. de electio. ⁊ ita tenet Panor. in vtroq; loco. ⁊ Hoſti. in
ſumma tit. de elec. in. §. qualiter. in verſ. publicent. ⁊ in verſ. tertia
forma. Inno. in. c. in geneſi. ⁊. c. quia propter. de electio. in actibus
enim explicandis per capitulum ſeu noīe capituli requirit ad vali-
ditatem eorum vt explicentur collegialiter ſm Inno. ⁊ Panor. in
d. c. in Geneſi. pro quo facit gl. in verbo, non debetur. in. l. ſicut mu
nicipij. ff. qd cuiuſq; vniuerſitatis nomine: que glo. dicit ſm Pan.
qd licet oēs homines alicuius ciuitatis etiā eleuato vexillo aliquez
inſultum fecerint ſeu rumorem: nō propter hoc pōt dici qd ciuitas
hoc fecerit: ſed ſinguli de ciuitate. ad hoc enī vt attribuatur ciuitati
oportet qd prius in conſilio legitime congregato hoc fuerit obten
tum. glo. tamen iudicio meo nō ſic formaliter loquitur: quam vide.
¶ De hac materia quādo crimen aſcribatur vniuerſitati: aut ſin-
gularibus: vide Bar. in. l. aut facta. ff. de penis. ⁊ Panor. ⁊ Feli. in
c. dilectus. in ſecundo de ſimo. vnū tamen eſt ſingulare in materia,
3 qd ſub ſilentio petereundum non duxerim: ſcz † quod ſi aliquod
delictum fuerit perpetratum per ſingulares alicuius communita-
tis non communicato conſilio: et ipſi de tali communitate non
mittant in exilium: nec alīs puniant illos ſingulares de tali vniuer-
ſitate delinquentes, ſed eos recipiunt in ciuitate ſeu loco: tūc eo ca-
ſu eſſet punienda vniuerſitas tanq̄ delinquēs: nam per iſtos actus
ſubſequentes detegitur voluntas ipſius ciuitatis. Iſta eſt ſingu. li-
mitatio ad ſupradicta: que poteſt colligi ex dictis Cardi. in clemē.
j. de penis. in. §. ciuitas. verſ. ſecundo quero. vbi in materia delicti
perpetrati per vniuerſitatem ponit elegantia verba. ⁊ illam limita
tionem reputat ſingu do. Feli. in. d. c. dilectus. de ſimo. col. iiij. ver.
tertio limita ſingulariter. ⁊ nota hoc dictum ſeu limitationem: qm̄
quotidianum eſt et practicabile, maxime in locis limitrophis, in
quibus ſolent fieri multi inſultus. ⁊ vide multa preclara in materia
que ponit dictus Feli. in. d. c. dilectus. ¶ Quare autem requiritur
in prelatorum electione vt fiat per cōgregatos in vnum: vide Inn.
⁊ Panor. in. c. in geneſi. de electioñ. ¶ Et aduerte ad vnum qd po
nit Inno. in. c. in geneſi. col. ij. in ſi. verbis. ⁊ col. iij. de electio. dicēs
4 † qd electio cōmunis requiritur vbi eſt ſeruanda forma. c. q: pp̄ter.
de elec. vbi vero non eſt ſeruāda illa forma. c. quia propter. ſufficiūt
ſingulares conſenſus preſtiti per capitulum. quod eſt notabile ſm
Panor. in. d. c. in geneſi. col. ij. hoc idem tenet glo. in. c. ſicut eſt. de
elec. in. vi. in verbo, formam. ⁊ ibi Domi. in col. j. per illud dictum
Inno. ⁊ glo. vidi ſuſtineri quandam electionem factam in eccleſia
Agenenſi de quodam canonico, in cuius electione conſenſus fue-
rant preſtiti ſingulariter, ⁊ nō in cōmuni. ¶ Item pro eo quod ſu-
pra dixi qd ad validitatez actus capitularis ſeu collegij, requiritur
vt collegialiter explicetur, vide Bar. in. l. omnes populi. ff. de iuſti
tia ⁊ iure. col. vij. ⁊ Bal. in aut. hoc ius. C. de ſacroſanc. eccle. col. ij.
alleg. ad hoc Arch. in. c. ſine exceptione. xij. q. ij. Item vide Bald.
5 in. l. non ambigitur. ff. de iuſtitia ⁊ iure. qui tenet † qd in lege con-
denda per ſenatores non ſufficit conſenſus in domo preſitus: ſed
debet collegialiter preſtari, ⁊ ita etiam tenet glo. in. c. omnes. de cō
ſtitu. in verbo, conſtitutum. ⁊ ibi Panor. col. iij. circa ſi. pro quo vi-
de do. Feli. in. d. c. cum omnes. de conſtit. col. xvj. vbi multa allegat
inſequendo gloſſ. ad quam poſtmodum adiungit ſeptem declara-
tiones: quas ibi vide. ſunt enim admodum notabiles. ¶ Ex ſupra-
dictis inferas qd quādo iuſpatronatus pertinet ad aliquos tanq̄
ad vniuerſitatē, ſicut ſepe ad conſules ſeu iuratos patrie mee, quos
Paciſaci ſcabinos appellāt: ſeu ad quoſuis alios tanq̄ de vniuer-
ſitate aliqua exiſtentes: tunc illi de tali vniuerſitate debent dare vo
ces cōgregati in vnum. ita tenet Domi. in. c. ſicut. de elec. in. vj. col.
j. ⁊ Jo. and. c. iij. de iurepat. ⁊ ibi Panorm. col. ij. ⁊ idem Panor. in
c. in geneſi. de elec. col. iij. ex quo enim ad collegium ſeu vniuerſita-
tem pertinet preſentatio: non poteſt dici preſentatio facta a colle-
gio ſeu vniuerſitate, niſi fuerit congregatum collegium ſeu vniuer
6 ſitas: ⁊ collegialiter fuerit decretum quid ſit agendum. † cum colle
gium ſeu vniuerſitas ſit quoddam corpus fictum repreſentatū per
ſingulos in vnum cōgregatos. ad hoc. l. mortuo. ff. de fideiuſſo. hoc
idem tenet Feli. in. d. c. cum oēs. de conſti. col. xvij. ⁊. xviij. vbi addu
cit multos doc. ⁊ ita ſe obtinuiſſe dicit alīs: qd eſt valde notabile.
¶ Et adde ſingulariter qd etiam in reſpectante ad plures vt ad ſin
gulares, debent ſinguli in vnum conuenire: quando diſpoſitio ma
ioris partis preiudicat minori. hanc theoricam ponit Barto. in. l.
omnes. ff. de iuſtitia ⁊ iure. hoc ſingu. reputat Panormi. in. d. c. in
geneſi. colum. iij. pro quo vide eundem Panor. poſt Joan. and. in
c. iij. de iurepatro.

Summarium.

1 Scrutatores electionis neceſſario ſunt per collegium aſſu-
mendi.
2 Conſenſus tacitus ſufficere cenſetur, ſi de re concupiſcibili ⁊ meri-
toria agatur.

¶ Capitulum. xxij. tertie partis.

SEcundū ſubſtantiale ele

1 ctionis † per ſcrutinium eſt, quod ſcrutatores aſſu
mantur per collegium. pro quo tex. in. c. quia pro-
pter. de elec. cum dicit aſſumantur. non enī debēt
ſe ingerere quia redderentur ſuſpecti. l. que omnia
ff. de procura. Jo. and. in. d. c. quia propter. col. iij. ¶ Videret ta-
men qd ſi ſcrutatores quis nō eſſent per capitulū aſſumpti, ſed p-
cederent ſciente capitulo ⁊ tacente, ⁊ demum non contradicēte, ſer-
uatis omnibus ſeruādis: ⁊ ſi inde ſequeretur cōmunis electio: quod
2 talis electio eſſet valida. † nam cum ageretur de re concupiſcibili,
⁊ meritoria: ſcilicet de canonica eccleſie prouiſione, ſufficeret taci-
tus conſenſus, ſm Innocē. in. c. in geneſi. col. ij. de electio circa me-
dium. tutum tamen eſt vt per collegium aſſumātur, ſm Panor. d.
c. quia propter.

Summarium.

1 Scrutatores electionis in numero ternario debent aſſumi, ⁊ et
quare.
2 Firmius ac tutius eſſe cenſetur qd pluribus cōmittitur.
Forma electionis ſeruari nō pōt ſi in collegio ſint, q̄tuor pauciores.
3 Conſenſus mutuus electorum ſufficiet vbi pauci ſunt eligentes.
Electores non debent compelli ad transferendum in alios ius ſuū.
4 Lex ligare non dicitur, que de facto ſeruatu impoſſibilis inuenit.
Forma cōpromiſſi voluntatis eſt, non neceſſitatis.

¶ Capitulum. xxiij. tertie partis.

TErtium ſubſtantiale ele-

1 ctionis per ſcrutinium eſt: † vt dicti ſcrutatores aſ-
ſumant in ternario numero: ⁊ nō plures nec paucio
res q̄ tres: ⁊ licz aliq dixerint hunc ternarium nume-
rum non eſſe de ſubſtantia: ſicut Vincen. ⁊ Tan. ta-
men Jo. and. ⁊ Panor. in. c. quia propter. tenent q ſit de ſubſtātia
electionis per ſcrutinium: vt tres aſſumant. ⁊ idem tenet Hoſtien.
in ſumma titu. de electioni. §. qualiter facienda. colū. iij. verſicul.
aſſumantur tres. ⁊ hec eſt cōmunis opiñ. pro quo facit textus. in. l.

ſi vnus.C.de teſta.vbi habetur, qḋ ſi vnus ex ſeptē teſtibus requi-
ſitis defuerit in teſtamento iure deficit ipſum teſtamētū. ¶ Ratio
autem quare tres aſſumuntur eſt duplex: prima vt dicti tres faciliꝰ
conueniant. argu. l. item ſi vnus. §. principaliter tamen. ff. de arbi.
Secunda ratio eſt: vt negotium fideliꝰ tractetur. ar. l. queſtionē.
2 C. de fideicōmiſ. † ſimileꝰ eſt qḋ pluribus cōmittitur. c. pruden-
tiam. de offi. dele. has rationes ponit Hoſti. in. d. §. qualiter faciē-
da. col. iiij. que ſunt perſuaſiue: ſed non neceſſario cōcludentes. eaſ-
dem rationes ponit Jo. and. in. c. quia propter de elec. col. penult.
¶ Et aduerte qḋ ſi in collegio non eſſent niſi duo aut tres: tunc nō
poſſet ſeruari hec forma. & tunc eſſet ſequenda opi. Goffre. in. c. j. de
elec. vbi dicit qḋ cum pauci ſunt in collegio non tenentur ſeruare ali-
quam formam. vnde poſſunt procedere ſine forma ſcrutinij & cōpro-
miſſi eligendo more antiquo. hanc opi. recitat Panor. in. c. j. colū.
ij. de ele. & Jo. and. in eo. c. j. col. ij. & idem tenet ipſe Joā. and. in. d. c.
quia propter. & Jan. in. d. c. quia propter. col. ij. dicit qḋ cōſtitutio
dicti. c. quia propter. non habet locum niſi vbi ſunt quatuor ad mi-
nus: qḋ ex eo apparet: quia tex. dicit aſſumātur tres fide digni. pre-
terea dicit preſentibus omnibus: quod ad minus de tribus intelli-
3 gi oportet: † vbi ergo pauciores ſunt, pñt eligere quomodocūꝗ
volunt: dummodo mutuus cōſenſus hincinde proueniat: & hoc cō-
ſtet. Hoſti. tamen voluit tenere qḋ in caſu premiſſo procedendū eſt
per viam cōpromiſſi aut inſpirationis ſeu quaſi. & ita dicit procedē-
dum quando dictus caſus contingeret: & eum vide in titu. de elect.
in. §. qualiter faciēda. col. v. verſi. ſed quid ſi tam pauci. Panor. tñ
opi. Hoſti. reprobat in. d. c. quia propter. col. viij. dicens qḋ in pre-
libato caſu. quando propter paucitatem non poteſt ſeruari forma
ſcrutinij, non debeat compelli ipſi electores ad transferendum ius
ſuū in alios: quia preſumptio eſt quod ipſi de collegio fideliꝰ tra-
4 ctabunt negotium proprium & eccleſie eorum: ꝙ aliſ. ¶ † Item qꝛ
lex non ligat quādo de facto ſeruari non poteſt. l. j. §. dies. ff. quādo
appel. ſit. & c. erit autem. iiij. diſt. vbi tex. erit autem lex honeſta iu-
ſta poſſibilis. non ergo ligat hos paucos forma ſcrutinij propter fa-
cti impoſſibilitatem: nec forma compromiſſi: quia illa eſt volunta-
ria vt ſupra dictum eſt: preſertim quando eſſent duo tantum in col-
legio vel vnus, quibus caſibus dixerunt Jan. & Compoſtel. qḋ ſuffi-
cit mutuus conſenſus eorum ſine alia forma: qḋ etiam voluit Joā.
and. in regula, in toto. in mercurialibus. col. j. & ſi ſit vnus tantum,
non eſt opus ꝙ coram teſtibus exprimat cōſenſum ſuū, & poſtea eli-
gat, & electionem publicet: ſed poterit ab electione incipere: quia cū
tunc nō ſit ſeruanda forma, ſatis eſt qḋ ſuum cōſenſum exprimat:
qḋ ſufficienter facit eligēdo. pro quo vide Jo. and. in dicta regula,
in toto. in mercurialibus.

Summarium.

1 Scrutatores de collegio ad quod pertinet electio aſſumendi ſunt.
Electio cōpetere poteſt aliqñ his qui non ſunt de collegio.
2 Scrutatores quare de collegio eſſe debeant eccleſie vacantis.
Scrutatores quales eſſe debeant.
3 Electio nō caſſatur ob ſcrutatorum infamiam.
Teſtis inſtrumentarius excōicatus deponere poteſt.
4 Scrutatores electionum quale preſtare debeant iuramentum.
Forma iuramenti in electione preſtandi qualis.
5 Iuramentum electorum eſt de electionis ſubſtantia.
Procuratorem conſtituens ad eligendum iurare debet.
6 Eligentes an teneantur ſemper magis idoneum eligere remiſſiue.

¶ Capitulum. xxiiij. tertie partis.

1 Quartum ſubſtātiale ele-
ctionis per ſcrutinium eſt: † vt ſcrutatores ſint de
collegio, ſm Jano. Jo. and. & Panor. in. d. c. quia
propter. & licet ſint ſuper hoc opiniones: tñ hoc. ſ.
ꝙ ſint de collegio tenēdo ſeruitur verbis conſtitu-
tionis. c. quia propter. ſꝫ Jo. and. col. iiij. d. c. quia. quod eſt faciens dū
l. j. §. ſi is qui nauē. de leg. iij. & intelligit Jano. in. d. c. quia ꝓpter.
col. ij. qḋ iſti ſcrutatores aſſumantur de collegio eligentiū ſeu electorū
non autē de collegio eccleſie vacātis. & hoc dicit Jano. pro eo qꝛ ali-
quando electio pertinere pōt ad alios qui nō ſunt de collegio eccle-
ſie vacantis: vt ex cōſuetudine. aut ex priuilegio. c. cum dilectus. de
cōſuetudine. & c. cū eccleſia ſutrina. de cā. poſ. & proprie. & c. abbate.
2 de verb. ſigni. vt ſupra dixi in prima parte. † Ratio autē quare ſcru-
tatores debēt eſſe de collegio qḋ habet eligere eſt: quia preſumptio
eſt qḋ illi de collegio fideliꝰ tractabunt negotiū electionis. c. cum
in officijs. de teſta. & l. ſed & ſi. §. cōſuluit. ff. de peti. hered. & l. de tu-
tela. C. de in integ. reſti. cū alijs ſimilibus. & hanc rationē ponit Ho-
ſtien. in ſumma de elec. §. qualiter facienda. verſi. de collegio. & ibidē
addit aliam rationem dicens non eſſe honeſtum vt illi qui nō ſunt
de collegio ſciant conſcientiā illorum de collegio. ita dicit Hoſtiē.
in dicto verſi. de collegio. Et debēt tales ſcrutatores eſſe viri hone-
ſti ac fide digni: vt eſt tex. in. d. c. quia propter. Et ratio eſt ſm Ho-
ſtien. in. d. verſi. de collegio. quia ſi negantur cōſenſus ſtatur teſti-
monio omniū vel duorum: ergo debent eſſe omni exceptione maio-
3 res. c. ad noſtram. de proba. de conſang. & affini. c. ex literis. ¶ † Et
ꝗuis dicti ſcrutatores eſſent infames, non ex eo electio caſſabitur:
immo recipietur eorum teſtimoniū, ex quo ſemel fuere approbati
per electores: nec poterunt per eos reprobari. arg. c. nulli epiſcopo-
rum. de accuſa. & c. in preſentia. de ſentē. excom. & l. ſi vxor. §. ſi. ff. de
adulte. optimum argu. qḋ non poſſint repelli niſi propter crimen
poſtea cōmiſſum, habes in. c. preterea. de teſti. cogen. & in. c. ſi. §. vlt.
de purga. cano. ſimile habes de teſte excōmunicato: qui ꝗuis non
poſſit ferre teſtimonium. c. veniens. in. ij. de teſtib. & c. decernimus.
de ſenten. excom. in. vj. fallit tamen vbi eſſet teſtis inſtrumentarius
vt tenet do. Feli. in. d. c. veniens. col. x. Et qḋ propter infamiā ſcru-
tatorum non caſſetur electio alia canonica: ita tenet Hoſti. in ſum.
4 tit. de elec. §. qualiter. verſi. ſed eſt. ¶ † Facta aūt ſcrutatorum ele-
ctione, atꝗ creatione, & onere ſcrutandi p ipſos ſcrutatores aſſum-
pto, dicti ſcrutatores in manibus eius qui collegio preſidet, aut in
manibus alterius cui a capitulo fuerit cōmiſſum, debēt preſtare iu-
ramentum rōne officij eorum: ſcꝫ ꝙ diligenter, & ſecreto, & fideliter
ſua vota atꝗ aliorum abſꝗ fraude ſcrutabūtur. Et item quia dicti
ſcrutatores, vt ſupra dixi, ſunt de collegio qḋ habet eligere, preſtāt
iuramentum aliud in manibus eius q preſidet ſub hac forma. Ego
N. iuro & promitto omnipotenti deo. & N. ſancto vel ſancte, ſub cu-
ius vocabulo dedicata eſt hec eccleſia, eum eligere quem credam fu-
turum eccleſie in ſpiritualibus & tēporalibus vtiliorem: nec illi vo-
cem dare quem veriſimiliter ſciuero promiſſione, aut datione ali-
cuius rei temporalis, ſeu prece, per ſe, aut per alium interpoſitis,
aut alias qualitercūꝗ directe, vel indirecte pro ſe electionem procu-
5 rare: † qḋ iuramentum eſt de ſubſtantia electionis hodie ex diſpo
ſitione Baſilea. vt eſt tex. in pragmati. in ti. de elec. §. ad locum vero
electionis. de quo dixi in prima parte in. xxiij. requiſito quo ad eli-
gentes. O ſtupenda iuramenti forma: que multos vt dubito tecū
ad tartareas pallentes vmbras trahis. Et ſimile iuramentum ha-
bent preſtare omnes eligentes in manu preſidentis: & ipſe preſidēs
in manibus eius qui eum immediate ſequitur. in. d. §. ad locum. eſt
tex. ad literam in pragmatica. Et debet etiam preſtare idem iura-
mentum ille qui electioni intereſſe non pōt in caſu quo poteſt con-
ſtituere procuratorem: quādo dat ei mandatum de eligenda certa
perſona. Si vero conſtituatur procurator ad eligendum ſine ſpeci-
ficatione certe perſone: tunc procurator habet iurare: vt habetur in
6 d. §. ad locum. † an autem eligentes teneantur ſemper eligere ido-
neiorem: vide in. c. licet. viij. q. j. & c. metropolitano. lxiij. diſt. & Ar-
chidia. & Domi. in. d. c. licet. glo. in verbo, magis vtilem. in. c. conſti-
tutis. in ſecundo. de appel. que glo. ponit duas concluſiones. et ibi
vide Panor. col. iij. qui notabilem diſtinctionem ponit, & bene ma-
teriam declarat poſt Bart. in. l. cum quidam. de lega. j. & poſt alios
docto. & vide Barto. de belenꝫ. in addi. ad Panor. in. d. c. conſtitu-
tis. in ſecundo. in additione poſita ſuper verbo, conſcientia. vide ēt
domi. Gulielm. in glo. poſita in verbo, vtiliorem. titu. de electi. in. §.
ad locum. & ibi per eum an electio facta de idoneo cum poſſit fieri
de idoneiore ſit valida propter iuramenti formam: que requirit
vtiliorem.

Summarium.

1 Vota electorum in electione per ſcrutinium ſecreto debent exquiri.
Daniel ſceleratos ſenes ſingulatim & ſecreto examinauit, vt verita-
tem faciliꝰ erueret.
2 Scrutatores ſeorſum ab eligentibus ſeparati eſſe debent.
Teſtes in ſcrutinio admitti poſſunt.
Teſtium arduis negotijs adhiberi debent in teſtium examina-
tione.
3 Teſtes plures ad deponendum cōmiſceri non debent.
4 Scrutatores aliqui ſi moriantur aut infirmitate grauentur, ſic qḋ
ſcrutinium ceptum abſoluere nequeant, debent alij in locum eorū
ſubrogari.
Sacramenta ab vno cepta presbytero expleri poſſunt ab alio.
Scrutinium vno die pluribuſve continuari poteſt iuxta ſcrutando-
rum numerum.
5 Scrutinio prolixiorem requirente temporis tractū ad neceſſaria
nature diuerti poteſt.

¶ Capitulum. xxv. tertie partis.

1 Quintum ſubſtantiale ele-
ctionis per ſcrutinium eſt, quod † vota ſingulorū in
ſecreto exquirantur: vt quiſꝗ electorum poſſit libe-
rius loqui, & ſuum manifeſtare votum. tex. in. d. c. qꝛ
propter. in verbo, ſecreto. & ibi Jano. Jo. and. & Panor. & ratio eſt
quam dixi: vt liberius &c. & ne vnus inſtruat aliū. glo. in. c. venera-
bili. de

biſi.de teſti.in verbo,ſigillatim.exemplo Danielis qui ſigillatim,
ac ſecreto ſenes ſceleratos interrogauit,veritatē inquirēdo,vt ha-
betur Danielis.c.xiij.hoc etiā tenet Hoſtiē.in ſum.in.§.qualiter.
ti.de electio.ver.qui ſecreto.bene facit gloſ.in.c.cū cauſam.in pri-
2 mo.de teſt.in verbo procures.⁊ tex.in.l.nullum.C.de teſti. †Debēt
ergo ſcrutatores adire locū in ſecretū ſe ſeparando a conſortio eli-
gentiū,vt eſt tex.in.c.in cauſis.de electio.dum dicit ad tractādum
de electione ſeceſſiſſent in partem,non eſt tamen intelligendum ꝙ
electio ſeu ſcrutinium debeat ſic fieri ſecreto,quin poſſint admitti
aliqui teſtes vna cum ſcrutatoribus,ſed ſic debet fieri ſecreto, qꝺ il
li de collegio nihil audiant,neqꝫ percipiant de aliorum ſcrutinio.
Et qꝺ poſſint adhiberi ī actu ipſius ſcrutinij duo teſtes pluresve,
ſic tenet Inno.in.d.c.qꝛ propter.col.j.⁊ Panor.in eo.c.col.vj.nā
in negotio graui atqꝫ ponderoſo cautū eſt,vt in examinatione te-
ſtium aſſumantur aliqui teſtes qui audiant depoſitionē cuiuſlibet
teſtis,vt ſi teſtes deponentes vellent poſtea dicere ſe aliter dixiſſe,
ſeu depoſuiſſe ꝙ ſit ſcriptum,veritas pandatur per eos teſtes qui
depoſitioni interfuerunt,⁊ ita tenet Panor.in dicto.c.cū cauſam.
in primo.col.ij.verſi.venio ad glo.pro hoc facit dictū Hoſti.in.c.al
bericus.de teſti.qui dicit dicta teſtium poſſe per alios teſtes: tunc
adhibitos probari.ad hoc eſt tex.in.c.vt officium.de hereti.in.vj.
q tex.vult vt in examinatione teſtium in cauſa hereſis adhibeātur
due perſone religioſe,nec obſtant iura que volūt teſtes ſigillatim
3 examinari,vt in.c.venerabili.de teſti.cum multis ſimilibus.†nam
illa intelliguntur qꝺ plures teſtes non debēt commiſceri ad ſimul
deponendum ne vnus alium inſtruat.¶ Et nota ꝙ iſti teſtes qui
adhibentur in ſcrutinio,nec etiam ſcrutatores debent aſſumi terri
biles:ſic ꝙ incutiant ipſis electoribus terrorem,vt aliqui potētes
qui vellent fauere alicui ſi poſſent,⁊ ſi tales aſſumerentur eſſet iu-
ſta ⁊ ſufficiens cauſa appellandi.ſic tenet Hoſtiē.in ſumma de ele-
ctio.in.§.qualiter facienda.verſi.qui ſecreto.⁊ ita etiam tenet Jo.
and.in dicto.c.quia propter.col.penul.⁊ Panor.in eodem.c.col.
vj.¶ Et nota ꝙ in aſſumptione iſtorum ſcrutatoꝝ maiori parti eſt
deferendum.Joan.and.poſt Compoſtel.et Vinc.in dicto.c.quia
propter.col.ij.per.l.quod maior.ff.ad municip.bene facit text.in
4 c.j.et.c.ex ore.de his que fiunt a maiori parte capituli.†Item ad-
de quod ſi aliqui ex ſcrutatoribus moriantur, ſeu infirmitate gra-
uentur,ſic ꝙ ceptum non valeant abſoluere ſcrutinium, aſſumen-
tur alij loco eorum, et tales ſubrogati inquirent vota inquiſito-
rum,ſm Inno.in dicto.c.quia.col.ij.circa principium.et ſequitur
Innocen.Joan.an.in eodem.c.col.ij.in fine.pro hoc adducit text.
in.c.nihil.vij.q.j.vbi ſi iam cepta ſacramenta per preſbyterum nō
poſſint per eundem perfici per alium loco infirmi ſubrogatū per-
ficiantur.¶ Adijcias quoqꝫ qꝺ ſi tot fuerint ſcrutandi ꝙ vna die
non poſſit ſcrutinium terminari,continuetur in ſequentem,et ſic
deinceps,ſi ſint tot numero ſcrutandi ꝙ vno aut duobus diebus
non poſſit ſcrutinium finiri.Innocen.in.d.c.quia.col.ij.verſi.Itē
ſi non poteſt.ſic etiam tenet Jo.an.in dicto.c.quia propter.col.ij.⁊
ita placere dicit Hoſtien.pro hoc facit text.in.c.conſuluit.de offic.
5 delega.⁊.l.cum antiquitas.C.de teſtamē.†Et ſic ſi ita ſit ipſum ſcru
tinium prolixum poterit diuerti ad negotia nature neceſſaria,vt
ad cibum ſumendum vel ad aliam corporis neceſſitatem.arg.dicte
l.cum antiquitas.

Summarium.

1 ☞ Electorum vota ſingulatim ſunt inquirenda:nec bini ſunt ſi-
mul ad ſcrutinium vocandi.
2 Scrutatores nominatim vocare debent eligentes.
Adiurationis forma electoribus per ſcrutatores ſienda.
3 Eligens indignum graui damno afficit ſemetipſum.
Mens cupiditate ligata iudicio agere non poteſt libero.
4 Exhortatio congrue per preſidentem capitulo ſieri debet de ido-
neo eligendo.
5 Periurium tanto penalius,quanto id per qꝺ iuratur ſanctius.
6 Scrutandus eſt primo primam vocem habens in capitulo.
Scrutatores quare primo ſeipſos ſcrutari debeant.
7 Forma qualis in ſcrutinio declarandi vota.
Scrutandi ſcrutatorum vota legere non debent.

¶ Capitulum.xxvj.tertie partis.

Extum ſubſtantiale ele-
1 ctionis †per ſcrutiniū eſt,vt dicti ſcrutatores ſcru-
tent ⁊ inquirant vota eligentiū ſigillatim.non enī
debent electores vocari ad ſcrutinium bini ⁊ bini,
nec terni et terni,ſed ſingulariter,⁊ ſigillatim vnꝰ
poſt aliū,vt eſt tex.in.d.c.qꝛ propter.de electio.in verbo,⁊ ſigilla-
tim vota cunctorū ⁊c.ſic tenet Jo.an.in.d.c.quia.col.v.⁊ Panor.
in eo.c.col.vi.⁊ Hoſti.in ſum.titu.de electio.§.qualiter.verſi.q ſe-
creto.⁊ ſigillatim.ſic fit in teſtiū examinatione.c.venerabili.de te-
ſti.⁊.l.nullum.C.de teſti.exemplo Daniel.vt.ſ.dixi.Dicit Spe.
ti.de electio.ij.ad electionē celebrandam.verſi.hoc facto. Et dicit
2 Inno.in.d.c.quia.col.ij.†ꝙ ſcrutatores debēt nominatim vocare ſin-
gulos electores ad ſcrutinium,nec ſufficit generaliter vocare ſic,ſcꝫ
venite ad ſcrutinium qui ſcrutandi remanſiſtis. ¶ Et ſolent dicti
ſcrutatores habere miſſale,⁊ ſacrā crucem ante ſe,⁊ adiurare ipſos
eligentes ſub hac forma,poſitis manibus ſuper,te igitur,⁊ cruce,
flexis genibus per ipſum ſcrutandum dicti ſcrutatores adiurant.
Nos.N.et.N.et.N.ſcrutatores pro nobis ac noīe,ac vice mandato
atqꝫ cōmiſſione dn̄orum de capitulo,ex poteſtate nobis per capi-
tulū attributa adiuramus vos.N.conſcrutatorē noſtrum ſi ſit con-
ſcrutator,vel coeligentē noſtrū,per patrem,filiū ⁊ ſpiritū ſanctum
vt ſemotis quibuſcūqꝫ fauoribus,odijs ⁊ rancoribus,ſm deum ⁊ cō
ſcientiam veſtrā,in illū votū veſtrā dirigatis,⁊ illū nominetis pre-
ſiciendū in prelatū eccleſie.N.nunc vacantis quē in ſpiritualibus ⁊
temporalibus reputaueritis vtiliorē. hec adiuratio habetur ex.c.
conſtitutis.in.ij.de appel.⁊ ex Speculatore in ti.de elec.§.j.verſi.
hoc facto.vbi ponit talia verba.Et ſcrutatores dicent ſcrutando ſe
3 creto,†frater,ſicut boni operis ſibi comparat fructū qui rectū te-
net in eligendo pontifice iudiciū.ita graui ſemetipſum afficit dā-
no,qui ad ſue dignitatis collegiū ſublimat indignū,vt.lxi.diſt.mi
ramur.⁊ ideo deū pre oculis habēs cuius nunc cauſa tractatur,nō
facias tibi cum ⁊ apoſtolos eius aduerſarios,cuius vicariū eligere
debes,vt.xxv.diſt.c.ab exordio.de ſacra vnc.c.j.§.per frontis. non
te abducant odiū,amor vel fauor,que humanos ſolent peruertere
ſenſus.iij.q.v.c.accuſatores.xi.q.iij.c.quatuor.non timor,non pe-
cunia.lxxix.diſt.ſi quis pecunia.non lucro tuo proſpicias,ſed vtili
tati cōi.non enī libero iudicio preferendam ſibi examinat perſonā
mens quā cupiditas ligat.viij.q.ij.c.dilectiſſimi.vij.q.j.c.ſcias.de
poſtula.prela.bone.j.preferas tue matris eccleſie ſalutē tue terre-
ne voluntati.ideo adiuramus te per deū viuū,⁊ in virtute ſpiritus
ſancti,⁊ ſub periculo anime tue,qꝺ conſentias in eū,⁊ eum noīes,
in quem ex voto conſentis,⁊ qui in temporalibus ⁊ ſpiritualibus
tibi videri debeat melior ⁊ vtilior eccleſie,⁊ ſanctior,⁊ per quē me-
4 lius iura poſſint eccleſie defenſari.viij.q.j.licet ergo. ¶ †Exhorta
tio que preponitur per Spe.ante adiurationē que ſit per ſcrutato
res melius iudicio meo congrueret preſidenti in capitulo in princi
pio ciuult recipere iuramentū in manibus ſuis ab ipſis eligentibꝰ
vt eos exhortetur ad eligendū eccleſie vtiliorem,iuxta formā iura
menti per eos preſtandi,eiſdem demonſtrando merita que conſe-
quentur electores ex boni prelati electione,atqꝫ etiam pericula in
quibus ſeſe ponunt illi qui malū eligunt prelatum:cum ſint cauſa
multorū malorū,quā remōſtrationē relinquo peritie ac grauitati
preſidentis.Et qꝺ ſupra dixi de,te igitur,ac cruce prepoſitis, non
reperi iure cautum,ſed ita obſeruari vidi,⁊ bene ad maiorē timorē
5 incutiendū iurantibus ſeu adiuratis.†quanto etenī per quod iu-
ratur magis ſanctū eſt,tanto magis eſt penale periuriū.c.monet
te.xxij.q.j.de tactura euangeliorū ꝑ electores vt illa requiratur ꝑ
forma non eſt expreſſum in pragmati.ſed ſufficit vt electores iurēt
in manibus preſidētis,vt ſupra dixi.ſolent tamen dicti preſidētes
tenere miſſale ⁊ ſacram crucem,⁊ iurant eis appoſitis manibꝰ ſupra
ſacram crucem ⁊ miſſale genibus flexis preſtant iuramentū,qꝺ eſt
plurimū cōmendandū,vt ſcꝫ dicti electores magis,ac magis indu
cantur ad eorū debitū exequendū,qꝛ ſe in maiori periculo cogno-
uerunt ſi deuient ab eo qꝺ ſeruare tenent ratione iuramenti ſuper
re religioſa preſtiti.de tactura euangeliorū,aut alterius ſcripture,
vide Panor.in.c.fraternitatis.de teſti.col.viij.et penul.et Feli.in
eodē.c.col.penul.et eoſdem vide in.c.tuis.de teſti.⁊ vide in mate-
ria iuramenti,glo.in verbo,tacta.de hereti.in cle.j.quā glo.ſingu.
dicit Panor.in.d.c.tuis.col.penul.vide quoqꝫ Bal.in aut.ſacra-
6 menta puberum.C.ſi aduerſus vendi.¶ †Preterea adde ꝙ dicti
ſcrutatores debent primo ſcrutari illum qui habet primā vocem in
capitulo.c.auditis.de electio.⁊.ff.de albo ſcribendo.l.j.⁊ ita tenet
Spec.in titu.de electio.§.j.verſi.hoc facto.deinde debent ſeipſos
ſcrutari,vtputa duo tertiū.et ille tertius cū altero ſuo collega aliū
et duo iam inquiſiti aliū non inquiſitum.Ratio autē quare debēt
primo ſcrutari ſeipſos ipſi ſcrutatores eſt:ne fraus in electione cō-
mitti poſſit.nam ſi primo dicti ſcrutatores alios ſcrutarētur duo-
bus noīatis in ſcrutinio poſſet dependere a voluntate ipſorū ſcru-
tatorum alteram electionum facere meliorem cum aliorum vota
ſint ſibi nota,quā rationē ponit Joan.and.in dicto.c.quia.col.iij.
poſt Innoc.Abb.antiqui,⁊ Compoſtell.et eos ſequit Panor.
7 in eodē.c.quia.col.iij.circa ſinē.¶ †Facta adiuratione per dictos
ſcrutatores reſpondere debet ille quem ſcrutatores ſcrutati ſunt
ſub hac forma.Ego.N.Archidiaconus aut canonicus ſeu mona-
chus eccleſie.N.nunc vacantis cōſcrutator(ſi ſit ex ſcrutatoribus)
in ordinibus ſacris conſtitutus ſciens.N.virum bone vite ac con-
uerſationis honeſte in ſacris conſtitutum, ideo in dictum.N con-
ſentio eligendum in prelatum eccleſie.N. nunc vacantis, votum
meum in ipſum dirigendo:et ſi talis elector inquiſitus ſciat ſcribe
re,ſolet ſe ſubſignare ad maiorem cautelam.et ſic fieri debet de ſin
gulis electoribus,donec omnes fuerint inquiſiti.Et aduertāt di-

eti ſcrutatores ut ſcrutandi legant vota iam ſcrutatorũ, ⁊ ſic teneãt
vnum rotulum qđ plicetur: ſic ꝙ nullo modo poſſint inſtrui inqui
rendi ex votis iam preſtitis. hanc cautelam ponit Hoſti. ti. de ele
ctio. §. qualiter. verſi. poſſet etiam.

Summarium.

1 Electorum cunctorum vota ſunt in electione ſcrutanda.
Omiſſio ſcrutandi vnum ſolum electionem reddit inualidam.
2 Vocatio abſentium non eſt de electionis ſubſtantia.

Capitulum. xxvij. tertie partis.

Septimũ ſubſtantiale ele

1 ctionis † per ſcrutiniũ eſt, vt vota oim̃ qui habent
eligere exquirant, vt eſt tex. in. d. c. quia ꝑpter. cũ
dicit, vota electorum exquirãt. ſic ꝙ etiam ſua vota
debent ſcrutatores ſcrutari, modos forme quibus
ſupra dixi in. vj. ſubſtantiali. pro quo vide Innoc. in dicto. c. quia.
col. ij. ſuper verbo, cunctorum. ⁊ Jo. an. in eodẽ. c. col. iij. et col. v. ſic
tenet Spec. ti. de elec. §. j. verſi. ſi ergo viam. vbi dicit vota cuncto
rum nullo omiſſo. ſic tenet Hoſtiẽ. in ver. vota. §. qualiter. titu. de
elec. ⁊ Panor. in eodẽ. c. quia. col. vj. vnde ſi vnius ex preſentibus
omitteretur votũ, nõ valeret electio. hoc tñ eſt intelligendũ quãdo
omitteret vnus ex vocatis, dũmodo ſit preſens, ſm Hoſti. in dicto
verſic. vota. ſuper quo vide Panor. in. d. c. qr. col. vj. vbi tenet qđ ſi
aliquis ex eligentib⁹ nõ vocaret ad electionẽ, licet eſſet vocandus,
2 nõ redderet electionẽ nullã conteptus illius vocandi: † cũ abſentiũ
vocatio non ſit de forma ſubſtantiali electionis, vt ſupra dixi. tamẽ
ſi aliquis ex preſentibus non ſcrutaretur ſed omitteretur, non va
leret electio, quod nota.

Summarium.

1 Scrutatorum vota ſunt in ſcriptis redigenda.
2 Vota eligentium an debeant in ſcriptis redigi per notarium.
3 Scrutatoribus potius creditur ꝙ̃ ſingulis eligentibus.
4 Notarius proceſſum electionis conficiens qua ratione poſſit lai
cus eſſe.
5 Scriptura eſt de electionis per ſcrutinium facte ſubſtantia.
Scriptura non eſt de ſubſtantia gratie per papam vel principem
conceſſe.
6 Jus parti queſitũ per conceſſionem pape nõ expirat ante literas
de ipſa confectas papa moriente.

Capitulum. xxviij. tertie partis.

Octauum ſubſtantiale ele

1 ctiõis per ſcrutiniũ eſt, vt † vota exqſita in ſcriptis
redigant. tex. in. d. c. qr. cũ dicit in ſcriptis redacta.
Inno. in eo. c. col. j. vbi dicit ꝙ vota in ſcriptis re
digant, ſiue per eoſdẽ ſcrutatores, ſiue per vnũ ta
bellionẽ, ſiue per vnũ vel duos viros idoneos, cũ alr̃ cõſtare nõ poſ
ſet. c. qm̃ contra. de pba. et dicit Jo. an. in. d. c. quia. qđ ex eo ꝙ tex.
non dicit in ſcriptis publicis ſeu authenticis. putat ſufficere vota
ſcrutatorũ redigi in ſcriptis per manũ priuatã. Hoſti. autẽ in. d. §.
2 qualiter. ver. ⁊ in ſcriptis. dicit † ꝙ vota eligentiũ debent redigi in
ſcriptis per tabellionẽ, aut per ipſos ſcrutatores tres manu pro
pria videntib⁹ inquiſitor: ⁊ hoc vltimum putat tutius dictus Ho
ſti. Panor. in. d. c. qr. col. iiij. in princ. dicit ſe credere eſſe de mente
tex. d. c. quia. qđ ipſimet ſcrutatores per aliquem eorum debeant
vota redigere in ſcriptis priuatis. nam in hoc officio eis delato cre
ditur eis, licet multa mala poſſint facere, ſed non preſumit. ad hoc
3 bo. tex. in. c. cum dilecti. de electio. † vbi magna fides adhibet ſcru
tatorib⁹, vt potius eis credatur ꝙ̃ ſingulis eligentibus, qui in ſuis
dictis in caſu ſcrutiniũ deponentes non poſſunt deponere niſi ſin
gulariter. pro quo vide qđ no. Bart. in. l. quidã relegatus. ff. de re
bus dub. tamen cõmuniter tenetur vt poſſit adhiberi notarius. et
vt ſupra dictum eſt in. §. Creatione vicariorum facta. in tertia par
te. in. c. v. in principio. aſſumuntur notarij teſtes, ⁊ literarũ executo
res, atq; ſyndicus, qui omnes in principio iurant, vt malicijs ho
minum obuietur, que hodie (vt patet) maxime ſunt, vidi alr̃ duos
adhiberi notarios in actu electionis, vt maior fides ſcriptis eorũ
adhibeatur, nam quanto plures ſunt tabelliones maiorem fidem fa
ciunt eorum ſcripta. gl. in verbo, tabularijs. in §. hinc nobis. in au
thẽ. de heredi. ⁊ fal. col. j. Et talis notarius ſeu notarij poſſunt eſſe
laici, ſm Cõpoſtella. Panor. ⁊ Jo. an. in. c. quia propter. de electi,
pro quo ſm Jo. and. facit. c. primum. de procura. lib. vj. et conſue
tudo etiam hoc approbat que in talibus ſatis operatur. c. cum di
lectus. de fide inſtrumento. Et cum his conuenit Specula. in
titu. de inſtrumen. edi. §. reſtat. verſ. quid ergo ſi tabellio. tamen
contrariam opinionem tenent Gui. na. Abbas antiquus. Egidi.
et Hoſti. et dicunt ꝙ ea de cauſa, quia in electione epiſcopi Placẽ
tini fuerat adhibitus notarius laicus, eius electio fuit caſſata. ad
4 hoc allegant. c. meſſana. de electio. † Ratio autem eſt quare poteſt
eſſe laicus notarius conficiens electionis proceſſum. ſm opinionẽ
primam: quia notarius ſcribendo proceſſum electionis nullam au
toritatem impartitur, neq; aliqđ ius ſpirituale exercet, ſed prebet
ſeu exercet nudum miniſterium ſeu officium quemadmodum pcu
rator in re ſpirituali, qui non repellitur a procuratione, vt in. c. j.
de procur. in. vj. ſuper hoc vide que dixi in primo requiſito quo ad
eligentes, et ea que adduxi in tertia parte in. c. xviij. in. §. Sed cir
ca premiſſa. vbi tractaui an laicus poſſit eſſe compromiſſarius in
prelatorum electionibus. opinio Panor. ⁊ Jo. and. videtur pro
babilior per rationes ſupra adductas, nec facit in cõtrarium. c. me
ſana. quia loquitur de laico coeligente, qui non poteſt eligere cum
clericis. ſed ꝙ laicus non poſſit ſcribere vel tanꝙ̃ director electio
nis, vel vt teſtis electioni intereſſe, hoc non dicit dictũ. c. quare nõ
5 obſtat. † Et nota hic eſſe caſum in quo ſcriptura eſt de ſubſtan
tia actus. pro quo vide gloſ. ꝗ hoc tenet in. c. romana. de cenſibus.
in. vj. que glo. enumerat caſus in quib⁹ ſcriptura eſt neceſſaria. quã
gl. ſing. dicit ibidẽ Phi. Fran. ⁊ Panor. in. c. ex tenore. de ꝯceſſio.
preb. vel eccleſie nõ vacã. in primo notabili. Et his accedere põt
qđ de ſubſtantia gratie non eſt ſcriptura. ⁊ ſic ſi papa aut princeps
confert alicui aliquod beneficiũ, aut aliquã gratiã facit, ⁊ ante lite
ras confectas papa, aut princeps mortẽ obeat. non propterea gra
tia expirat, ſm Archi. in proemio ſexti in. §. vniuerſitati. et ita ſe
quitur Joan. an. in dicto. §. vniuerſitati referens ſe ita conſuluiſſe
adducendo. c. inſtitutionis. xxv. q. ij. et ibi per glo. pro quo text. in
cle. dudum. de ſepultu. circa fin. in verſi. nos etenim. et ſic ſcriptura
non eſt neceſſaria in gratia que ſit per principem. ſed ſufficit ꝙ ali
ter poſſit probari. facit. c. ſi apoſtolica. de preb. in. vj. ⁊ ibi per Phi
li. Fran. ⁊ inſti. de dona. §. perficiuntur. nam imperialis donatio nõ
eget ſcriptura. l. ſancimus. §. exceptis. C. de donatio. ⁊ idem tenet
Inno. in. c. conſtitutus. in prin. de reſcrip. Et dicit Jo. an. in. d. §.
6 vniuerſitati. † ꝙ ius queſitum parti per conceſſionem factam p pa
pam per eius mortem non expirat, ſi litere nõ fuerint facte. ſed de
bent litere fieri tempore ſucceſſoris faciendo mẽtionem de conceſ
ſione predeceſſoris, hoc ſequitur Phi. fran. in. d. §. vniuerſitati. et
eſt hodie practica in curia Romana, vt ſi predeceſſor qui fecit gra
tiam moriatur ante bullas expeditas, vt ſucceſſor concedat bullas
ſuper ſignatura predeceſſoris. et tales litere vocentur litere de, ra
tioni congruit. nam congruit rationi vt ea que fuere conceſſa per
predeceſſorem (que ob mortis preuentionem non potuerant expe
diri) quatenus per ſucceſſorez expediantur. ſuper quo eſt hodie re
gula cancellarie romane ꝗ eſt octaua in ordine incipiens, item vo
luit qđ cõceſſa per predeceſſorem. ⁊ in materia qualiter de eſſentia
gratie non ſit ſcriptura, vide Bald. in. l. humanum. C. de legi. et in
l. ſi quis per calumniam. C. de epiſco. et cleri. vide quoq; regulas cã
cellarie Romane. ⁊ ibi gloſſatorem in regula. xxv. incipiente, item
voluit. et in regula. xxix. incipiente, itẽ ꝙ omnes ⁊ ſinguli. vbi po
nit aliqua notabilia dicta.

Summarium.

1 Publicatio votorũ eligentium eſt de ſubſtantia electionum.
Electio qua forma ſit per vnum ſcrutatorum publicanda.
2 Electioni contradicere poteſt aliquis ex electoribus.
Appellatio ne ſiat votorum publicatio nulla eſt.

Capitulum. xxix. tertie partis.

Nonum ſubſtantiale ele-

1 ctionis † per ſcrutinium eſt, vt vota electorum que
fuere redacta in ſcriptis per ſcrutatores aut per no
tarium ſeu notarios, illa publicentur in capitulo.
tex. in dicto. c. quia propter. cum dicit publicent.
ita tenent Joan. an. et Panor. in dicto. c. quia. ⁊ ſit huiuſmodi pu
blicatio in hanc formam. vnus ex ſcrutatoribus ex aliorum cõmiſ
ſione, ita dicet. vobis dñis de capitulo placuit iniũgere nobis. N.
et. N. ⁊. N. coelectoribus veſtris vt vota cunctorum ſcrutaremur, ꝗ
ſecreto et ſigillatim ſcrutati ſumus, ⁊ in ſcriptis redigi fecimus aut
redegimus (ſi ipſi ſcrutatores in ſcriptis redegerint) que vota ex ſo
ciorum meorum ac veſtra iniũctione publicare decreui, ideo vnuſ
quiſq; veſtrum ſi placuerit aduertat ad ſcripturam eorum cõtineat. ⁊
tunc alta et intelligibili voce incipiet ille talis legere vota ⁊ ratio
nes votorum que in ſcriptis appoſita fuere. et dicet: domini, eſt
ne aliquis qui contradicat huic ſcripture? et reſpondebunt om
2 nes quod non, ſi nolint contradicere. † qui autem contradicere vo
luerit, hoc facere poterit. et ſic eſt cautum vt ſcriptura ſiat per vnũ
aut duos notarios. et quod ſint duo teſtes, ne quis ductus peni
tentia poſſit ſuum reuocare votum, ⁊ dicere ſe aliter dixiſſe in ſcru
tinio quã ſit ſcriptum: nec poſſet quis appellare ne huiuſmodi pu
blicatio fieret. dicto cap. quia propter. et actus iſte publicationis
ſcrutinij non capit dilationem, ideo appellatio non admittitur.
ſimile

ſimile de appellatio.in.c.qua fronte. et.ff. de appellatio. recipiē. l.ſi res.

Summarium.

1 Publicatio votorum mox ſienda eſt.
2 Feſtinatio preceps reprobatur ſicut ⁊ moroſa cūctatio.
Nominantes indignum ſcienter in ſcrutinio non priuantur voce, niſi ſequatur electio.
3 Affectus ſeu conatus delicti perpetrandi non punitur effectu nō ſequuto.
4 Actus illicitus grauius punitur ꝙ ſolus affectus.
Electores variare poſſunt ante votorum publicationem.
5 Electores quando variare poſſint ſcrutinio publicato.

Capitulum.xxx.tertie partis.

Decimum ſubſtantiale di
1 cte electionis per ſcrutiniū eſt, † vt dicta publica-
tio fiat mox.tex.in.d.c.quia.et ibi Panor. ⁊ Joā.
andr. Hoſtien.in ſumma de electio.§. qualiter.in
verſi.mox.⁊ ſic ipſi ſcrutatores (qui vt ſecreti⁹ tra
ctarent negotium electionis in partem ſeceſſerant) congregabun
tur in capitulo vbi ſunt alij eligentes, ⁊ ibi in communi priuſꝙ ad
alios diuertant actus facient dictam ſcrutinij publicationem mo-
do et forma premiſſis.ſimile habes.ff.de verb.oblig.l.j.§. qui pre-
ſens.et in.l.heredes palam.§.ſi.ff.de teſta.⁊.C.de teſta.l.hac con-
ſultiſſima.vbi nullo actu extraneo intermedio teſtes omnes ſimul
nec diuerſis temporibus debent ſe in teſtamēto ſubſcribere ⁊ ſub-
ſignare, ⁊ q preſens interrogauit ſi anteꝙ reſponderetur ſibi, mox
diſceſſit, inutilem ſtipulationem.facit dicto.§.qui preſens. ⁊ licet
ſuper hoc ſint opiniones: tamen tutior opinio eſt vt mox publica
tio fiat, non tamen intelligas quod dicta publicatio fiat cum preci
2 piti feſtinatione. † nam moratoria cūctatio ⁊ preceps feſtinatio re-
probantur in.l.tutor.ff.de admini.tuto.§.l.in ſi.et in.l.j.§. non ſo
lum.ff.ad legem fal.nec enim quod precipitiuita certum deſerit or
dinem letos habet exitus. Preterea adde ꝙuis eligentes indignū
ſcienter ſint priuati illa vice poteſtate eligendi.c.cum in cūctis.de
elec.non ſunt tamen electores priuati poteſtate eligendi ex nomi-
natione de indigno ſcienter facta in ſcrutinio, niſi communis ele-
ctio ſequatur.in.c.perpetuo.alias incipit perpetue.de elec.li.vi. Ex
quo tex.infert Joan.an. ⁊ Phili.fran.ꝙ vbi pena imponitur ipſo
iure pro delicto non incurrit quis penam licet cogitauerit, ⁊ aliqd
attentauerit.ſed non perfecit delictum etiam ſi per ipſum non ſte-
terit, qđ dictum notabile reputat Domi.in dicto.c. perpetuo. de
quo idem Joan.and.in regula, in penis.de regu. iur.in.vi.de hoc
vide Bal.eleganti ſſime in.l.ſi quis non dicam rapere.C.de epiſc.
et cleri.col.j.ij.et ſi.et Barto.in.l.qui ea mente.ff.de fur.⁊ ibi Ale-
3 xan.in addi.ad Barto. † Et adde ſingulariter qđ etiam in foro
penitentiali ex ſola voluntate deliberata committendi delictum,
delicto non ſubſecuto (licet per impotentiam facti) non debet qs
puniri, ſicut ſi delictum actu fuiſſet perpetratū.⁊ ſic etiam quo ad
deum voluntas mala non habetur pro facto, ſed minori peccato ⁊
minori pena taliter peccantes debent aſtringi.pro hoc tex.eſt ſin-
gularis in.c.ſicut dignū.de homicidio.ſm Panor.ibidē.col.ij.no
tabili primo, quem ſequitur dñs Feli.in eo.c.ſicut.col.ij.verſi. no-
ta ex eo verſi.et eſt tex.ſatis clarus ibidem.cū dicit fere pari exiſte-
re ne puniendi.pro hoc eſt gl.notabilis de pen.diſtin.j.in.c.ſi cui.
in verbo, non minus.quā glo.notabilē dicunt Panor.et Felin.in
dicto.c.ſicut.iura ergo que videntur innuere oppoſitum dicentia,
ad deum voluntatem conſiderandam.ita qđ voluntas reputetur
pro facto.illa ſunt intelligenda quo ad interitum ſalutis eterne,
ſed nō quo ad ꝗtitatem ſupplicij: qꝛ ꝗuis habens voluntatem de-
prauatam perpetrandi actum: ⁊ conatur adimplere ſi actus ſuapte
natura expoſcat damnationē eternā.certum eſt ꝙ talis damnabit.
4 † Item adimplens eundem actum illicitū ⁊ damnabilem etiā dā-
nabitur, verū maiori ſupplicio afficietur ille qui actum perpetra-
uit ꝙ iſte qui habuit voluntatem etiam cum conatu: nā voluntati
inique additur factum iniquum.⁊ ſic additur iniquitas iniquitati
vt dicit dicta glo.in.c.ſi cui.et eſt iſtud contra multos theologos,
qui tenēt actum exteriorem nihil bonitatis vel malitie addere.an
et quando voluntas debeat reputari pro facto. Archid.in.c.q bo-
na.xvij.qđ.j.vbi materiam tractat per decē columnas. Item nota ꝙ
ante publicationem ſcrutinij licitum eſt electoribus variare, ⁊ hoc
anteꝙ ipſi ſcrutatores ſint ſimul cum alijs electorib⁹, vtputa ꝗdiu
ſunt in loco in quo fecerant ſcrutinium: qꝛ tunc dicitur res integra
ex quo vero ſunt iam cū alijs volētes ſcrutiniū publicare. negotiū
non dicit integrū.⁊ ſic tunc non poſſent variare.pro quo vide Jn-
no.in.c.eccleſia.in.ſi.de elec.v.ſed quid dices.col.iij.⁊ Jo.an.poſt
Jano.⁊ Compoſtel.in.c.publicato.col.v.et volentes variare po-
terunt venire ad ſcrutatores re integra.et dicere dñi ego conſenſi
in.N.poſtea autem cogitaui.N.eccleſie vtiliorem.ideo reuoco cō-
ſenſum primi, et conſentio in ſecundum.pro hoc vide Hoſtien.in
ſumma titu.de elec.§.qualiter.verſi.nullo prorſus.⁊ Jo.and.in.c.
5 publicato.col.v.verſi.ſecundo quero. † Et nota ꝙ ſi publicato
ſcrutinio apparet electoribus nominatū in ſcrutinio ab omnib⁹,
aut a maiori parte eſſe ineligibilem propter defectum natalis ordi
nis, aut ſi quid eſt id genus: tunc poſſunt eligentes variare: ⁊ ſcru-
tinium de nouo facere alium eligendo. Panormita.in.dicto.c.pu
blicato.ſuper quo vide ibi Joan.andr.qui circa hanc materiam
publicationis et occurrentia dubia in ea ponit viginti et vnam
queſtionem.

Summarium.

1 Publicatione ſcrutinij facta in capitulo numeri, meriti ⁊ ze-
li ſit collatio, et per quem.
2 Judicio maioris partis collegij ſtatur cum de re neceſſaria agiſ.
3 Collatio meriti ⁊ zeli ipſius electi quare ⁊ qualiter ſiat.
4 Forma collationis meriti qualis quando plures ſunt electi.
5 Meritum qualiter conferatur ſi plures eligantur.
6 Zelus quod in animo conſiſtat probari poteſt per coniecturas.
7 Meritum in electionibus in doctrina conſiſtit ⁊ moribus.
8 Canoniſta in prelatum electus an ſit theologo preferendus.
Collatio que vno die fieri non poteſt, in diem ſequentem cōtinua-
ri poteſt.

Capitulum.xxxi.tertie partis.

Undecimuz ſubſtantiale
1 electionis per ſcrutiniū eſt, † vt facta publicatio-
ne in capitulo quo ad vota que fuere in ſcrutinio
preſtita, ſiat collatio numeri meriti ⁊ zeli.tex.⁊ ibi
glo.in verbo, collatione.c.quia propter.de elec.et
in.c.in geneſi.eo.tit.⁊ eſt etiam tex.in.c.comana.eadem rubrica et
ibi per Joan.an.⁊ Panor.⁊ Jnnoc.in.d.c.quia.et plenius in.c.in
geneſi.eodem ti.⁊ Hoſti.in ſumma.ti.de elec.§.qualiter.verſi.col-
latione. Spec.in ti.de elec.§.j.verſi.publicatione facta.ſit aūt hu-
iuſmodi collatio per eum qui primam in electione habet vocē ſm
Spec.vbi.ſ.poteſt etiā fieri per eum cui a capitulo committitur,
⁊ in hoc preualet maior pars, ita qđ poterit aliquem deputare ad
collationem faciendam, ⁊ ad electionem pronuntiandam non ob-
ſtante contradictione partis minoris, niſi opponeret aliquid qđ
2 foret rationabile. † naʒ cū agitur de re neceſſaria ſicut eſt collatio ⁊
electio: ſtandū eſt iudicio maioris partis. Panor.in.d.c.in geneſi.
col.iiij.poſt Jo.an.ibidē col.iij.ille ergo q habebit facere collatio-
nem numeri, zeli ⁊ meriti.aut ex conſuetudine, aut ex poteſtate a
capitulo ſibi cōceſſa, primo leget totū ſcrutiniū, et aduertet an ele
ctio ſit concors, necne, ſi eam concordem reperiat dicet, dñi audiui
ſtis ſcrutinij publicationem: ex cuius tenore cōſtat cōcordiā fuiſſe
in ſcrutinio.ideo non poteſt fieri collatio numeri ad numerū.pote
rit tñ fieri collatio numeri ad ſciendum.ſcʒ an eligentes ſint maior
pars capituli, et adiunget nos.x.vel.xij.⁊c.ſecūdum numerū faciē-
tium capitulum vota noſtra oēs emiſimus in.N.alij autem qui nō
cōparuerunt.fecerūt ſe alienos.et ſic ſi reperiatur totam poteſtatē
capituli cōſiſtere in preſentibus: illa electio poterit dici facta a ma
iori parte, et etiam valebit concors nominari: quia ex quo illi in q-
bus capitularis poteſtas conſiſtebat fuerunt concordes: poteſt di-
ci electio in concordia: et ſic ergo ſit collatio in electione concordi,
quo ad numerum: ad ſciendum.ſ.an eligentes faciant maiorē par-
tem capituli: et etiam poterit fieri collatio: an ſcʒ omnes qui elege-
runt habuerint vocem in capitulo.et ſic ſit collatio numeri qn̄do
3 vnus precise eligitur. † ſit etiam eo caſu collatio meriti.an vcʒ ele-
ctus ſit idoneus.vtputa literatus, legitimus, ⁊ ſic de ſingulis in eli
gendo requiſitis.ſit etiam collatio zeli quādo vnus eligitur, an.ſ.
bono animo eligentes conſenſerint in eligendū.an pretio vel pre-
cibus.et ſic habes qualiter ſit collatio numeri zeli et meriti quan-
do vnus eligitur.et hec eſt mens Panor.in dicto.c.quia propter.
col.iiij.circa medium.et idem tenet Joan.and.col.iiij.in eodem.c.
quia.⁊ Jo.and.in addi.ad Spec.in titu.de elec.§.j.ver.quod aūt.
pro hoc eſt tex.formalis in.c.cum poſt petitam.⁊ ibi Joan.and.et
4 Panor in princi.de elec. † Ubi autem ſunt plures electi: tunc ſit
collatio numeri ad numerum, zeli ad zelum, meriti ad meritū, hoc
modo, ille qui habet collationem facere dicet: dñi vt perpendere
valuiſtis ex publicatione ſcrutinij vota noſtra ſunt in plures diui
ſa, ego reperio ex nobis eligentibus qui ſumus.xxiiij.numero: tre
decim conſenſiſſe in Petrum.⁊ ſex in Joannem, ⁊ quinqꝫ in Caro
lum, quare conſtat Petrum habere maiorem partem capituli. Itē
reperio in eundem Petrum electum ab habentibus meliorem ze
lum: nam eligentes Petrum nullo vinculo conſanguinitatis vel
affinitatis nec alias ſunt ei coniuncti, quare bono zelo videntur
fuiſſe moti ad electionem dicti Petri, alij autem eligentes Joan-
nem et Carolum ſunt eis conſanguinei et affines: quare videntur
5 ſanguine, potius ꝙ virtute moti. † Quo autem ad meritū reperio

Petrum magis meritum ad noſtram obtinendam prelaturam ꝙ
alios, nam dictus Petrus eſt vir apprime doctus, caſtus, ⁊ in om-
nibus bene moratus, alii autem ſunt lubrici, maleſamati, et illite-
rati. et ſic ſolet fieri collatio quando plures eligūtur. hanc practi-
cam ponit Specu. in dicto titu. de elec. §. j. verſi. publicatione aūt
facta. ¶ In quo autem attendatur numerus non eſt exponendum
quia per ſe patet. ita dicit Hoſti. in ſumma titu. de electio. §. quali
ter. verſic. in quo autem. zelus vero conſiſtit in animo: qua ſcilicet
intentione ipſi electores elegerunt, an propter conſanguinitatem
et amicitiam. an ex corruptela ſeu precibus, an ex merito vite ipſi⁹
electi, vt probatur in. c. eccleſia. in ſecūdo. de elec. in verbo, habito
6 preſertim reſpectu ad perſonam electam meliorem zelū ⁊c. † Con-
ſiſtit autem zelus in animo quare oportet, vt probetur per conie-
cturas: quia animus aliter probari non poteſt. c. ij. de renun. lib. vj.
⁊. l. dolum. C. de dolo. Et dicunt Joan. an. ⁊ Panor. in dicto. c. ec-
cleſia. in ſecundo. poſt Inno. in. c. dudum. in primo. de elec. qđ non
eſt multum curādum an meliori zelo aliqui elegerint. dummodo
non fuerint ducti malo zelo, vtputa carnalitate corruptiōe vel ma-
la affectione. j. q. j. c. ſunt nōnulli, ſi inquiſit⁹ dicat ſe habuiſſe ma-
lum zelum, creditur ei contra ſe. ff. de interroga. actio. l. de etate. §.
j. ſed ſi deponeret pro ſe dicens ſe habuiſſe bonum zelum. habebi-
tur reſpectus ad perſonas. Hoſt. in ſumma de elec. §. qualiter. verſi.
7 zelus. ⁊ ibi vide per eum. ¶ † Meritum autem proprie concernit
ipſos electos, et conſiſtit in moribus et vita ipſorum electorum. ⁊
in aliis que habētur in. c. cum in cunctis. de elec. poteſt etiā concer-
nere ipſos eligentes, vt honeſtiores dicantur maioris meriti, et ſic
eorum voces reddantur pinguiores. ita tenent Joan. and. et Pa-
normi. in dicto. c. eccleſia. in ſecundo. de elec. ⁊ Hoſtien. in dicto. §.
qualiter. verſi. meritum. Circa hanc materiam ⁊ quando numerus
eſt ab vna parte, autoritas et meritum ab alia: quis preferatur. et
de multis ſimilibus queſtionibus. vide Jo. an. ⁊ Panor. in. d. c. ec-
cleſia. et Innocen. in. c. dudum. in primo. de elec. ¶ Premiſſorum
occaſione poſſet queri, quis ſit preferendus ex duob⁹ electis, quo-
rum vnus eſt canoniſta, alter vero theologus, quam queſtionem
ponunt Hoſtien. et Joan. and. ⁊ Panor. in. c. j. de conſanguini. et
8 affi. et ibi concludunt † qđ data paritate in ceteris ſi in loco ſeu dio
ceſi in qua illi tales eliguntur verſetur cauſarum ventilatio, qđ tūc
eſt preferendus canoniſta. nam cauſe quarū cognitio pertinet ad
iudicem eccleſiaſticū debent decidi ſm ſtatuta canonica, vt eſt tex.
in dicto. c. j. de conſangui. et affinit. vbi vero in dioceſi pullularent
hereſes, aut talis dioceſis eſſet vicina hereticis: tunc canoniſta de-
beret cedere theolo. et theologus eo caſu eſſet canoniſte preferen-
dus. argu. c. in cauſis. de elect. facit. c. ſuper ſpecu. de magi. mixtus
autem eſſet vtrīq; preferendus, vt ibi per eos. de hoc aliquid tāgit
Feli. in. c. ſi. de magiſtris. j. col. ¶ Et nota qđ ſi collatio non poteſt
fieri vno die, poteſt cōtinuari in ſecūdam diem, et ſic de ſingulis: qꝛ
forte ſunt plures canonici. pro hoc facit tex. in. c. literas. de temp.
or. ſic tenet Hoſti. in ſum. ti. de elec. §. qualiter. col. vj. verſi. quid ſi
tot ſunt canonici. vide qđ ſupra dixi in quinto ſubſtātiali.

Summarium.

1 ☞ Collatio numeri, meriti ⁊ zeli ſtatim ſcrutinio publicato de-
bet fieri.
Dicta in prefationibus repetita cenſentur in ſequentibus.
2 Modicum qđ eſt quando curandum ſit vel non.

¶ Capitulum. xxxij. tertie partis.

Duodecimū ſubſtantiale

1 electiōis per ſcrutiniū eſt, † vt dicta collatio nume-
ri, zeli ⁊ meriti fiat mox poſt publicationē ſcrutinij
nullo actu extraneo īterpoſito. tex. in. c. qꝛ ꝓpter.
de elec. et ibi Panor. poſt Joan. an. licet aliqui te-
neant contrarium. Phi. dixit ꝙ mox poſitum in. d. c. quia ꝓpter.
debet intelligi repetitum in collatione ⁊ in electione. q̄ enī in prefa
tionibus dicunī in ſequētib⁹ repetita intelliguntī. l. titia. §. idē. ff.
de verbo. oblig. ſi tamen interponatur mora naturalis et compen-
dioſa non obeſt. argu. l. cum antiquitas. C. de teſtamen. cum ſimili
bus. modicum enim interuallum (quod magis intellectu ꝙ elocu-
tione poteſt exprimi) non nocet. ff. de ſolutio. l. ratum. ⁊. ff. rem ra
2 tam haberi. l. quo enim. §. iulianus ait. † qualiter de modico ſit,
vel non ſit curandum habes materiam accumulatiſſime tractatam
per Anto. corſetum in tractatu de excellentia et poteſtate regia
vbi ponit regulam quod de minimo non ſit curandum, quam cor-
roborat. lxxix. mediis et pro parte contraria adducit. xlvij. media
quare eum videas.

Summarium.

1 ☞ Electio communis fieri debet collatione meriti, zeli et nume
ri facta.
Electio ſingularis que ſit, ⁊ quare non ſufficiat.
2 Electio quare per vnum fienda ſit nomine ac vice capituli.
Pronuntiatio electionis per quem fieri debeat.
Electio per excommunicatum pronuntiari poteſt.
3 Conſenſus omnium requiritur quando electio extraneo commit-
titur.
4 Conſenſus expreſſus requiritur ſi de re oneroſa agatur.
5 Forma qualis ſcrutinianę electionis.
6 Electione peracta, te deum laudamus, cantari debet.

¶ Capitulum. xxxiij. tertie partis.

Decimumtertium ſubſtā-

1 tiale † prefate electiōis per ſcrutinium eſt, vt facta
collatione meriti, zeli ⁊ numeri, vt premiſſum eſt
fiat communis electio. c. in geneſi. de elec. c. eccleſia
in primo de elec. Joan. and. et Panormi. in dicto
c. quia. Innocen. ⁊ Joan. and. et Panormi. in. c. in geneſi. tex. in. c.
ſicut. de elect. in. vj. et in. c. cum ab vno arbitrorum. de re iud. in. vj.
et ibi per Domi. ⁊ Phili. fran. Hoſt. in ſumma. §. qualiter. col. x.
verſi. eligatur. ſ. communiter. Specu. in titu. de elec. §. j. col. v. ver.
bis igitur. nec ſufficeret ſingularis electio ad hunc ſenſum, ſcʒ qđ
quilibet ex eligentibus diceret, eligo talem ⁊c. ſed oportet qđ ſe-
quatur communis et vnica. Joan. and. in dicto. c. in geneſi. et Pa
normi. in eodem. c. eſt hodie forma qualiter debeat fieri electio in
c. ſicut. cum per formam. de elec. in. vj. vbi eſt expreſſum qđ ipſa ele
ctio debet fieri per vnum nomine ac vice capituli, per verba ſingu-
laris numeri, ſiue procedatur per viam ſcrutinij, ſiue per viam com
2 promiſſi. † Et eſt ratio quare electio debet fieri per vnum nomine
ac vice capituli: et non per ſingulares de capitulo. nam ipſa electio
eſt actus vniuerſitatis ⁊ collegij: ſicut ſupra dictū eſt: cū ad capitu-
lum pertineat eligere prelatum. ſicut ergo vnicū eſt capitulum, ita
vnica debet eſſe electio: hanc rationem ponit Domi. in dicto. c. ſi-
cut. quam ſequitur Phi. fran. ibidem per quem autē ſiet electio-
nis pronuntiatio, et eſt dicendum qđ per eum per quem ſolita eſt
fieri, ſicut eſt in aliquibus eccleſiis, in quibus ſolet fieri per Archi
diaconum maiorem: aut poterit fieri dicta pronuntiatio per eum
cui a capitulo fuerit commiſſum, ſiue talis ſit de capitulo, ſiue non
⁊ valebit talis electio, eſto qđ pronūtians ſit excommunicatus, ita
tenent Domi. ⁊ Philip. in dicto. c. ſicut. poſt Specu. in ti. de ele-
ctio. §. j. col. vj. verſi. quid ſi ille. ⁊ ratio ibidem aſſignatur per dictū
Specu. qđ dicta pronuntiatio poſſit fieri per extraneum eſt, nam
electio totalis committi poteſt extraneo. c. cauſam que. de elect. ſi
ergo tota electio poſſit extraneo committi, multo fortius poterit
3 committi ſola pronuntiatio: † tamen quādo committitur electio
extraneo requiritur omnium conſenſus, vt ſupra dixi tractādo for
mam compromiſſi in. c. xviij. incipiente, deinde nota. Et animum
aduertas qđ in danda facultate vni ex electoribus ad pronūtiatio
nem faciendam, ſtandum eſt maioris partis iudicio non obſtante
repugnantia minoris partis. Innocen. in. c. in geneſi. col. ij. circa ſi
nem. ⁊ Joan. and. in eodem. c. col. iij. ⁊ Panor. in. iij. col. dicti. c. in
geneſi. de electio. nam cum agatur de re neceſſaria capituli, maiori
parti ſtandum eſt. c. j. de his que fiunt a maio. parte ca. hanc ratio-
nem ponunt Innocē. Joan. and. ⁊ Panor. in dicto. c. in geneſi. et
in tali conceſſione pronuntiandi electionem ſufficit conſenſus taci
tus ipſius capituli. nam cum agatur de re meritoria et concupiſci-
bili, vt ſcʒ eccleſie prouideatur de paſtore, ſufficit conſenſus tacit⁹.
ſic tenet Innocen. in dicto. c. in geneſi. col. ij. ⁊ Panor. in eodem. c.
4 col. iij. ⁊ Joan. and. ibidem col. etiam tertia. † ſecus autem ſi agere-
tur de re oneroſa, vt eſt ſeruitus vel aliquod aliud onus. pro quo
tex. in. l. filiusfamilias. §. inuitum. ff. de procur. ⁊ in. l. qui vas. §. ve-
tare. ff. de furtis. et qđ conſenſus tacitus ſufficiat in caſu premiſſo,
hoc tenet gloſ. notabilis in verbo, per vnum. de electio. in. vj. in. c.
ſicut. quam notabilem reputat ibidem Domi. quando autem ta-
citurnitas habeatur pro conſenſu, vide Panor. in. c. nonne. de pre
ſump. ⁊ ibi pleniſſime Felin. col. ij. iij. iiij. v. vj. et. vij. vbi materiam
declarando ponit quatuor regulas cum aliquibus caſibus fallen-
tialibus, et aliquas ſilletiones, quem ibi videas: quoniam vix alibi
neq; in iure canonico, neq; ciuili ſic reperies materiam digeſtam,
ille ergo ad quem de iure, ſeu de conſuetudine, aut ex poteſtate a ca
pitulo ſibi commiſſa pertinet poteſtas pronuntiandi electionem
5 procedet in hanc formam, † primo ſeſe ſignaculo ſancte crucis mu-
niet prepoſitis miſſali et cruce dicens, in nomine patris et filij ⁊ ſpi
ritusſancti amen. Cum vacante eccleſia. N. per obitum aut alias com
mendabilis memorie. N. vltimi poſſeſſoris vocatis qui e rant de
iure vocandi, placuerit capitulo, vt per viam ſcrutinij procederet,
factoq; ſcrutinio. ⁊ in ſcriptis redacto, ac incontinenti publicato,
et aliis obſeruatis que ſm iura canonica, ac ſacra cōcilia erant ob-
ſeruanda, collatione facta repertum fuit totum capitulum, ſeu ma
iorem partem ipſius vota ſua direxiſſe in. N. virum vtiq; prouidū
in ſpiritualibus et temporalibus diſcretum, bene moratum, lite-
rarum notitia fulgentem, conſtitutum in etate legitima, de legiti-
mo matrimonio

mo matrimonio procreatum, maturū, prudentem, ſobrium, ⁊ mo
deſtum, ⁊ alia obtinentem que decent ac expediunt in prelato, id-
circo ego. N. vice mea (ſi ſit de capitulo) necnon ex poteſtate a capi
tulo mihi attributa, ſancti ſpiritus gratia inuocata ad honorem
omnipotentis dei patris et filij et ſpiritus ſancti atq; virginis in-
tacte matris domini noſtri Jeſu chriſti, ac beatorum apoſtolorum
Petri ⁊ Pauli principalium eccleſie fundamentorum, necnō bea
ti ſeu beate. N. huiuſce vacantis eccleſie patroni dictā dominū. N.
prout melius de iure poſſum ⁊ valeo in paſtorē ⁊ prelatū diete eccle
6 ſie eligo, †quo peracto dn̄i de capitulo incipiunt cantare, Te deū
laudamus. hec forma habetur ex Spe. in ti. de electio. §. j. col. v. et
vj. ver. his igitur. ⁊ ex Mandago. in prima parte. c. xxxiiij. ⁊. xxxv.
⁊ ex eodem Mandagoto in ſecunda parte. c. lix. ver. collatione igi
tur. ⁊ Hoſti. in ſum. ti. de elec. §. qualiter facienda. col. x. verſi. inuo
cata ſpiritusſancti gratia ſi canonici fuerint in diſcordia, ſic q̄ pars
capituli vnū in ſcrutinio nolauit. alia vero alium, quelibet pars da
bit facultatem ad eligendum per ſe nolatum, ⁊ procedetur muta-
tis mutandis, vt premiſſum eſt.

Summarium.

1 Electio confeſtim collatione facta fieri debet.
2 Concordia eligentium interuenire poteſt poſt collationem ⁊ ante pronunciationem.
Electio quando valeat poſt collationem protracta.
3 Electores compelli poſſunt ad eligendum quem in ſcrutinio nominauerunt.
Judex competens quis ad electores compellendos vt eum eligant quem ⁊c.
4 Confirmator electionis poteſt omnia ad illā exercere preambula.
Judex cauſe preparantis eſt iudex cauſe preparate. remiſſiue.
5 Nominatus in ſcrutinio abſq; ambitionis nota poteſt electionē proſequi.

Capitulum. xxxiiij. tertie partis.

Ecimumquartū ſubſtā-
1 tiale †electionis per ſcrutiniū eſt, vt ipſa electio fiat
ſtatim poſt habitam collationē numeri, zeli ⁊ me-
riti nullo actu extraneo intermedio. c. cū poſt peti
tam ti. de electio. et ibi bonus text. cū dicit aliquā-
diu fuiſſe protractam. et ita tenent ibidem Panor. ⁊ Jo. and. poſt
Philip. ⁊ Hoſti. lʒ Inno. tenuerit contrarium: tamen rationibus
ſatis perſuaſiuis Panor. tenet poſt Jo. an. in. d. c. poſt petitā. con
tra Inno. Et q̄ ſtatim debeat fieri electio poſt collationem, ita te
net Hoſti. in ſum. de electio. §. qualiter. col. viij. verſi. vt tamē ſcias
⁊ magis ſuadet ratio vt poſt ſcrutinium publicatū, ⁊ factam colla-
tionem ſtatim fieri electionem, q̄ poſt ſcrutinium fieri mox publi-
cationem. ex multitudine etenī ſcrutatorū poſſet cōgrua cauſa ſub
eſſe tardādi publicationē, ſed nō poteſt iuſta cauſa occurrere tardā
2 di electionem poſt factam collationem, †ſi tamen poſt collationē
habitam diceret aliqua miſſa de ſpiritu ſancto, vel ſi eſſent diſcor-
dantes eligentes, ⁊ tractaretur de eorū concordia poſt collationē,
⁊ ante electionem, dūmodo nō diuerterēt eligentes ad actꝰ extra-
neos, non propterea vitiaretur ipſa electio ſm Jo. an. poſt Hoſti.
quos ſequitur Panor. in. d. c. poſt petitā huius opinionis, ſcʒ q̄d
electio ſit ſtatim celebranda poſt collationem habitam fuere Spe.
in ti. de electio. §. j. col. v. et Mandago. in prima parte. in. c. xxxiiij.
incipiente, quia collatione. hoc etiam tenuerunt Joan. an. et Pa
nor. in. c. quia propter. de elec. Et aduerte notabiliter, q̄d licet
electio protracta poſt collationem non teneat, vt video per iura et
docto. ſuperius adductos, limita tamen hoc habere verum quan-
do eſſet protractio electionis ex ignorantia eligētium, aut ex igna
uia quadam eorum, ſecus ſi eligentes differant eligere poſt colla-
tionem in fraudem electi, vtputa quia forte ſunt ducti penitentia:
quia talē nominauerunt in ſcrutinio: et ſic differunt eius electio-
3 nem, vt eo medio caſſetur electio. †iſte tamē nominatus in ſcruti-
nio poterit adire ſuperiorem, vt compellat ipſos electores ad ele-
ctionē faciendam. c. publicato. et ibi bona gl. in verbo, compellan-
tur. iſta tamē ſuperioris aditio nō poteſt fieri ſine aliqua mora, quia
ſuperior habet citare ipſos electores, ⁊ eos audire, que ſine magno
interuallo fieri non poſſunt. his tamen non obſtantibus iſta mora
proueniens ex fraude et dolo ipſorum eligentium non poteſt nec
debet nocere nominato in ſcrutinio, et ſic eſt caſus in quo eſt valida
electio q̄uis ſit protracta. pro quo vide Jo. an. in. d. c. publicato. ⁊
Panor. ibidem. Et dicūt prefati doc. Panor. ſcʒ ⁊ Jo. an. in dicto
c. publicato. q̄d in hoc caſu ad compellendos electores ad electio-
nem poſt collationem ſuperior ⁊ iudex competens reputatur ille
qui habet electionem confirmare, quāuis alias non ſit ordinarius
4 †quia ex quo ipſe habet confirmare, et cognitio ipſius confirma-
tionis ad eum pertinet, per conſequens ad eundem pertinebunt
preambula et preparatoria ad confirmationem, ſeu eorum cogni-
tio. ff. de procura. l. ad legatum. et. l. ad rem mobilem. ſatis facit. c.
non liceat. in. ij. xij. q. ij. ⁊ hoc eſt notandum diligenter ſm Panor
mi. ibidem, ad hoc vt is ad quem ſpectat confirmatio poſſit om-
nia preambula exercere, etiam iuriſdictionem exercendo in alios
ſibi non ſubiectos. pro quo vide eundem Panor. in. c. ſollicite. de
reſtitutio. ſpoli. qualiter autem iudex cauſe preparantis eſt etiam
iudex cauſe preparate, vide Bald. in. l. ordinariij. C. de rei vendica.
col. ij. ⁊ ibi dicit quod ſi agatur ſuper abſolutione a iuramento pre
ſtito ſuper contractu vſurario aut ſimulato, et is qui iurauit ab
epiſcopo abſoluatur, ſi poſtmodum agatur ſuper ſimulatione con
tractus non poterit agi in alia curia, ſed debet materia tractari in
curia epiſcopi. contrarium tamen vidi ſeruari Pariſijs. et Jaſo.
in. l. quoties. C. de iudi. et ibi plene peream de iudice cauſe prepa
5 rantis ⁊ cauſe preparate. †nec eſt notandus ambitione is qui fuit
nominatus in ſcrutinio ſi proſequatur electionem fieri, ex quo ip-
ſe non oritur a ſeipſo ſm Joan. andr. in dicto. c. publicato. col fi-
nali. et ibi vide de modo quo debet procedere dictus in ſcruti-
nio nominatus: ad hoc vt fiat et ſequatur electio. Nec etiam no-
tandus eſt ambitione electus proſequendo confirmationem. gl.
in verbo, poſt obtentam. in. c. cupientes. in princip. de elect. in. vj.
et ibi Domi. col. iiij.

Summarium.

1 Eligi debet in prelatum in quem maior et ſanior pars capituli conſenſit.
Maioritas et ſanioritas copulatiue requiruntur in electione.
2 Copulatiua ad ſui veritatem vtrāq; partem veram eſſe exigit.
3 Electio in alternatiuis regulariter eſt debitoria.
Validum cenſetur quod a maiori parte capituli efficitur.
4 Electio pape facta a duabus partibus valet abſq; ſanioritate.
Meriti et zeli collatio in qua electione fienda.
5 Maioritas in electione qualiter attendatur reſpectu numeri.
Voces in electione facienda quando computentur per capita et quando non.
6 Electus a pluribus nationibus ſeu capitulis, quando cenſeat electus a maiori parte.
Electio vt dicatur facta a maiori parte, plura requirit.
7 Corpora plura vnum facere quibus cognoſcatur coniecturis.
Electione ad capitulum et epiſcopum pertinente non ſufficit epiſcopum vnam vocem ex capitulo habere.
8 Vox epiſcopi ſua dignitate inſpecta ponderoſior eſt cenſenda.
Sanioritas in quibus conſiſtat.
9 Zelus in animo conſiſtit, et qualiter quis ex zelo cenſeatur eligere.
Zelus melior eligentium non curatur multum.
10 Sanioritas eligentium in opere et effectu conſiſtit.
Meritum in electione in quo conſiſtat, et quos dicatur concernere.
11 Electio quando dicatur facta a duplo maiori parte.
Poſtulatus quando ſit electo preferendus.

Capitulum. xxxv. tertie partis.

Ecimūquintum ſubſtā-
1 tiale electionis per ſcrutiniū eſt, †vt is eligatur in
quem maior pars ⁊ ſanior ipſius capituli conſen
ſerit. tex. in dicto. c. quia. de electio. ⁊ ibi Joan. an.
⁊ Panormi. pro quo etiam tex. in. c. eccleſia. in ſe-
cundo. de electio. et ibi Joan. and. ⁊ Panor. eſt quoq; bonus tex.
in. c. coram. eodem titu. de elec. ⁊ q̄d iſta duo requirantur. ſ. maiori
tas et ſanioritas, ita tenet Hoſtieñ. in ſumma titu. de elec. §. quali
ter facienda. col. xi. ⁊. xij. verſicu. maior. et verſicu. ſanior. vbi allegat
multa iura. cū ergo iſta duo requirantur copulatiue. ſ. maioritas
et ſanioritas, vt eſt tex. in dictis. cc. non ſufficeret alterum illorum
quare ſi eſſet vna electio facta a maiori parte, et alia a ſaniori, neu-
tra foret valida: ſic tenent Abbas antiquus, Petrus, Egidius, et
Hoſtien. et Panormi. ⁊ Joan. and. in dicto. c. eccleſia. poſt dictos
2 doctores, †nam ad veritatem copulatiue ſm logicorum dogmata
requiritur vtranq; partem eſſe veram. Pro quo tex. et ibi Bart.
in. l. ſi quis ita. ff. de verborum obliga. et idem Barto. in. l. ſepe. de
verbo. ſignifi. ⁊ plene in. l. ſi in qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb dub.
col. j. ij. iij. ⁊. iiij. vbi ponit quid requiratur ad veritatem copulati-
ue, et quid ad veritatem diſiūctiue, et eſt ibi totus logicus. Qua-
liter autem copula poſita inter duo facit diſpoſitionem verificari
in vtroq; regulariter, vide dominum Feli. hoc elegāter atq; copio-
ſe tractantem poſt Bart. Bal. Salice. Rudoni. Roma. Jmolam,
Abba. Pet. de ancha. Domi. Archi. et alios multos doctores in
c. ex parte. in primo. de reſcrip. col. x. verſicu. copula. vbi per decem
col. materiam examinat ponens regulam et ſex caſus fallentiales

cum quibuſdam reſtrictionibus. eũdem quoq; dominũ Feli. non
minus copioſe tractantem naturam alternatiue in.c. inter cete-
3 ras. de reſcrip. videas, † et qualiter in alternatiuis electio ſit debi-
torio, vbi duas regulas ponit cum nouem fallentijs, et decem re-
ſtrictionibus, nec alibi ſic, adunatam materiam inuenies, quare
hec adduxi. redeat autem vnde digreſſa eſt oratio, hec ergo duo re-
quiruntur ad electionis validitatem copulatiue, ſcilicet vt ipſa
fiat a maiori, et a ſaniori parte capituli. ita tenent prelibati docto.
et hoc etiam tenet dominus Felin. in.c. cum omnes. de conſtit. col.
xiiij. in glo. poſita ſuper verbo, conſtitutum, in fallentia. xiij. vbi po
nit regulam quod in rebus collegij valet quod fit a maiori parte,
ad quam regulam ponit quatuordecim caſus fallentiales, inter
quos enumerat quando illa pars maior non eſt ſanior, cum ad va-
4 liditatem actus requirantur iſta duo copulatiue. † hoc tamen ſci-
licet vt requiratur in electione ſanioritas cum maioritate non ha-
bet verum in electione pape, nam in ea non requiritur ſanioritas:
dummodo fuerit electus a duabus partibus. c. licet. de elect. et ita
tenet Feli. poſt Domi. in. d.c. cum omnes. de cõſti. col. xiiij. Et ad-
uerte, qđ non debet accipi maior pars partium comparatione mi
norum, ſed reſpectu totius capituli, vt ſi in capitulo ſint duodecim
eligentes, ſi ſex eligant vnum. et tres alium, et alij tres alium, eo
caſu electus a ſex eſt electus a maiori parte capituli partium com-
paratione minorum: quia alie partes ſunt tres, et tres, ſed non eſt
electus a maiori parte capituli: nam cum capitulum conſtitua-
tur ex duodecim, ſex non ſunt maior pars. ſed ſunt media pars ip-
ſius capituli. requirit ergo in caſu premiſſo ad hoc ꝙ electio dica-
tur facta a maiori parte illam fieri aut a ſeptem, aut a maiori nu-
mero puta octo, nouem ꝛc. vſq; ad numerum duodenarium, pro
hoc text. in.c. eccleſia. in primo. de elec. et ibi Joan. and. et Panor
mita. et dominus Feli. in. d.c. cum omnes. de conſtitu. col. xiiij. ver
ſicu. ſecundo nota. Et quod dictum eſt de maioritate reſpectu to-
tius capituli, que eſt de neceſſitate electionis: ſic quod non ſufficit
ret maioritas partium comparatione minorum, hoc fallit in ele-
ctione miniſtri prouincialis minorum, nam in eius electione ſatis
eſt, vt ipſa fiat a maiori parte partium comparatione minorum, in
qua electione nulla fit meriti neq; zeli collatio. tex. in clemen. exi-
ui de paradiſo. §. demum. de verborum ſignifica. et qđ ſufficiat ad
validitatez electionis dicti miniſtri prouincialis maior pars par-
tium comparatione minorum, ita tenet dominus Feli. in dicto. c.
cum omnes. col. xiiij. et Panormi. in dicto. c. eccleſia. in primo. per
illum tex. clemen. exiui. et illum tex. reputat ſing. Panormi. in. ij.
5 col. dicti. c. eccleſia. † Et nota ꝙ maioritas attenditur reſpectu nu
meri, ſic qđ ille dicitur electus a maiori parte qui eſt electus a plu-
ribus. Hoſtien. in ſumma. §. qualiter. col. xij. verſicu. maior. ¶ Nec
eſt obticendũ vnũ qđ eſt ſingulare in materia. ſ. qđ ſi duo capitula
aut plura, ſeu plures nationes congregantur pro electione facien-
da, ſi congregentur dicta capitula. ſeu nationes vt faciant vnũ cor
pus, et non vt diuerſa: tunc computantur voces per capita, vt pu-
ta ſi ſunt duo capitula, quorum quodlibet habet. xij. canonicos,
que capitula cõgregari ſolent in electione alicuius archiepiſcopi:
et dicta capitula ſolent congregari vt faciant vnum corpus: tũc ſa-
tis eſt ad electionis validitatem vt fiat electio a. xiij. canonicis, ad
eo caſu. xxiiij. faciunt vnum corpus, cuius maior pars eſt trede-
cim, nec refert an plures ſint de vno capitulo ꝙ de alio dummodo
ex illis duobus capitulis ſimul iunctis, que in caſu premiſſo faciũt
vnum corpus, maior pars cum reliquis neceſſarijs ad electionem
6 elegerit. † Si autez plura capitula aut nationes, ſeu vniuerſitates
congregarentur in vnum, non vt faciant vnum corpus, ſed vt di-
uerſa: tunc non computantur voces per capita ſingularium perſo
narum, ſed habetur reſpectus ad plures nationes, et ad plura ca-
pitula, ita ꝙ ille dicetur electus a maiori parte, et actus reputabi
tur geſtus a maiori parte, qui fuerit electus, ſeu fact⁹ a maiori par
te capitulorum, ſeu a maiori parte nationum, licet quis non ſit ele
ctus a maiori parte perſonarum, vt puta ſi eſſent decem nationes
ad eligendum rectorem vniuerſitatis Pariſiace, ſi vnus eligatur
a ſex nationibus, vbi non ſunt niſi mille homines. alius vero eli-
gatur a quatuor que habent duo milia hominum, electus a ſex na
tionibus dicitur a maiori parte electus, nam in dicto caſu habet re
ſpectus preciſe ad nationes, et non ad ſingularia ſuppoſita. Ita
ſingulariter decidit Panormita. in.c. paſtoralis. de reſcrip. ſuper
glo. poſita in verbo, plures. et in.c. ſcriptum. de electio. col. ij. ꝛ. iij.
et idem Panor. in.c. poſtulaſtis. de conceſ. preben. vel eccle. nõ va
can. hoc etiam tenet Joan. an. de elec. in.c. ſcriptum. col. ij. Et hanc
materiam copioſe tractat dominus Felin. in dicto. c. paſtoralis. de
reſcri. colum. vj. verſi. vbi duo corpora. vbi multa elegantia addu-
7 cit, que ibi videas. † Et aduerte quod ex circũſtantijs cognoſcit ſi
duo corpora, aut plura, ſcilicet vniuerſitates capitula ſeu nationes
conueniant vt faciant vnum corpus. aut diuerſa. ſi enim dantur
voces in vnum ſicut fit in conciliorum congregationibus, non po
teſt dici vt conueniant, niſi tanꝙ vnum corpus, ſic tenet Panor-
mita. in dicto. c. ſcriptuz. de electi. col. iij. quem ſequitur dominus

Feli. in dicto. c. paſtoralis. de reſcrip. col vj. dicto verſi. vbi duo cor-
pora, que verba ſunt magne importantie ſm dominum Feli. ibi-
dem. Item adde qđ ſi electio pertinet ad epiſcopum et ad capitu-
lum, ſicut facit in eccleſia Agenẽſi, vbi electio canonicorũ pertinet
ad epiſcopum, ꝛ ad capitulum: tunc non ſufficit ꝙ epiſcopus ha-
beat vnam vocem ex capitulo. ſicut voluit tenere Hoſtiẽ. in.c. po-
ſtulaſtis. de conceſſio. preben. vel eccle. non vacantis, vbi fuit in mi
rabili opinione, dicens, qđ in eo caſu quo electio ſpectat ad epiſco
pum et ad capitulum tantam vocem habeat epũs ſicut totum capi-
tulũ: ꝛ vox ſua reputetur pro media totius capituli, ꝛ ſic ſi habeat
ſecum vnam vocem ex capitulo: ſatis putat eſſe ad hoc qđ dicatur
electio facta ſeu negotium geſtum a maiori parte, quam opinionẽ
reprobat Panormi. ibidem, ꝛ Joan. and. in.c. a collatione. de ap-
pella. in. vj. ꝛ ibi plene per eum. ꝛ per Domi. qui plures rationes
adducunt contra Hoſtieñ. eoſdem ſequitur Phili. fran. in eodem
c. a collatione. dictam etiam opinionem refellit dominus Feli. in
dicto. c. paſtoralis. col. vij. de reſcri. ex quo enim electio pertinet ad
epiſcopum ꝛ ad capitulum, et epũs non habet ſecum maiorem par-
tem capituli ꝙuis habeat vnum aut duos canonicos, non dicitur
habere vocem capituli ſm prefatos doctores, quos vide vbi eos al
8 legaui. bene verum eſt † qđ vox epiſcopi ratione ſue dignitatis re-
putatur ponderoſior, vt eſt tex. in.c. dudum. in primo. de elec. ꝛ ibi
Panormi. ꝛ idem Panor. in dicto. c. poſtulaſtis. de conceſ. prebẽ.
col. iij. Sanioritas autem conſiſtit in autoritate, zelo et merito. Et
autoritas conſideratur in dignitatibus eligentium, in prouectio
ri etate, et in maioribus ordinibus eorundem, vt probatur in.c. ec
cleſia. in ſecundo. de electio. iuncto. c. dudum. in primo. et.c. in ge-
neſi. de electio. Panor. in dicto. c. eccleſia. in ſecundo. ꝛ Joan. and.
in eod. c. eccleſia. qui ponit etiam dictam autoritatem attendi non
ſolum ex premiſſis, ſed etiam ex antiquiori inſtitutione ꝛ ordina-
tione. c. epiſcoporum. ꝛ. c. conſuluit. lxxiij. diſt. et. c. in nomine do-
mini. xxiij. diſtin. ꝛ. c. j. de maio. et obedien. tex. in.c. dudum. in pri
9 mo. ꝛ ibi Panor. titu. de elect. ꝛ Innocen. ibidem. † Zelus autem
conſiſtit in animo: qua ſcz intentione quis elegerit, an ob conſan-
guinitatem, amicitiam, preces, pecuniam electi, ꝛ amicorum eius:
an propter virtutes et merita ipſius electi, quod videtur probari
in.c. eccleſia. in ſecundo. de electio. Et cum zelus cõſiſtat in animo
oportet probari per coniecturas: cum ea que in animo conſiſtunt
per coniecturas et non aliter probari poſſunt. l. dolum. C. de dolo.
c. ij. de renun. lib. vj. Innocen. c. dudum. in primo. de electio. Joan.
and. ꝛ Panor. in dicto. c. eccleſia. in ſecundo. de elec. ꝛ dicit Inno.
in dicto. c. dudum. in primo. quem ſequitur etiam Panormi. in di
cto. c. eccleſia. in ſecundo. qđ non eſt multum curandum an meliori
zelo aliqui elegerint dummodo non fuerint ducti malo zelo. puta
carnalitate, corruptione vel mala affectione. j. q. j. ſunt nonnulli. et
c. ſequenti. Joan. andr. in dicto. c. eccleſia. in ſecundo. col. v. dixi. ſ.
10 in. xj. ſubſtantiali. Et licet zelus in intentione conſiſtat: † ſaniori-
tas tamen ipſorum eligentium conſiſtit in opere et effectu, vt ſcili-
cet illa pars dicatur ſanior que digniorem elegit. dicto. c. eccleſia.
in ſecundo. ꝛ ibi Joan. and. ꝛ Panormi. et Innocen. in dicto. c. du
dum. Et debent electores diligenter inquirere de meritis electi.
viij. q. ij. c. ſane. nam preſumuntur ſcire impedimenta ipſius, niſi
probetur contrarium. c. innotuit. de electio. Innocen. in.c. dudũ.
col. j. vel niſi alia preſumptio illam elidat. c. quia. de preſumptio.
Innocen. in dicto. c. dudum. colum. j. et Joan. and. in.c. eccleſia. in
ſecundo. col. v. de electio. Meritum autem proprie cõcernit ipſos
electos et conſiſtit in moribus, vita ipſius electi, ꝛ in alijs que ha-
bentur in.c. cum in cunctis. titu. de elec. Joan. and. col. fi. c. eccle-
ſia. in. ij. de elec. et Panormi. ibidem. col. v. poteſt etiam concerne
re eligentes, vt honeſtiores dicantur maioris meriti, et ſic eorum
voces ex hoc reddantur pinguiores Panormi. in dicto. c. eccleſia.
col. vi. ꝛ Hoſtien. in ſumma tit. de electio. §. qualiter facienda. col.
ix. verſi. meritum. Et nota quod electus a duplo maiori parte dua-
bus, pluribusve electionibus factis, ſeu celebratis preſumitur ele-
ctus ab habentibus meliorem zelum, et de bene merito, ſic vt talis
electio preſumatur facta a ſaniori parte, que ſanioritas vt ſupra di
ctum eſt conſiſtit in autoritate, zelo et merito: et contra talem ele
ctionem a duplo maiori parte factam non poteſt obijci quod non
fuerint autoritas, zelus et meritum. c. ſi quando. de elect. lib. vj. et
11 ibi Joan. an. Domi. ꝛ Phil. fran. † et dicitur electio facta a duplo
maiori parte: quãdo eſt facta a duabus partib⁹, vt puta ſi ſint duo-
decim eligentes. ſi octo eligant vnum: et quatuor alium electus ab
octo dicitur electus a duplo maiori parte: quia eſt electus a duab⁹
partibus capituli. nec requiritur exceſſus ſm Panormi. et Joan.
and. in.c. ſcriptum. et ibi glo. in verbo, maiorem. de elec. Joan. an.
Domi. et Philip. in.c. ſi quando. de elect. in. vj. et hec bene nota.
nam ſunt quotidiana, ꝛ ſepe in practica. his adijciam ꝙ ſi electio et
poſtulatio cõcurrant ſi poſtulatio fuerit facta a duplo maiori par-
te capituli, hoc eſt a duab⁹ capituli partibus preferť poſtulat⁹ ele-
cto. tex. in.c. ſcriptum. de elec. ꝛ ibi Inno. Jo. an. ꝛ Panor. dũmo-
do alias fuerit dignus.

Summarium.

Summarium.

1 Electio verbalis eſſe debet, nec ſufficit factum tacite electionem importans.
Pronunciatio verbalis in electione eſt neceſſaria.
2 Verba in ſacramento corporis Chriſti ſunt de forma ſubſtantiali.
Verba non ſunt neceſſaria in his in quibus non ſeruatur forma.
3 Verba in matrimonio non ſunt neceſſaria.
4 Factum quibus caſibus abſq; verbis ſufficiat.

Capitulum.xxxvj.tertie partis.

SEdecimum ſubſtantiale

1 †prelibate electionis per ſcrutiniū eſt, vt talis electio fiat verbaliter.text.in.c.eccleſia.in primo.de elec.et ibi Jo.an.et Panor.tex.in.c.ſicut.de elec.in vj.cum dicit per vnū pronūtianda.et ibi glo.in verbo, per vnū.et Domi.et Phil.fran.ibidē tex.et ibi Domi.in.c.cum ab vno.de re iudi.in.vj.vbi tex.qd electionis pronūtiatio per verba ſingularis numeri ſit facienda, nec ſufficeret factū eligentiū electionē tacite importās: niſi fiat verbalis puſtiatio.ex quo pro forma ſubſtātiali requiritur verbalis pronūtiatio, ſm prefatos doc. Simile eſt in baptiſmo, vbi verba ſunt de ſubſtātia: vt in.c.detrahe.j.q.j.vbi detrahe verbum ab aqua quid erit niſi aqua, accedit verbum ad elementum et fit ſacramētū.et ſunt verba Auguſtini que aſſumpſit magiſter ſententiarū in quarto di.iij.de hoc habes tex.et
2 ibi per canoniſtas in.c.j.de baptiſ.et eius effectu †habes quoq; ſimile in ſacramento euchariſtie vbi verba ſunt de forma ſubſtātiali: vt tenet Ambroſius in libro de ſacramentis, cuius verba recitat Gratianus, in.c.panis.de conſec.diſt.ij.eadem verba etiam refert magiſter in.iiij.ſententiarū.diſt.viij.Item etiā in apoſtolorū petitione verba ſunt neceſſaria.tex.in.c.ab eo.de appella.in.vj.ſic tenent Jo.an.et Panor.in.c.eccleſia.in primo.de elec.Et not.qd in electionibus in quibus nō eſt ſeruanda forma.c.quia propter.de electio.putat Panor.non eſſe neceſſaria verba dummodo conſtet de
3 conſenſibus eligentiū per ipſum factū: †ſicut dicitur in matrimonio carnali vbi verba non ſunt neceſſaria.c.tue.et.c.cum apud.de ſponſali.et ibi Panor.licet in hoc Joan.an.diſtinguat.in dicto.c.cum apud.que eſt decretalis prima: quam Jo.and.vidit, vt ipſe ibidē refert.et ſic matrimoniū carnale et ſpirituale differūt: quia ſpirituale qd eſt inter prelatum et ſuā eccleſiam.c.inter corporalia.et c.licet.de tranſla.epi vel electi.non cōtrahitur ſine verbis: vt probant iura ſuperius adducta.carnale aūt contrahi pōt ſolo conſenſu ſine verbis: vt probatur iuribus preallegatis: bene facit tex.in.l.ſufficit.ff.de ſponſa.que eſt canoniſata.xxvij.q.ij.in.c.ſufficiat.et ita tenet Jo.an.in.c.tue.de ſponſali.vbi ponit plures differētias
4 inter matrimonium carnale et ſpirituale.quē ibi vide. †Sunt tamen aliqui caſus in quibus ſufficit ſolū factū ſine verbis.pro quo vide glo.in.c.dilecti.in ſecundo.de appel.in verbo, facto.que glo.eſt notabilis, ſm Panor.ibi.Qualiter aliquādo plus conſideret factum et veritas ꝙ verba, vide rubricā.C.plus vale.qd agitur quā quod ſimulate concipitur.tam in rubro ꝙ in nigro.et ibi bona glo.in.l.j.ponens aliquos caſus fallentiales vna cum regula plus valere.etc.et ibi per Bar.

Summarium.

1 Electio clandeſtina eſſe non debet, ſed facta ſolēniter pronūtiari debet.
2 Electio occulta ſeu clandeſtina que dicatur.
Collatio clandeſtina beneficij ſuſpecta eſt, ſed valida.
3 Capitula penalia non ſunt extendenda.
Publicatio duplex in quibus fiat electionibus.
4 Publicatio electionis per quem fiat non curatur.
Publicatio electionis quo loco et forma fieri debeat.

Capitulum.xxxvij.tertie partis.

DEcimumſeptimū ſubſtā-

1 tiale †electionis per ſcrutiniū eſt, vt facta dicta electione ipſa publicet ſolēniter.non enim debet eſſe clandeſtina.tex.in.c.quia.§.electiones.de electio.et ibi Inno.Jo.an.et Panor.nam clādeſtina electio eſt ipſo iure nulla.bonus tex.in dicto.§.electiones.qui reprobat tales electiōes: ergo inducitur nullitas ipſo iure, vt in regula que contra ius.de regu.iuris.lib.vj.et.l.non dubium.C.de legi.cū ſimi.et qd electiones clandeſtine non valeant: hoc tenet glo.ſuper verbo, occulta.in.c.vnico.vt eccleſiaſtica beneficia ſine dimi.confe.et
2 ibi Jo.an.et Panor. † dicitur autē occulta ſeu clandeſtina electio ſm Compoſtella.de qua capitulum ordinauit vt eſſet clandeſtina: et qd nihil de ea ab electoribus diceretur.ſic etiam tenent Innoc.Jo.an.et Panor.in dicto.c.quia.in ſi.col.Et quamuis electio clandeſtina non teneat: tamen collatio beneficij clandeſtina, licet ſit ſuſpecta tenet.pro hoc eſt tex.ſing.in.c.vnico, vt eccle.beneficia ſine dimi.confe.et ibi Joan.and.et Panor.et illum tex.ad hoc ſing.reputat Panor.in.d.c.quia.col.ſi.de electio.Et idem poſſet dici de electionibus in quibus nō requiritur ſolēnitas de qua in dicto.c.quia propter.videlicet, vt ſi tales electiones ſint clandeſtine: et ſi ſint ſuſpecte: tamen non ſunt nulle: immo tenent ſicut ſupradictū eſt de collatione, ita tenet Panor.in dicto.c.quia.colū.ſi.et idem Panor.in.c.vnico.vt eccle.benefi.ſine dimi.conferan.in glo.poſi-
3 ta ſuper verbo, occulta.col.penul. †quia cum illud.c.quia.ſit penale pro eo quia inducit penam retractationis.et idē.c.intelligatur in electionibus eccleſiarum cathedraliū et regularium collegiatarum: nō debet extendi ad alias electiones: ex quo de ipſis ius non eſt expreſſum.ſic tenet Panor.in dicto.c.vnico.col.penul.nā odia reſtringi, fauores vero ampliari conuenit.l.cum quidam.ff.de liber.et poſthu.cum ſimi.Et nota qd in electionibus in quibus requiritur ſolennitas dicti.c.quia.ſit duplex publicatio, vna eſt quando ſcrutinium eſt perfectum: in qua publicantur in capitulo vota ſingulorū in ſcriptis redacta per ſcrutatores, aut notariū, ſeu notarios: de qua votorū publicatione ſatis eſt dictum in nono et decimo ſubſtantiali.eſt et alia publicatio de qua hic loquor: et ſit dicta
4 publicatio clero et populo poſt electionē celebratā: nec †refert per quem huiuſmodi publicatio fiat, cum publicatio non ſit de ſubſtantia: et ſufficiat qd electio nō ſit clandeſtina: ita tenet Innocē.et Jo.an.in dicto.c.quia.et ita tenet Spe.titu.de electio.§.j.col.vij.verſi.conſequenter autē conueniente populo.Hoſtiē.vero tenuit qd ſi publicatio omittatur et non fiat cauſa nocendi electo: tunc talis omiſſio nō vitiat electionē, arg.c.publicato.de electio.que opinio videt probabilis.Panor.in.d.c.quia.col.ſi.pro hoc arg.in.c.nobis.et in.c.ſicut.de ſymo.fiet autem hec publicatio in loco publico pulſatis campanis: et dicet ille qui electionē publicauit.Cum vacante eccleſia.N.per obitū bone memorie.N.etc.recitabitur proceſſus electionis, ſicut.ſ.dixi in.xiij.ſubſtantiali.deinde dicet publicans quam electionem vobis deſūcio: et in preſentia omnium duco ſolenniter publicandam.hec publicationis forma habetur ex Specu.in tit.de elec.dicto.§.j.col.vij.verſic.conſequenter autem conueniente populo ad pulſationem campanarum: de hac publicatione vide Mandago.in prima parte.c.xxxv.et in ſecunda parte.c.lix.forma ſeptima.

Summarium.

1 Ordo in electione eſt ſeruandus.
Ordo attendi debet in electionis confirmatione.
2 Ordo productionis quis ſit, quis ordo temporis et quis ſcripture ordo.
Ordinis omiſſio quando vitiet actum.
3 Cognitio cauſe tranſactionem ſuper alimentis debet precedere.
4 Ordo eſt vniuſcuiuſq; rei agēde modus, quo omiſſo non valet qd agitur.
Subſtantialia electionis ſcrutiniane quot reperiantur hodie.
5 Electio de mendicantibus ad prelaturas extra ſuum ordinem fieri debet in concordia.
Mendicantes abſq; diſpenſatione extra ſuum ordinem eligi non poſſunt.
6 Religioſus non mendicans nō poteſt eligi in prelatum niſi a parte maiori numero.
7 Voces de facto in monialium electione attendi debent, nec ſufficit fictio iuris.
8 Voces in electione religioſorum et religioſarum que de iure nō valent, computantur.

Capitulum.xxxviij.tertie partis.

DEcimumoctauū ſubſtā-

1 tiale †electionis ſcrutiniane eſt vt premiſſorū ordo ſeruet: nec fiat prepoſteratio.ſic tenēt Jo.an.et Panor.in.d.c.quia propter.Jo.an.col.v.et Panor.col.vj.nō enim eſſet cōueniēs, vt prius fieret publicatio ꝙ electio: nec vt prius fieret votorū inquiſitio: ꝙ ſcrutatores eſſent electi.et ſic de ſingulis.quare ordo debet obſeruari, et in electione per ſcrutinium attendi.attēditur etiam ordo in cōfirmatione: vt ſcilicet prius fiat inquiſitio de proceſſu electionis.et de meritis et dignitate, vel indignitate ipſius electi per ipſum confirmatorem: quā electus confirmetur.alias confirmatio non teneret.c.prouida.et.c.fina.de electio.in.vj.et ibi Domi.et Philip.franc.in glo.poſita in verbo, inanes.et qd precedere debeat inquiſito de electionis proceſſu et meritis electi.ita eſt textus in.c.nihil eſt.titu.de elec.bene facit text.in.c.poſtquam.eo.titu.de elec.text.in pragmatica de electio.§.facta autem.et hoc habetur ex Pauli doctrina, prime ad Timotheum quinto, vbi manus cito nemini impoſueris.Circa aūt materiā ordinis, vide Bar.in.l.morbus.

Oo iiij

in.§.prius.col.ij.de vulga.⁊ pupil.ſubſtitu ff.vbi triplicem ponit
2 ordinem.†ſcʒ ordinem rei quo ad hoc qđ aliquis res in eſſe produ
catur, vt dicitur in ſnia que debet ferri precedēte libello ⁊ litiſcon-
teſtatione. Item teſtamētum debet habere certū numerū teſtium:
inſtitutionē heredū: ⁊ ſimilia. de hoc ordine cōſtat qđ quelibet res
debet habere in ſe ordinem productionis, vt in aut.de heredi. et
fal.colla.j.§.inordinatum alīs incipit.§.ſi quis autem. Secundus
ordo eſt temporis vnius rei ad aliam, vtputa quia vna res tēpore
aliam precedit. Tertius autē ordo eſt ſcripture ſeu locutionis. Et
nota quod quandoqʒ ordo eſt neceſſitatis, quandoqʒ voluntatis,
⁊ aliquando dubitatur an ordo ſit neceſſitatis vel volūtatis: quā-
do ordo eſt neceſſitatis eius omiſſio vitiat actuʒ, vt dicimus in ſen
tentia que eſt nulla ſi ea que ſunt de ordine iudiciario omittantur:
aut ſi fiat prepoſteratio, vt in.l.prolatam.C.de ſententijs ⁊ interlo
cu.omnium iudi.⁊ ibi bona glo.que ſint ordinis iudiciarij. ſic etiā
dicimus in electione ordinem eſſe neceſſitatis: qui ſi omittatur ele
ctio non tenet, vt ſupra dixi. quandoqʒ vero eſt ordo voluntatis:
aut dubitatur an ſit voluntatis: ſi ſit modici preiudicij: tunc repu-
tatur voluntatis: vt eo caſu eius omiſſio non vitiat actum.l.j.in ſi.
ff.de ventre inſpicien. vbi vero omiſſio ordinis eſſet magni preiu-
dicij, tunc reputaretur neceſſarius ordo: ⁊ per conſequens vitiaret
3 actum eius omiſſio. vt in.l.cum hi.§.ſi pretor.ff.de tranſact.†vbi
ante tranſactionem ſuper alimentis debet precedere cauſe cogni-
tio: quod ſi non fiat tranſactio non tenebit. et ſic vides qualiter or
dinis omiſſio vitiat actum: ⁊ quandoqʒ ipſo iure. quandoqʒ autē
facto iudicis. pro quo vide Barto.in dicto.§.prius. ¶ De ordi-
ne temporis ⁊ de ordine ſcripture vel locutionis proſequere, pro-
ut Barto.proſequitur in dicto.§.prius.et de materia ordinis. vi-
de Jo.and.⁊ Panor.in.c.cum dilecta.de reſcrip.et longe plenius
ꝙ per quemuis alium videas materiam ordinis, aut remiſſiue, aut
determinatiue tractataʒ per do.Feli.in dicto.c.cum dilecta.colū.
tertia, quarta, ⁊ quinta. vbi ponit regulam qđ ordo ſit attenden-
dus, per quam regulam ponit multas deciſiones et illationes. et
quinqʒ declarationes, quas nota: quoniam in materia teſtamēta-
4 ria faciēt tibi honorem.† Et adde qđ ordo eſt modus cuiuſqʒ regi
ngende quo pretermiſſo nil rite geritur.ff.de re iudi.l.ſi cū nulla.⁊
C.de ſenten.⁊ interloc.omniū iudi.l.prolatam.⁊.c.cum dilecta.de
reſcrip.⁊.c.piſanis.de reſtitu.ſpolia. Et ſic habes ex premiſſis de-
cem ⁊ octo ſubſtantialia electionis per ſcrutinium: quibus hodie
ſunt addita tria per concilium Baſilienſe.ſ.miſſe ſancti ſpiritus
auditio: ſacroſancta corporis Chriſti ſuſceptio: ⁊ iuriſiurandi pre
ſtatio: vt habes in tit.de electio.in pragmatica.§.⁊ cum humane,
⁊ per conſequens ſunt hodie vnum ⁊ viginti ſubſtantialia electio-
nis per ſcrutinium. ⁊ ſic talia reputantur ſubſtantialia, vt ſi vnum
eorum defuerit electio ſit nulla, vt eſt tex.in pragmatica.ti.de ele-
ctio.§.deinde eligant.verſi.qđ ſi aliter. ⁊ de alijs perſonis probant
hoc etiā iura que adduxi in vnoquoqʒ ſubſtantiali materiā decla-
rando. ⁊ ratio eſſe poteſt: quia quandocunqʒ plura requiruntur ad
ſubſtantiam alicuius actus vnius omiſſio reddit actum inualidū
tex.in.l.ſi vnus.C.de teſta.de hoc Pet.de ancha.in.c.ſi confirma-
5 tionem.de electio.lib.vi. ¶ † Item poteſt addi pro ſubſtantiali in
mendicantibus qui eligūtur, vt ſi ipſi eligantur ad prelaturas ex-
tra ſuum ordinem: qđ electio eorum fiat in concordia: nam ſi eſſet
facta in diſcordia, talis electio eſſet nulla: ⁊ mendicanti in diſcor-
dia electo nullū ius acquiritur. de hoc eſt tex.⁊ ibi Domi.⁊ Phi.
fran.in.c.quorundam oculos.de electio.in ſexto. ¶ Et hodie nul
lus mendicans poteſt aſſumi ad aliquam dignitatem extra ſuum
ordinem ſine licentia pape. Ita tenet dictus dominus Philip.in
dicto.c.quorundam.colū.j.poſt Lap. et ad hoc allegat extraua-
gan. Joan.xxij.incipientē, ſecundū qđ ipſe allegat calumnijs, ve
rum non incipit, calumnijs. ſed incipit, diſpendijs. ⁊ ſic eſt vitium
in ſcriptura. illa tamen extrauagans non ſic loquitur clare: ſicut fa
cit ipſe dns Phi. ⁊ ſic habes in electione mendicantis que fit per
ſcrutinium ſi eligatur ad prelaturā, puta cathedralem vel regularē
6 eſſe de ſubſtātia ſeu ſubſtantialia vigintiduo. ¶ † Adijcias quoqʒ
qđ ſi eligatur religioſus non mendicans ad quaſlibet prelaturas
etiam ſui ordinis, requiritur qđ eligatur a maiori parte numero:
qui numerus conſiſtat in facto: nec ſufficeret qđ talis religioſus ha
beret maiorem numerum iuris fictione nec etiam ſufficit pro vali-
ditate electionis mendicantis: vt iuris fictione ſit in concordia ele
ctus: vtputa ſi ſint decem canonici ſeu alij electores: quorum duo
ſint ſuſpenſi: ſic qđ eligere non valeant: fictione iuris totuʒ capitu
lum ſeu eius poteſtas conſiſtit in octo: ſi mendicans eligatur ab
octo, illa iuris fictio eum non iuuat: nec etiam ſi alio eſt religioſo al
terius profeſſionis a mendicantibus: vt ſi ſint decem eligentes,
quorum ſex ſint pari forma ſuſpenſi: nec eligere poſſint: quamuis
iuris fictione numerus maior: immo tota poteſtas capitularis di-
catur in quattuor eſſe, nihilominus tamen ⁊ eligatur ipſe religioſus
a quattuor eius electio caſſabitur: quia in vtroqʒ caſu factum ma-
gis conſideratur, quam iuris fictio. pro hoc vide plene Domini.
Pet.de anchara. Imol.⁊ Philip.Fran.in dicto.c.quorundam.

de electio.in.vi.⁊ Cardina.floren.in.c.quod circa.eo.titu.de elec.
in clemen. ¶ De forma autem que debet obſeruari in electio ab-
batiſſarum ⁊ prioriſſarū: ſatis eam habes diſcuſſam in.c.indēnita
tibus.de electio.in.vi.⁊ ibi per Archi. Joan. Domi. Phil.franc.
quare non attingo. ad vnum tamen aduertas qđ quemadmodum
ſupra dixi in electione mendicantium ad prelaturas extra ſuuʒ or
dinem requiritur concordia eligētium ipſo facto: nec ſufficeret iu-
ris fictione cōcordiam eſſe. ⁊ idem dixi de alijs religioſis qui eligū-
7 tur ad quaſlibet prelaturas reſpectu maioris partis.† ſic etiam in
electione monialium cōſiderantur voces de facto: nec ſufficeret iu-
ris fictio: quod optime declarat Domi.in dicto.c.indēnitatibus.
dicens qđ quidam ſunt qui nunꝙ habuerunt vocem in capitulo:
ſicut non profeſſi, impuberes, ⁊ non conſtituti in ſacris, ⁊ mendi-
cantes qui ad religionem non mendicantium tranſiuerunt, de
quibus habetur in clemen. vt profeſſores. de regular. et iſti omnes
non computantur in numero in monaſterijs virorum nec femina-
rum, et ad tales nullus habetur reſpectus: ſed habentur ac ſi non
eſſent de collegio. quidam autem ſunt qui habent vocem in habi-
tu: ſed non in actu propter iuris prohibitioneʒ: vt ſunt excōicati,
interdicti, ſuſpenſi, ⁊ ſimiles, ⁊ quāuis vox talium non cōputeᷓ in
electione ſecularium, cōputaᷓ tn̄ in electione religioſorū ⁊ religioſa-
8 rum modo ⁊ forma ſupradictis in.§.† Item poteſt addi pro ſub-
ſtantiali: ⁊ ſic quo ad religioſos, et quo ad religioſas computan-
tur voces eorum que voces de iure non valent. et hoc eſt ſpeciale
in religioſis. pro quo vide Cardina.in dicta clemen.quod circa. vi
deas quoqʒ Joan.an. Domi.⁊ Phili.franc.qui in dicto.c.inden
nitatibus, ponunt vndecim ſpecialia in electione abbatiſſarum et
prioriſſarum.

Summarium.

1 ☞ Forma.c.q2 propter.⁊ concilij Baſilienſis in quibus debeat electionibus obſeruari.
2 Forma in.c.quia propter.notata non ſeruaᷓ in dignitatibus poſt pontificalem.
3 Conſenſus ſolus ſufficit in electionibus canonicorum ad prebendas.

¶ Capitulum.xxxix.tertie partis.

ADuertas quoqʒ ꝙ ea que
1 †ſuperius dicta fuere: que tanꝙ ſubſtantialia de-
bent obſeruari in electionibus ſcʒ, decē ⁊ octo que
ponūtur cōiter per doctores in dicto.c.quia pro-
pter. ⁊ tria que ponūtur per conciliū Baſileūſe ſic
ſunt viginti ⁊ vnum ſubſtantiale: que viginti ⁊ vnum ſubſtantiale
non ſunt de neceſſitate obſeruanda in electione omnium dignita
tuʒ eccleſiaſticorū, ſed preciſe in dignitatibus cathedralibus: qua-
les ſunt epiſcopales, archiepiſcopales, ⁊ ſuperiores vſqʒ ad papa-
tum excluſiue: nam de papatu ſunt iura ſpecialia, vt ſupra dixi in
principio. ¶ Item etiam predicta ſubſtantialia ⁊ prefata forma
debent obſeruari in omnibus dignitatibus eccleſiarū collegiata-
rum: quarū prelati habent generalē iuriſdictionem in eccleſijs col
legiatis: et ſic dicta forma erit obſeruanda in dignitatibus abba-
tialibus, cum prelati earum habeant generalē iuriſdictionē ⁊ in ci
uilibus ⁊ in criminalibus. pro hoc vide glo.in verbo, viduatis. in
c.quia propter. ⁊ iſta ſunt de mente Jo.an.in.d.c.q2.col.penul. et
Panor.col.ij.⁊.iij.eod.c.⁊ Mandago.in prima parte.c.xxi. ꝗuis
nō ita ſpecifice fuerint locuti. Inno.dicit in.j.colū.dicti.c.q2 pro-
pter. dictum.c. ſeu formam eius habere tantum locum in eccleſijs
cathedralibus ⁊ regularibus, arg.c.ne pro defectu, ſm opinioneʒ
2 aliquorum. ¶ † Ex ſupradictis inferas qđ dicta forma non eſt ne
ceſſaria in electionibus aliorū beneficiorū ſeu prelaturū a ſupradi-
ctis, ⁊ ſic in dignitatibus poſt pontificalem. ⁊ in canonijs ſeu pre-
bendis que ſolent cōferri per electionē: non eſt neceſſe ſeruare pre-
dictam formā, ſed ſatis eſt vt in talibus quis eligatur a maiori ⁊ a
ſaniori parte capituli. pro quo glo.in.c.ſicut.de electio.in.li.vi.in
verbo, formā. ⁊ ibi Jo.an. Domi.⁊ Phili.fran. ſic tenet Panor.
in.d.c.q2 propter.col.iij. hoc tamē intellige niſi hoc haberet con-
ſuetudo: nā ſi cōſuetudo haberet qđ in dignitatibus inferioribus
que ſunt in eccleſijs cathedralibus dicta forma.c.q2 propter. debe
ret obſeruari: tunc talis conſuetudo foret obſeruanda. ⁊ per conſe
quens eſſet procedendum ad electionem in talibus dignitatibus
obſeruatis his que ponūtur in dicto.c.quia propter. pro quo fa-
cit.c.deliberatione.de offi.lega. ⁊ ita tenet Jo.an.in.d.c.quia.col.
penul. ⁊ Mandago.in prima parte.c.xxi. Specu.in tit. de electio.
3 §.nunc nobis.verſi.vltimo nota.† dicit qđ in electionibus canoni
corū ad prebendas nō eſt neceſſaria forma, ſed ſufficit ſolus con-
ſenſus.c.ex parte.de conceſſi.preben.vel eccle.non vacan. ſic tenet
Domi.poſt Imol.in.c.ſi quis iuſto.col.ij.de electio.in.vi. ⁊ ſic vi
des in quibus dignitatibus debeant obſeruari illa ſubſtantialia
que ſuperius adduxi.

Summarium.

1 Procuratoꝛes communiter ad eligendum non admittendi niſi electoꝛes ſint impediti.
Induſtria perſone cenſetur inſpecta in electione.
2 Procuratoꝛ conſtitui debet ad eligendum qui ſit de collegio eligentium.
Procuratoꝛes non impeditoꝛum ſi velint electoꝛes admittuntur ad eligendum.
3 Geſta per procuratoꝛem moꝛtui electoꝛis quando valeant.
Procuratoꝛes ad eligendum conſtituentes iurare debent, confiteri ⁊ communicare.

Capitulum.xl.tertie partis.

1 In autē in electione dignitatū † inferioꝛum ⁊ coꝛū beneficioꝝ electiuoꝝ in quibus de neceſſitate nō eſt ſeruāda foꝛma.c.quia ꝓpter.poſſint eligētes cōſtituere ꝓcuratoꝛes. Pano. tꝫ qd nō: niſi eligentes ſint impediti: ⁊ hoc habere verū dicit Panoꝛ.in qualibet electione: ⁊ ita tꝫ expreſſe in.c.cōſtitutus.de appel.col.ij.⁊ in.d.c.quia propter.§.illud.⁊ rō eſt ſm eundem Panoꝛ.in.d.§.illud. quia in electione videtur electa perſone induſtria, argu.c.is cui.de offi.delega.in.vj.quare alij non pōt cōmitti niſi in caſu.d.§.illud.in quo.§.ponūtur quatuoꝛ que requiruntur ad cōſtituendū procur.in electionibus.ſ.requirit abſentia cōſtituentiū procuratoꝛes.nō pſentes nō poſſunt cōſtituere ꝓcuratoꝛē, ⁊ qd ſint in loco vnde debēt vocari.
2 † Item requirit qd ille cōſtituat ꝓcuratoꝛ qui ſit de collegio eligētiū ꝓpter rōnem quā ponit Panoꝛ.in.c.cōſtitutus.de app.col.ij.ver.nunqd autē. Tertio requirit qd electoꝛes ſint impediti iuſto impedimēto. Quarto requirit qd ſi opus ſit faciāt ſidē de impedimēto. Qualiter aūt iſtud ſiat, vide Mandago.in.c.xi.prime partis.⁊ ibi de materia per eũ in.c.xij.xiij.⁊.xiiij.⁊.xv. inſtrumentū procurationis debet inſeri in proceſſu electionis.foꝛmā procuratoꝛij habes per Mandago.in ij.parte.c.lix.foꝛma.vj. Circa multa dubia que occurrere poſſunt in hac materia circa ꝓcuratoꝛes ad eligendū cōſtitutos, vide Inn. Jo.an.⁊ Panoꝛ.in.d.c.quia.§.illud.de elect.⁊ Joā.an. Archi. Do.⁊ Phi.frā.in.c.ſi quis iuſto. Jo.an.in.d.§.illud.ponit cām illius cōſtitutionis de nō admittēdo paſſim procuratoꝛes in actu electionis: quem ibi vide. Poſſunt tñ eligētes nō obſtante dicta cōſtitutione admittere ꝓcuratoꝛes nō impeditoꝝ: ⁊ etiā ꝓcuratoꝛes extraneos, vt no. Panoꝛ.in.d.§.illud.quia cū fauoꝛe ipſoꝝ ſit introductū: poterūt illi fauoꝛi renuntiare: ⁊ ita tenet etiā Phi.fran.in
3 d.c.ſi quis iuſto.col.i. † Et no.qd ſi conſtituatur procuratoꝛ ad eligendū, ⁊ cōſtituēs moꝛiatur ante electionē perfectā, ⁊ ipſa electio perficiatur poſt moꝛtem cōſtituētis anteq̃ eius moꝛs ſciatur: tenent geſta per procuratoꝛē moꝛtui electoꝛis. ita tenet Cōpoſtel.⁊ Jo. an.poſt eum in.d.c.quia propter.col.x.pro quo allegat.l.eius qui in prouincia.ff.ſi cer.peta. Hoc etiā tenet Phi.in.d.c.ſi quis iuſto.in ſi.col.per.l.qui procuratoꝛem.ff.de procura. Deinde nota qd conſtituentes procuratoꝛes ad eligendum certam perſonam debent preſtare iuramentū, cōfiteri ⁊ cōicare, necnō ⁊ procuratoꝛes generales ad eligendū cōſtituti in caſibus in quibus ſm iuris cōis diſpoſitionē in electionis negotio procuratoꝛ cōſtitui poteſt.tex. in pragmatica.ti.de electio.§.idemq̃ iuramentum.

Summarium.

1 Proceſſus electionis qualiter confici debeat, ⁊ que in eo inſerantur.
2 Foꝛma qualis ſit proceſſus electionis.
Decretum electionis quid ſit.
3 Decretum electionis qua foꝛma conficiatur remiſſiue.
4 Sigillum capituli non neceſſario apponitur ad decretum electionis per publicam perſonam confectum.
Autoꝛitas notarij ſufficit ad valoꝛem inſtrumenti, in caſu perditi ſigilli.

Capitulum.xlj.tertie partis.

1 Perfecta electione ⁊ ea publicata † aduertant bene notarij electi ad ſcribendum: vt bene faciāt ꝓceſſum ipſius electionis: in quo ꝓceſſu debēt inſeri citationes: ⁊ edicta cū relationibus. Itē inſtrumēta ꝓcuratoꝛia, ⁊ oīa ſigillatim debēt apponi per oꝛdinē que geſta fuere circa actū electiōis: nec omittāt aliqd ex ſubſtātialibus: nā alr̃ ſi oīa que ſunt de neceſſitate fuiſſent obſeruata: ſi de ipſis nō cōſtaret: nō poſſet electus vigoꝛe ꝓceſſus conſequi poſſeſſionē coꝛam iudice laico ſīcā coꝛam eo agitet: nec coꝛam eccleſiaſtico poſſeſſoꝛiū, cōfirmationem, nec petitoꝛiū: cum coꝛā eis ante adiudicationē poſſeſſoꝛij ⁊ petitoꝛij, atq̃ ante electionis cōfirmationē inſpiciat principaliter an ea fuerint obſeruata, que tanq̃ ſubſtantialia ſunt conſtituta in electionibus
2 tam ſm ſacros canones.q̃ ſm diſpoſitionem cōcilij Baſilei. † foꝛmam conficiendi proceſſum cū proceditur per viam compꝛomiſſi, inſpirationis vel ſcrutinij habes per Mandago.in.ij. parte.c. lxix. foꝛma.vij.ix.⁊.x. habes quoq̃ de modo dicti proceſſus electionis in Sper.in titu.de electio.§.j.col.x.verſ.olim.ex quibus mutatis mutandis poteris conficere dictum proceſſum. Aduerte tamē quia dicti doc. nullam faciunt mentionem de ſubſtantialibus additis per dictum conciliū Baſileum: quare prouidendū eſt vt illa ſicut ⁊ reliqua inſerantur in electionis proceſſu. Solet quoq̃ ſieri decretum electionis: ⁊ hoc caſu decretum accipitur pro ſcriptura continente ſeriem electionis a principio vſq̃ ad ſinē: de quo habes per cardinalē Floren.in cle.j.de iureiur.§.non itaq̃.verſ. decimotertio no. vbi dicit decretum non eſſe de ſubſtantia electionis. de hoc etiam electionis decreto. habes in.c.epūs.lxj. diſtin.in gloſ.poſita ſuper verbo, ſubſcriptionibus. habes quoq̃ glo.in.c.innotuit. de elec.⁊ ibi tex. vbi multas poteris videre queſtiones circa decretū electionis, per Jo.an. Inno.⁊ Panoꝛ.poſt Compoſtel. do. Anto.⁊ Hoſtien. qui optime ibidē examināt materiā circa electionis
3 decretū. † De modo aūt cōficiēdi dictū decretū, vide Mandago. in parte.ij.cap.lxix.in foꝛma.xiiij.⁊ foꝛma.xv.⁊.xvj. videas quoq̃ Sper.in titu.de elec.§.j.col.vij.viij.⁊.ix.⁊ ne obliuiſcaris apponere in decreto qualiter in electione fuere obſeruata cōſtituta per cōciliū Baſilienſe: ſicut dixi in proceſſu illa debere contineri de quibus prefati docto. nihil dicunt: cum eoꝝ tempoꝛe nondū fuiſſent illa oꝛdinata. Et aduertatur ne ſit aliqua repugnantia, ſeu cōtrarietas inter proceſſum electionis et eius decretum: nam vnum alteri ſidem abꝛogaret, electoq̃ plurimum obeſſe.c.imputari. de ſide
4 inſtrumen.⁊.l.ſcripture diuerſe.C.eo.titu. † Ad vnum ſingulare aduertas qd ſi decretum fuerit confectum per perſonam publicam non eſt de neceſſitate qd apponatur ſigillū capituli: quia tunc facit ſidem ſine alio adminiculo: cum ſit ſcriptura publica: ſecus ſi non eſſet factum dictum decretum manu publica. pro hoc facit dictum ſingulare Innocen. ſemper menti tenendum in.c. inter dilectos. de ſide inſtrumen.col.ij. qui dicit qd ſi inſtrumentum, ſeu priuilegium confectum manu publica habeat ſigillum appenſum: licet perdatur ſigillum ſeu deſtruatur, non per hoc deſtruitur ſides inſtrumenti ſeu priuilegij: quia ſufficit autoꝛitas notarij. hoc dictum ſingu. reputat Panoꝛ.in.d.c.innotuit.col.ij.penul.de electio. pro quo vide Felin.in dicto.c.inter dilectos. qui optime materiam diſcutit.

Summarium.

1 Electoꝛes ad electionem procedere debent infra tres mēſes.
2 Eccleſie iuriſdictionem generalem habenti intra tres menſes eſt prouidendum.
3 Tempus electionis ab initio eſt vtile ⁊ continuum.
4 Conſenſus electi qualiter requiratur ⁊ intra qd tempus preſtari debeat.
5 Electo conſenſum abſq̃ ſuperioꝛis licentia preſtare non valente, quid electoꝛes debeant facere.
6 Electus non ſtatim ſuum ſolet prebere aſſenſum.
Electus qualiter ſe habere debeat dum eius petitur conſenſus.
7 Conſenſus eligendi ſeu voluntas ante electionem licite exquiri poteſt.
8 Electus ſuum prebens aſſenſum qualem pꝛemittere debeat proteſtationem.
Electus dignum ſe ſciens ⁊ idoneum moꝛtaliter peccat dignitatē ſibi oblatam refutans.

Capitulum.xlij.tertie partis.

1 Electiōe igitur facta que † ſieri debet infra tres mēſes in eccleſijs regularib⁹ ⁊ cathedralibus.c.ne pro defectu. de electi. de hoc dixi.ſ.in.xxj.requiſito quo ad eligentes, ⁊ intellige in eccleſijs cathedralibus reſpectu principalis prelati, ſ.epi. non enim hoc habet locum in dignitatibus ſeu canonicatibus: et alijs beneficijs in eccleſijs cathedralibus ſitis. in illis enim datur ſemeſtre ad eligendum, ſeu prouidendum.c.ij.de conceſſione preben. vel eccle. non vacan. Innocē. Joan.an.⁊ Panoꝛ.in.d.c.ne pro defectu. Innoc.in col.ij. Joā.an.in col.i.et Panoꝛmi.colum.iij.in eodem.c.ne. in regularibus autem debet intelligi in quibuſcunq̃ prelatis regularibus principalibus eccleſiarum regularium quocunq̃ nomine nuncupentur ſiue abbates, ſiue prioꝛes, ſiue prepoſiti, aut archipꝛeſbyteri, ita intelligunt illum tex.ne pro defectu Innocen. Joan.an.⁊ Panoꝛ. ibidem. ⁊ quemadmodum diximus illum tex.c.ne pro defectu. non habere locum quo ad tres menſes infra quos debet prouideri eccleſie vacanti in dignitatibus inferioꝛibus et in canonijs in eccleſijs cathedralibus ſitis. Sic etiam non habet locum in prioꝛatibus et officijs que

ſunt in monaſterio poſt primam dignitatem: nam cum tales non
habeant principalem curam, non imminet tantum periculum in
eorum vacatione, ſicut in vacatione dignitatum epiſcopaliū ꝛ ab-
batialium ꝛ ſuperiorum: quare in illis habebit locum ſemeſtre. de
quo in. c. ij. de conceſ. preben. vel eccle. non vacan. ſic intelligunt et
declarant prefati doct. Inno. Io. an. ꝛ Panor. in dicto. c. ne pro
2 defectu. ❡ †Ad unum aduertas qꝺ ſi de iure ſpeciali prelatus ec-
cleſie collegiate, licet ſecularis haberet iuriſdictionem generalem,
ſicut abbas in monaſterio, tunc tali eccleſie vacanti eſſet prouiden
dum infra tres menſes, hoc tenet Panormi. in dicto. c. ne pro de-
fectu. in col. iij. pro quo videas quod ſupra dixi in hac parte poſt
ſubſtantialia in. c. aduertas quoqꝫ: hoc notabis. quia Mādag. in
c. j. in prima parte. hoc non attingit. ❡ Et procedit dictum. c. ne
pro defectu. ſiue electio pertineat ad collegium ſiue de iure ſpecia
li ad aliquem ſuperiorem puta abbatem vel alium: quod fieri po-
teſt, vt ſupra dixi in ſecundo requiſito. quo ad eligentes in prima
parte: ita qꝺ ſi infra tres menſes non fiat electio (dum tamen trac-
tetur de prelato perpetuo) fiet deuolutio ad ſuperiorem. Innoc.
3 Io. an. ꝛ Panor. vbi ſupra. ❡ †Qualiter iſtud tempus ab initio
eſt vtile: quia ignorantibus nō currit nec impeditis, vt dixi in. xxi.
requiſito. quo ad eligentes ꝛ eſt continuum: quia in eo dies feria-
ti cōputantur. vide Mandago. in. j. parte. c. ij. ꝛ. c. iij. ꝛ gl. in verbo,
infra ſex. ꝛ ibi Io. an. ꝛ Panor. in. c. nulla. de conceſ. preben. vel ec
cle. non vacan. ❡ Poſtꝙ ergo electio fuerit celebrata ꝛ publicata
debet ipſi electo preſentari ꝙcito commode fieri poterit ſiue fue-
rit electio facta de prelato eccleſie cathedralis, ſiue regularis, ſiue
de inferioribus prelatis. c. quā ſit. de electio. in. vj. iuncto. §. cete-
rum. in. c. cupientes. eo. ti. nam dicti tex. ſm Io. an. Domi. ꝛ Phi.
franc. intelligunt de quacunqꝫ electione que eſt confirmanda pro-
pter verba generalia ibidem poſita. Pena autem que ponitur in
dicto. §. ceterum. contra electores qui infra octo dies electiones
non preſentant poſtꝙ commode poſſunt: habet locum preciſe in
electionibus eccleſiarum cathedraliū ꝛ regularium, ſm Ioā. an. in
dicto. §. ceterum. ꝛ ſm Domi. Pe. de ancha. Lap. ꝛ Philip. fran.
in dicto. c. quā ſit. de electio. in. vj. formam procuratorij conficien-
di ad preſentandum electionem electori ꝛ ad illius aſſenſum requi
rendum. habes per Mandago. in parte ſecunda. c. lix. forma. xi. ꝛ
4 xij. †qua preſentatione electionis facta ipſi electo ꝛ eius conſen-
ſu petito debet electus infra menſem a tempore preſentationis
ſibi facte de dicta electione ſuum preſtare conſenſum: qꝺ ſi non fe-
cerit priuatus eſt eo ipſo iure qꝺ ſibi ex dicta electione cōpetebat
dummodo fuerit ſui iuris hoc eſt qꝺ fuerit ea qualitate qꝺ non te-
neatur a ſuperiore petere licentiam ad conſentiendum: nec alias fue
rit legitime impeditus. text. ꝛ ibi glo. in verbo, diſtulerit. Domi.
Io. an. Archi. ꝛ Phili. franc. in. c. quam ſit. de elec. in. vj. nam im-
peditus nō dicitur differre, nec ei currit tempus etiā ſi imponat
pena priuationis ipſo iure per lapſum tēporis. qꝺ eſt notabile pro
executoribus teſtamentorū ꝛ pro alijs multis. vide dictos doc. ad
hoc in dicto. c. quā ſit. §. electus. quot autē dies habeat mēſis: vide
ibi glo. in verbo, menſem. ꝛ ibi per predictos docto. ꝛ per Bald. ꝛ
Inno. in. l. de diuiſione. ff. ſolu. matrimo. eundem Bald. etiam vi-
deas in. l. con. §. ſin autem. C. de appel. col. ij. ꝛ. iij. ꝛ in auſ. qui ſe-
mel. C. quo. ꝛ quando iudex. col. ſi. ꝛ Bar. in. l. cum biſextus. ff. de
5 verbo. ſigni. †Si vero talis electus non poſſit conſentire ſine licē
tia ſuperioris: puta qꝛ religioſus et eligitur ad prelaturas extra
ſuum monaſterium. vt habetur in. c. ſi religioſus. de electio. in. vj.
vel quia papa prohibuit forte cauſa ſubſiſtente. pro quo gl. in ver
bo, conditio. in dicto. c. quaꝫ ſit. tunc eo caſu electus ſeu electores
ſtudere debent et laborare vt dictam licentiam obtineant quā ci-
tius fieri poſſit inſpecta preſentia, ſeu diſtantia loci vbi tunc ſupe
rior vitam egerit: que omnia cōmittuntur arbitrio boni viri hoc
eſt confirmatoris, vt. ſ. dixi. in. xiiij. ſubſtantiali. qua licentia obtē
ta dictus electus habebit adhuc menſem ad conſentiendum: quia
cum ante licentiam conceſſam ipſe eſſet impeditus ei impedito nō
debet currere tempus. de hoc glo. in verbo, conditio. quam ſequū
tur Ioan. monach. Archi. Ioan. an. ꝛ Domi. in dicto. c. quam ſit.
6 †Preſentata electione electo, nō ſolet electus (ꝙuis hoc poſſit)
ſtatim conſentire ne notetur ambitione: ſed aliquandiu differre
ſuum preſtare aſſenſum. nam non ambientes, neqꝫ ſeſe offerentes,
ſed fugientes, ꝛ inuiti debent eligi. c. in ſcripturis. viij. q. j. niſi ti-
meretur ne quis pernitioſus ſe ingereret. nam tunc poteſt ſtatim
dicere, charitas me cogit ad conſentiendum, arg. c. ſciendum. ꝛ. c.
qui epiſcopatum. viij. q. j. Inno. in. c. cum in iure. col. ij. de electio.
Panor. in. c. cum poſt petitam. col. ij. ꝛ. iij. eo. tit. de elec. ❡ Qua-
liter autem ſe debere habeat ille a quo petitur conſenſus pro ele-
ctione. dic poſt Innocē. in dicto. c. cum iure. in col. ij. ꝛ Panor. in
c. cum poſt petitam. col. ij. ꝛ. iij. quia aut petitur cōſenſus ante ele-
ctionem factā, ꝛ tunc nō debet eligendus conſentire: qꝛ poſtea poſ
ſet caſſari eius electio ratione ambitionis. dicto. c. cum poſt inne-
cta glo. in verbo, requiſitum. ſed debet reſpondere nolo qꝺ me eli
gatis. ꝛ ita rogo. poteſt etiā dicere nō eſt mei ꝓpoſiti dei vocatio-
ni reſiſtere, argu. xix. q. ij. c. due. ꝛ ſic poteſt indirecte declarare volū
7 tatem ſuam. †Et eſt quandoqꝫ vtile requirere voluntatem eligen-
di anteꝙ eligatur: ne ſi contingeret eligendum electionem renue-
re: ꝛ illi nolle conſentire ipſa dignitas vilipendatur: ꝛ eccleſie pro-
uiſio differatur. Inno. ꝛ Panor. in. d. c. cum poſt. Si vero petatur
conſenſus poſt electionem poteſt electus cōſentire ſtatim, vt dixi.
honeſtius tamē faciet vt dicūt dicti doc. ſi paululū differat ſuū pre
ſtare cōſenſum, ne ambitione notet: ꝛ cōſentiēdo dicere poterit no
lens volo ꝛ volo nolēs. gl. in. c. in ſcripturis in glo. poſita in verbo,
plene. viij. q. j. poterit quoqꝫ dictus electus poſt ſibi preſentatam
electioneꝫ dicere. gratias ꝛ laudes ago in primis deo meo omnipo
tenti, ꝛ virgini intemerate eius matri, diuoqꝫ. N. in cuius nomine
eccleſia. N. eſt dedicata, ꝛ oībus ſanctis qui me indignum, ac inſuf
ficientem vocare dignati ſunt ad tantuꝫ onus: quod ſatis humeris
meis importabile puto. confiſus tamen de eorum pietate ꝛ miſeri
cordia nolens dei vocationi reſiſtere: ſed omnino obedire dicte ele
ctioni meliori modo ꝛ forma quibus valeo: conſenſum pariter et
aſſenſum preſto: gratias quoqꝫ et habeo et ago dominis electori-
bus de tanto honore mihi impenſo: quibus condigna meritis re-
8 tribuat omnipotēs. †Dicet deinde dictus electus qꝺ per dictā ac
ceptionem electionis nullo modo intendit renunciare beneficijs
que obtinet donec ꝛ quouſqꝫ in eo concurrerint omnia et ſingula
que habentur in. c. cum in cunctis. §. cum vero. de electio. nec con-
ſentire alicui prouiſioni de dictis beneficijs facte, aut faciende: im
mo expreſſe proteſtatur in contrarium: donec ꝛ quouſqꝫ pacificam
dicte dignitatis ad quam fuit electus obtinuerit poſſeſſioneꝫ, hoc
apponet ſi non intendit renunciare ſuis beneficijs ante pacificam
poſſeſſionem adeptam, de his omnibus debet inſtrumentum fie-
ri. pro quo videas Mandago. in ſecunda parte. in. c. lix. in forma
xiij. cui addes addenda. nā non ita ibi loquitur: ſed mutatis mu-
tandis et aliquibus additis poteris bene inſtrumentum dicti aſ-
9 ſenſus conficere. ❡ †Et nota quod ſi electus renuit conſentire ele
ctioni de ſe facte: ſi putet ſe dignum ad prelaturam illam ſic ſibi
oblatam refutando mortaliter peccat, ſcōm Archidia. in. c. ſi ele-
ctio. de electio. in ſexto. pro quo gloſ. in. c. in ſcripturis. in verbo,
minime. viij. qꝺ. j. quod habet verum quando alius deeſt, vt ibi
colligitur. hoc etiam tenet Ioan. fabri. in. l. ſi quemquā. C. de epi-
ſco. et cleri. abijt vt opinor iamdiu hoc peccatum. debet autem ele
ctus vires ſuas metiri, vt dicitur. j. queſtio. j. in. c. non eſt putanda.
et. xlix. diſtinctio. §. j. in fine. nec debet ſe putare dignum ſemper:
quia multa incumbunt onera prelato. c. nerui. xiij. diſtin. pro hoc
videas Archi. Ioan. de imo. Ioā. an. et Domi. in. d. c. ſi electio. de
electio. in ſexto.

Summarium.

1 ☞ Electus conſenſu preſtito confirmationem intra tres mēſes
petere tenetur.
2 Confirmatio electionis per quos peti poſſit.
Confirmatio quid proprie dicatur.
3 Confirmandi electos quis habere dicatur poteſtatem.
4 Legatus de latere in prouincia ſibi decreta electiones confirma-
re ſolet.
5 Epiſcopus electos inferiores ſue dioceſis confirmare poteſt.
6 Epiſcopus per archiepiſcopum ꝛ archiepiſcopus per patriarcham
confirmatur.
7 Patriarche principales quatuor ſunt.
Imperatoris electionem confirmat pontifex romanus, ipſum au
tem nullus.
8 Geſta per prelatum non canonice electum an teneant.
9 Confirmatio electionis per ſuperiorē facta quantū tribuat iuris.
Confirmatio quando in communi forma dicatur facta.
10 Confirmatio quādo ex certa principis ſcientia dicatur facta.
11 Papa contractus inualidos validare poteſt.

❡ Capitulum. xliij. tertie partis.

Preſtito conſenſu prout

1 tū. dictuꝫ eſt, dꝫ electus petere confirmationē ſue
electionis infra tres mēſes cōputādos a die pſtiti
cōſenſus iuſto impedimēto ceſſante, qꝺ ſi nō fece-
rit eo ipſo ſua electio viribꝰ vacuat. d. c. quā ſit. ꝛ ibi
gl. in verbo, vacuet. gl. in. c. ſi electio. in verbo, eliā. de ele. in. vj. que
gl. eſt not. ponens tpa que dātur pro expeditionibꝰ eccleſiarū: quā
ad hoc notabilē reputāt doc. ꝛ mēti tenēdā. dicit ibidē Phili. frā.
in ſi. col. ❡ De tēpore ad cōfirmationē petendā, vide etiam Man
2 dag. in. j. parte. in. c. lvi. ❡ †Et pōt peti cōfirmatio per ipſum ele-
ctū, ꝛ per eius procuratores. Item per electores ꝛ per amicū etiaꝫ
ſine mādato, dūmodo ipſe electus infra tempus ſtatutū ad confir-
mationem petendam. i. infra trimeſtre petitionē huiuſmodi rateꝫ
habeat. l. penul. ff. rem ratam habe. de omnibus his habes glo. in
verbo, petere. in dicto, c. quam ſit. ꝛ ibi per Io. an. Domi. ꝛ Phi.
fran. habes

franc. habes etiam aliam glo. in pragmati. in verbo, preſentata. in
§. facta autē electione. in ti. de elec. per Coſmā guymier. ¶ Eſt au
tem confirmatio iuris quęſiti per electionē corroboratiua declara
tio, ſm Zabarel. cle. j. de iureiu. §. nos itaq. ver. xx. nota. formas
conficiendorū procuratoriorū quādo ab electo, ſeu a capitulo pro
curatores conſtituuntur ad confirmationis petitionē, habes per
3 Mādago in. ij. parte. c. lix. forma. xvij. & xviij. ¶ †Quis autem ha
beat poteſtatem confirmandi electos. ad hoc dicas qđ aut loqui
mur de electis ad dignitates que immediate ſubſunt romano pō
tifici: & tales electos ad huiuſmodi dignitates romanus pontifex
cōfirmat: ſiue ſint tales dignitates epales, ſiue abbatiales, ſiue ſu
periores. tex. & ibi glo. in. c. nihil. de electio. & ibi Panor. in col. ij. &
Jo. an. in eo. c. nihil. col. ij. & iij. pro hoc. c. ſcriptum. eo. tit. de elec.
& Hoſti. in ſum. de elec. in. §. a quo cōfirmāda, ſuper hoc videas cō
ſtitutionē Nicolai. iij. de qua in. c. cupiētes. de elec. lib. vj. vbi ha
bes formā petendi confirmationē a romano pontifice &c. Et eſt cō
ſuetudo romane eccleſie: qđ non confirmat aliquē electū niſi ſint
preſentes apud ſedē apoſtolicā duo de his qui electioni interfue
runt niſi aliquādo ex certa ſcientia aliquid de gratia faciat. ita di
cit Inno. in. d. c. nihil. col. j. Quid autem dicendū ſi legatus de la
tere ſit in partibus: an poſſit prefatas electiones cōfirmare. Spe.
titu. de legato. in. §. nunc oſtendendum. vbi enumerat octoginta
& nouem reſeruata ſedi apoſtolice. in verſ. xxij. dicit ipſa curia mo
leſtum gerit ſi legatus electos in maioribus monaſterijs cōfirmet.
& in eo. §. nunc oſtendendum. in verſ. ſed nunquid poterit electū
in archiepm confirmare. dicit cōſulo tamē qđ abſtineat legatus. ſ.
nam eccleſia romana non libenter alteri participat hunc honorē
4 & ſic ſeruari videmus in epis exemptis. †hodie tamen eſt deciſū
vt legatus de latere valeat & poſſit in prouincia ſibi decreta confir
mare electiones epiſcoporum, archiepōrum, patriarcharū, ac alio
rum exemptorum. ita tenēt Jo. and. & Panor. in dicto. c. nihil. et
idem Jo. an. Panor. Hoſti. Egidius & Innocē. in. c. cum venera
bilis. de conſuetu. tex. in. c. ſi abbatem. de elect. in. vj. & ibi Do. Jo.
and. Archi. Pet. de ancha. & Philip. franc. ¶ Et aduerte ad vnū
quod eſt notabile, qđ ſi aliquis citramontanus exemptus fuerit
in concordia electus: & ſit legatus in partibus ſi ante confirmatio
nem ſue electionis adminiſtret: incidit in penas. c. auaritie. de elec.
lib. vj. q: tunc ceſſat ratio. c. nihil. nam cū taliter electo concedatur
adminiſtratio propter diſtantiam a romana curia: pro eo quia ec
cleſia poſſet pati aliquod diſpendium anteꝗ confirmatio eſſet a ſe
de apoſtolica obtenta. que ratio ceſſat quādo legatus eſt in parti
bus, a quo dictus electus poſſet conſequi ſuā confirmationē: qua
re ſic electus ſine incurſu penarum. d. c. auaritie. non poterit admi
niſtrare. Iſtud eſt dictū doc. in. d. c. cum venerabilis. de conſuetu.
qđ notabile reputat Panor. in eod. c. col. ſi. & eſt notabilis limita
5 tio ad. c. nihil. de electio. quod dictum nota. ¶ †Quo ad alios ve
ro electos ad dignitates que immediate nō ſubſunt romano pon
tifici dicas qđ epiſcopus poteſt cōfirmare prelatos inferiores ſue
dioceſis, vt abbates, & alios. de hoc eſt tex. in. c. cum olim. de maio.
& obedi. & ita tenet ibidē Panor. col. j. & Jo. an. col. ij. tex. & ibi glo.
in. c. j. xviij. q. ij. ſuper verbo, inſtituere. ſic tenet Hoſtiē. in ſumma
titu. de electio. §. a quo. Et ſede vacante capitulū ſuccedit epo in
poteſtate confirmandi electos: quos eps potuiſſet cōfirmare. tex.
in. d. c. cum olim. & ibi glo. de maiorita. & obedien. qđ eſt menti te
nendum: quoniam non ita bene probatur alibi, ſm Panor. in. d.
c. cum olim. col. j. Et qđ capitulum ſede vacante poſſit confirmare
illos quos epiſcopus poterat. ita tenent Joan. and. & Inno. in. c.
ad abolendam. de hereti. dixi ſupra in preludijs ſeu preparatorijs
ad electionem in quibus capitulum ſuccedat ſede vacante. in. c. v.
6 †Epiſcopū autem confirmat archiepiſcopus. c. cum dilecti. de ele
ctio. & ibi Panor. col. j. tex. in. c. illud. lxiij. diſt. ſic tenet Hoſti. in
d. §. a quo confirmanda. archiepm confirmat primas ſeu patriar
cha ſi ſit: alis papa. tex. & ibi glo. in. c. q: igitur. lxiij. diſtin. Archid.
in. c. de perſona. lxv. diſtin. pro quo tex. in. c. mos antiquus. xv. di.
vbi dicitur qđ patriarche habent in ſuis patriarchatibus eandem
poteſtatem: quā habet romanus eps. & ibi videas Domi. de ſan.
gemi. pro quo tex. in. c. antiqua. de priuilegijs. ¶ Et dicit Panor.
in. c. duo ſimul. de offi. ordi. qđ quemadmodum ſe habent ſubditi
epōrum ad archiepiſcopum: ita ſe habent ſubditi archiepōrū ad
patriarcham. & ſicut multe dioceſes ſunt ſub poteſtate et cura archi
epi, ita qđ archieps eſt ſuperior omniū illorū epōrum, & dioceſum,
ita multe prouincie ſunt ſub cura cuiuſcunꝗ patriarche: ita qđ pa
triarcha eſt iudex ordinarius omnium archiepiſcoporum qui ſunt
7 in ſuo patriarchatu. ¶ †Et ſunt quatuor patriarche principales
quos enumerat tex. in. c. antiqua. de priuileg. quorum primus eſt
patriarcha Conſtantinopolitanus. ſecundus eſt Alexandrinus.
tertius eſt Antiochenus. quartus autem eſt Hieroſolymitanus.
alij vero non ſunt de principalioribus. Super iure primatie qua
liter olim erat controuerſia inter archiepiſcopos Bituricēſem, et
Burdegalenſem, habes in. c. humilio doctrina magiſtri. de maio.
& obedien. ſic ergo gradatim ſit ipſa conſecratio ſicut gradatim ap
pellatur. c. dilecti. de appella. & l. precipimus. C. de appella. et. l.
imperatores. eo. titu. de appella. ff. ¶ Electionem autem impera
toris confirmat romanus pōtifex. qui habet eum examinare. tex.
in. c. per venerabilem. de electio. papam autem nullus confirmat:
quia ſuperiorem non habet. c. licet. de elec. & ſic ſtatim vt eſt electus
adminiſtrat. text. in. c. in nomine dñi. xxiij. diſt. & ibi Domi. glo. &
Panor. in. c. nihil. de elec. in glo. ſi. dixi. 8. faltem remiſſiue caſus
in quibus electi poſſunt adminiſtrare ante confirmationem in ſe
8 cunda parte in. viij. incipiente octauo. † An et quando geſta per
prelatum confirmatum ꝗuis non ſit canonice electus valeant & te
neant. vide Inno. in. c. cum dilecti. & in. c. nihil. de elect. & Panor.
in dicto. c. nihil. col. vj. qui expedit aliquos caſus de validitate ge
ſtorum ab eo qui gerebat ſe pro prelato: ſi poſtmodum deiciatur
a prelatura: quos ibi videas, quoniam notabiliter materiam expe
dit. ¶ Qualiter autem procedatur in ipſa confirmatione habes
tex. in. c. ſi. de elec. in. vj. & ibi Joan. an. Domi. Archi. Pet. de an
cha. & Phili. fran. habes quoꝗ per Inno. in dictis. c. cum dilecti;
et. c. nihil. eo. titu. de elec. Item etiam habes in pragmatica in ti
tu. de elec. §. facta autem et ibi per Guimier. & Hoſti. in ſumma. de
9 electio. §. et qualiter. ¶ †Et nota qđ confirmatio facta per ſupe
riorem in electione tribuit multum noui iuris. nam tribuit pote
ſtatem adminiſtrandi in ſpiritualibus & temporalibus. c. tranſmiſ
ſam. & c. qualiter. de electio. in volumine gregoriano. & c. auaritie.
ibi glo. in verbo, confirmetur. Panor. in. c. j. col. j. de confirma. vti
li vel inutili. & Joan. an. in. c. de confirmationibus. col. j. eo. titu. &
ſm Inn. in. c. ex parte. de arbi. cōfirmatio electionis tribuit & trāſ
fert ius prelature in confirmatum: quandoꝗ tñ cōfirmatio nullū
ius tribuit: vt eſt confirmatio cuiuſcunꝗ rei facta per ſuperiorē in
forma cōi. ſed ſolet impetrari ad cautelā, ne impetrans huiuſmodi
videatur ſine ſciētia ſuperioris procedere, vt magis timeat. ¶ Et
dicitur cōfirmatio facta in forma cōi: qñ fit cōditionaliter non co
gnito de cā, vt ſi dicat cōfirmamus tibi poſſeſſiones. aut bona tua
que iuſte poſſides in tali loco: vel per ſimilia verba ſeu per ſimilē
formā, de hac confirmatione eſt tex. in. c. q: diuerſitatem. de cōceſ.
prebē. vel eccle. nō vacā. cū dicit non obſtante cōfirmatione a ſede
apoſtolica obtēta in forma cōi: que cōfirmat beneficia & prebēdas
ſicut iuſte & pacifice poſſident, & ibi eſt glo. in verbo, cōi. ¶ Aliqñ
vero cōfirmatio vetus ius cōfirmat & cōſolidat: vt quando fit confir
10 matio ex certa ſcientia principis. ¶ †Et dicit cōfirmatio ex cer
ta ſcientia principis fieri: quādo totum negotiū eſt principi refera
tum & ipſe poſtmodum confirmat, maxime apponendo clauſulā
ex certa ſciētia. Et hec cōfirmatio operat plus, vel minus ſm ma
teriā propoſitā. nam ſi petēs ſeu impetrans hmōi confirmationē
iuſte poſſidebat operabit vt inferior nō poſſit amplius de illa reco
gnoſcere, ſcz vtrum iuſte poſſideat: necne. c. ij. de confirma. vti. vel
inuti. idē eſt de confirmatione ſentētie & proceſſuū in iudicio habi
torū, contra quos nō audiūtur partes poſtꝗ ſunt cū cauſe cogni
11 tione confirmati. c. j. de tranſac. & l. nā ita. ff. de adop. ¶ †Et pōt
papa cōtractus ꝗtuncunꝗ inualidos ab eccleſijs inuitos validare,
dummodo ex certa ſciētia confirmētur. ar. c. propoſuit. de conceſ.
preben. vel eccle. nō vacan. & iij. q. vj. c. hec quippe. Itē dicta confir
matio facta ex certa ſcientia facit rem maioris autoritatis. xj. diſt.
c. quis neſciat quādoꝗ operatur maiorē effectū. nā ſi impetrans
talem confirmationē non iuſte poſſidebat, incipit iuſte poſſidere.
vnde ſolent papa & principes apponere in huiuſmodi cōfirmatio
nibus clauſulā ſupplentes de plenitudine poteſtatis omnē defe
ctum. & ſic talis confirmatio de inualido facit validum. pro quo vi
deas Panor. in. d. c. j. de confirma. vti. vel inuti. & Jo. an. eo. tit. c. ij.
ſuper hoc videas Feli. in. c. ad noſtram. de probationibus. col. iij.
verſ. vltimo nota. & eundem Feli. in. c. cum veniſſent. de teſti. col. j.
& ij. in glo. j. videas etiam Feli. in. c. ij. de reſcrip. co. xix. & xx. verſ.
leges inſerte. & ibi per eum an confirmatio principis ex certa ſcien
tia proſit in defectum ſubſtantialium: an ſolum in defectum ſolen
nitatum, vt inuocatione partis & ſimilibus. et in materia condu
nat ibi multa eleganter dicta, vide etiam in materia Domini. in
c. quis neſciat. xj. diſt. & in glo. poſita ſuper verbo, autoritate. & eū
dem Dominicum etiam in. c. cenomanenſem. lvj. diſtin. qui ibi tz
qualiter confirmatio per principem ex certa ſcientia facta actum
nullum validant.

Summarium.

1 Electus confirmatus ſed non conſecratus non eſt epiſcopus vocandus.
Conſecratio dat nomen epiſcopo.
2 Interficiens electum non conſecratum non cenſetur occidiſſe epiſcopum.
3 Priuilegium quod epiſcopis conceditur quando electo concedi cenſeatur.
4 Electus confirmatus non conſecratus qua polleat poteſtate remiſſiue.

Electus confirmatus non conſecratus res eccleſie poteſt admini-
ſtrare.
5 Electus non conſecratus ea que ſunt ordinis exercere non poteſt.
Prouiſus per ſedem apoſtolicam ea que ſunt iuriſdictionis exer-
cere poteſt.
6 Confirmator prouidendo eligit et confirmat.

Capitulum.xliiij.tertie partis.

Confirmatione obtenta

1 †nondũ ipſe electus ſi fuerit ad epalem dignitatẽ
electus, vocabitur epus, ſed preciſe electus. tex. et ibi
Panor. in.c.tam literis.de teſti.tex. etiam et ibi
Panor.in.c.tua nuper.de his que fiunt a prelato
ſine conſen.capi.in primo notabili.nã cõſecratio confirmat nomẽ
et dignitatem epiſcopalem.ad hoc.c. niſi. de auto. et vſu pallij.ſm
Panor.in.c.cum te.de reſcrip.pro hoc glo.in.c.j.in verbo, dedicã
da.de religio.domi.que dicit qd in conſecratione electus nomen
aſſumit epi.glo.etiã in cle.ſi quis ſuadente.in verbo, quẽuis pon-
tificem.de penis.que glo.dicit electos nõdum conſecratos nõ eſſe
põtifices, hoc eſt epos.nec etiã vocãtur dicti electi confirmati nec-
dum conſecrati pontifices.glo.etiam in verbo, pontificũ.in cle.di-
gnum.de celebra.miſſa.ideo dicit Bal.in.l.ſi nõdum.C. de furtis.
2 col.j.verſi.et nota.in ſi.verbis. notabilis † qd ſi ciuitas interficiat
electum non dicatur interfeciſſe epm: quem ſequitur ibidem Barba.
in addi. ad eundẽ Bal.et ſic nõ incidet in penas de quibus in.c.ita
nos.xxv.q.ij.glo.tamẽ eſt ſing.in cle.vnica.in verbo, epiſcopis. de
foro cõpeten.que glo.vult qd priuilegium (de quo in dicta cle.vni
ca cõceſſum) epiſcopis, extẽdatur ad electos cõfirmatos, nondum
conſecratos, quã glo.ſingu.dicit Andre.barba.in.d.l.ſi nondum.
C.de furtis.in addi.ad Bal.glo.tamen in.d.cle.ij. de celeb. miſ.in
verbo, pontificũ.videtur contradicere, ita qd priuilegiũ cõceſſum
epis non extendatur ad electos confirmatos: nam priuilegium cõ
ceſſum epis ſeu eorum ſeruitoribus de horis dicẽdis (de quo in di-
cta cle.ij.) non habet locum in electis confirmatis nondum conſe-
3 cratis.pro quarum gloſarum concordia eſt dicendum † qd ſi ſit ca-
ſus in quo ſit eadem ratio in epo, et in electo confirmato nondum
conſecrato, priuilegium epo conceſſum vendicat ſibi locum in ele-
cto confirmato, nec conſecrato.et ſic intelligitur glo.in.d. cle. vni-
ca.de foro competẽ.in verbo, epis.facit tex.in.c. inter corporalia.
de transla.epi.vel elec. Si autem non eſt eadem ratio, vtputa: qr
priuilegium eſt datum ad decorem epiſcopalis dignitatis: tunc in
priuilegio conceſſo epis non comprehenduntur electi confirmati
qui non ſunt conſecrati.et ſic eſt intelligenda gl.in dicta cle. dignũ.
in verbo, pontificum.de celebra.miſſa.ita dictas glo.concordat di
ctus Barba.in.d.l.ſi nondũ.C.de furtis.in addi.ad Bal.et ita etiã
dicit: et ſunt verba formalia Panor.in.d.cle.j.de foro competenti.
in recollectione glo.an et quando electi confirmati nec conſecrati
includantur in diſpoſitionibus, vide Cac.in locis.ſ.adductis et co
pioſe do.Feli.in.c.cũ te.de reſcrip. in.j.ij.iij.iiij.v.et.vi.col.vbi mul
4 ta adducit. † De poteſtate electi confirmati nondum tamẽ con
ſecrati habes per dictum Feli.in.d.c.cum te.col.iij.ver.reſtringun
tur, qui dicit eum ea poſſe que ſunt epalis iuriſdictionis. glo.in.c.
tranſmiſſam.in verbo, de talibus, de electio.dicit electũ confirma
tum poſſe exercere iuriſditionalia epi.inter que enumerat iudica-
re, excõmunicare, et ex conſequenti abſoluere: eſto qd non ſit ſacer
dos, ſm doc.ibidem, corrigere, iuramenta recipere a vaſallis, con-
firmare, inueſtire, beneficia conferre.pro hoc text.iuncta glo.in.c.
noſti.in verbo, confirmata, et etiã text.in.c.qualiter. iuncta glo.in
verbo, adminiſtrationi.titu.de elect. Et dicit Inno.in.d.c.trãſ
miſſam.col.j.qd ex quo electus eſt confirmatus poteſt adminiſtra-
re res eccleſie: tam in ſpiritualibus quam in tẽporalibus, tam in colli-
gendis fructibus quam in actionibus intẽtandis nomine eccleſie ſue.
Rationem ponit Panor.in.d.c.noſti.vbi dicit qd per electionem
electus cõſequitur ius prelature, et adminiſtrandi in habitu. et per
confirmationem ſuperioris cõſequetur ius adminiſtrãdi in actu.
pro quo gl.notabilis in verbo, relatio.in.c.quanto.lxiij. diſt. quã
glo.ſingu.dicit Panor.c.nihil.col.ij.de elec.habet electus confir-
matus merum imperium, ſm Innocẽ.in dicto.c. tranſmiſſam. de
5 elect †. Ea vero que ſunt ordinis epiſcopalis electus in epiſcopum
confirmatus ſi non fuerit conſecratus nõ poteſt executioni demã-
dare, vtputa non poteſt ordines conferre: nec chriſma ſacrum con
ficere: nec clericos deponere. ſuper qua depoſitione ſunt opiniones
quas vide per Panor.in.d.c.tranſmiſſam.col.vlti.et penul.nec etiã
poteſt virgines benedicere: neque eccleſias, ſeu altaria cõſecrare. gl.
in.d.c.tranſmiſſam.in verbo, de talibus.et eſt bene notabilis dicta
glo.ſm Panor.ibidem. Et not.qd quemadmodum poteſt ele-
ctus confirmatus non conſecratus exercere ea, que ſunt iuriſditio-
nis, ſic etiam poterit per ſedem apoſtolicam prouiſus adminiſtra
re, et ea que ſunt iuriſditionis exercere: quamuis non ſit cõſecratus. nã
talis prouiſio habet vim electionis et confirmationis. glo.in ver-
bo, prouiſionem.c.j.de electio.in.vj.et ibi Domi.et Philip.fran.et
notatur in.c.cũ olim.de cau.poſſeſ.et proprie.et eſt idem dicendum
6 in omni electo a confirmatore. † nam confirmator prouidendo eli
git et cõfirmat.ita tenet Inno.in.c.cum olim.de cau.poſ.et propri.
et do.Feli.in.c.cum te.col.ij.et.iij.de reſcrip.et Panor. ibidem.et in
c.tranſmiſſam.de elec.idem Panor.in col.ij.

Summarium.

1 Exceptiones que aduerſus electum confirmatum non con-
ſecratum obijci poſſint.
2 Confirmatio quando nulla cenſeatur edicto fraudulenter pro-
poſito.
3 Confirmatione ſolenniter facta non auditur obijciens crimina.
4 Eligẽs poteſt contra electum obijcere crimina tempore electionis
occulta.
5 Superiore de prelato prouidente, qualiter cõtra ſic prouiſum poſ
ſit excipi.
6 Ius plenum in beneficio habenti quãdo poſſit aliquid opponi.

Capitulum.xlv.tertie partis.

Que exceptiones poſſint

1 † opponi contra electum confirmatum nõ conſe-
cratum: et videtur qd exceptiones que impediunt
confirmationis executionem nõ poſſint opponi.
pro quo tex.in.c.conſtitutis.in.ij.de appel. et in.c.
poſt electionem.de conceſ.prebẽ.et in.c.accedẽs.de accu.ſuper hoc
dicendum eſt qd aut confirmatio fuit facta non precedente citatio
ne, quãdo eſt coelectus vel oppoſitor: vel edicto nõ propoſito vbi
non eſt coelectus vel oppoſitor: et tunc cõfirmatio eſt ipſo iure nul
la: et ſic admittetur exceptio nullitatis ipſius electionis.de hoc eſt
caſus in.c.ſi.de elec.in.vi.et in pragma.titu.de elec.§.facta aut edi
ctum fuit propoſitum.iuxta dictũ.c.ſi.et tex.in pragma.d. titu. de
elec.§.facta autem. Et aduertas qd ſm dictum.§.facta etiã in ca-
ſu quo appareat coelectus, aut oppoſitor qui vocandus eſt nomi
natim: nihilominus debet edictũ proponi: quod edictum ſi ſit ni-
mis acceleratum nõ valet: et tunc admittitur exceptio contra con-
firmatum ad impediendum effectũ confirmationis. Inno.in.c.cũ
olim.de cauſa poſ.et proprie.et putat Panor.in eo.c.cum olim.col.
2 vj.circa finem, † qd iſte caſus etiam procedat quando fraudulen-
ter proponitur edictũ cum termino breuiſſimo: et procuratur amo
tio incontinẽti, ne perueniat ad notitiam hominum: ſicut plaries
compertum eſt: et tunc talis confirmatio eſt nulla, ar.dicti.c.ſi.et tũc
admittetur exceptio ad differẽdum cõfirmationis effectum: cum
per talem exquiſitam fraudem oppoſitores fuerint ſupplantati:
que fraus iuuare non debet dictũ confirmatũ iuribus vulgatiſſi-
mis: et ex tali exquiſita fraude eſt magna preſumptio contra confir
mationem, ar.c.vt noſtrum.vt eccle.bene.ſine dimi.conferantur.
Item admittetur exceptio nullitatis cõtra electum cõfirmatum,
vtputa quando talis electio dicitur facta per ſimoniam: aut alias nõ
ſeruata forma de qua in.c.ſi.de elect.in.vj.et in pragma.in.d.§.fa-
cta autem electione.et hoc quando probatio offertur incõtinenti.
pro quo facit lex.iij.§.ibidem.ff.ad exhibendum.et.l.ſi is a quo.ff.
vt in poſ.lega.bo.glo.in verbo, contentionẽ.c.j.de ceſti.ſpo. cum
ſimi.pro hoc videas Inno.Jo.an.et Panor.in.c.cum olim.de cau
3 ſa poſ.et proprie. † Et aduertas qd ſi confirmatio eſt ſolenniter
facta, et ante dictam confirmationem fuerint obiecta aliqua crimi-
na ſeu defectus: ſuper quibus fuit ſententiatum, nõ auditur quis
ad proponendos tales defectus, ſuper quibus fuit ſententiatũ: qr
tunc talis actio cum ſit popularis ſeu quaſi, vno agente conſumit.
l.iij.ff.de popu.ac.nec enim de delicto vnius ſepe eſt querendum.
l.licet.ff.nau.caupo.ſtabu.gl.in.c.cum dilecti.de elec.in verbo, iu-
dicatum. et ibi Panor. Si vero nullus contradictor comparuerit,
nec fuit de aliquo crimine diſcuſſum, tunc quandocunque ſolenniter
proceſſerit confirmator: comparens noniter: ſi ſibi non poſſit im-
putari quare in principio ante confirmationem nõ comparuerit:
puta: qr erat extra dioceſim, vel infirmitate grauatus: ita qd igno-
rauerit confirmationem fieri: vel opponit ea que noniter ad ſui no
titiam peruenerunt, de quo eſt tex.notabilis in.c.ſi.qui matri.ac-
4 cuſa.poſ. † nam et ille qui eligit poteſt ea que erant occulta tẽpore
electionis celebrate obijcere electo, vt in.c.nulli.de elec.in.vj.et ibi
per Phi.qualiter eo caſu poteſt quis venire contra factum pro-
prium etiam iuratum, ſicut ex noua cauſa poteſt quis offendere,
nec dicetur rumpere pacem. Pet.de ancha.et Phi.in.d.c.nulli.et
Bar.in.l.qui ſeruum.ff.de verb.obli.col.j.et in.l.licitatio.§. quod
illicite.ff.de publi.et vectiga.col.j.et audietur ille talis contra ele-
ctum confirmatum: ſaltem per viam accuſationis vel denuntiatio
nis ſi proponat crimen, aut obiectum ſuper quo nõ fuit diſcuſſum.
Panor.in.c.cum olim.de dolo et contu. Et no. qd ſi nullus cõ-
tradictor comparuerit, et in confirmatione fuerit proceſſum prepo
ſitis edictis, ſi elapſis edictis confirmator pronuntiauerit neminẽ
deinceps audiendum: et tunc non debet aliquis audiri: cum poſſit
imputari

imputari quare tunc non comparuerit etiam ſi res adhuc ſit inte-
gra:vt quia non fuit proceſſum ad confirmationem.ad hoc tex.no
tabilis in ſimili in.l.titia.ff.de accuſa.ante iudex nihil pronuntia-
uit ſuper hoc:⁊ ſi res eſt integra:audietur cõparens. gl.notabilis.
et ibi Innocen.in.c.ſi.qui matri.accuſa.poſſunt.in verbo exclude-
ret.aut res non eſt integra:vt quia iudex proceſſit ad confirmatio-
nem:et nemo tunc audietur cui inculpari poterit quare tempore
edicti non comparuit:cum ſit preſumptio malitie contra talem.vt
eſt tex.no.in dicto.c.ſi.qui matri.accuſa.hec videas per Panor.in
c.cum olim.de cauſa poſſeſ.⁊ proprie.⁊ per eundem in.c.cum olim.
5 de dolo ⁊ contuma. ¶ †Aduerte qđ cum ſuperior prouidet ad quẽ
ſpectat confirmare eodem iure:tunc prouidendo confirmat. vt ſu-
pra dixi.pro quo vide Feli.in.c.accedens.colũ.j.de accuſa.eo.caſu
opponentes(cum non habuerint tempus ad opponendũ ſe ante
confirmationem)admittentur ad excipiendum contra electionem
⁊ confirmationem:atq; contra perſonam diffamatam. et hoc caſu
effectus confirmationis ſeu collationis impeditur quouſq; id qđ
obijcitur fuerit examinatum et diffinitum:vt.c.cum olim.de cauſa
poſ.⁊ proprie.ar.xxiij.di.c.qui epiſcopus.⁊ in auth.quomodo opor
tet epi.§.oportet autem in ipſo ordinationis tẽpore.coll.prima.
et de ſanctiſſi.epiſ.§.ſi quis autem electum.coll.ix.Jo.an.in.c.cum
olim.de cauſa poſſeſ.⁊ proprie.colũ.j.⁊ ibi plene per eum de mate
ria.et per Inno.ibidem.et per eoſdem.et per Panor.in.c.cũ olim
de dolo ⁊ contu.⁊ in.c.qđ ſicut.de elec. ¶ Et quãuis in caſibus pre
dictis non poſſit aliquid opponi per viam exceptionis contra ſic
confirmatum vt premittitur:ſed per viam accuſationis,ſeu denun
tiationis quod impediat effectum confirmationis:poterit tamen
opponi contra ipſum confirmatum tam contra perſonam:q̃ con-
tra electionem:q̃ contra confirmationem per modum exceptiõis:
quando ipſe electus petet conſecrationem.c.cum dilecti de electio.
et.c.ſuper his.de accuſa.Jo.an.col.j.c.cum olim.de cauſa poſ.⁊ pro
prie.ſuper hac materia vide Panor.in.c.accedẽs.de accuſa.in glo.
poſita ſuper verbo,publice.vbi tres caſus proſequitur.Primũ eſt,
qualiter exceptio opponi poteſt contra electum.ſiue opponat cõ-
tra perſonam,ſiue contra formam,ſiue electus ſit infamatus de cri
mine obiecto,ſiue non.de quo.in.c.j.⁊ in.c.vt circa.de electione in
vj.⁊ ibi Domi.⁊ Philip.Secundus caſus eſt quando excipitur cõ
tra electum confirmatum qui petit conſecrationem: quo caſu ad-
mittitur exceptio.c.ſuper his.de accuſa.⁊ hoc ſecundũ ea que ſupe
6 rius dicta fuere.†Tertius caſus eſt quando quis ius plenum ha-
bet in beneficio:tamen petit aliquid facti:puta poſſeſſionem:et
tunc proſequere hunc caſum ſiue agatur pro iuribus beneficij:ſiue
pro poſſeſſione adipiſcẽda:ſiue pro poſſeſſione recuperãda ſecũdũ
qđ proſequitur Panor.⁊ Feli.in dicto.c.accedens.de accuſa.⁊ vi-
de dñm Anto.corſetũ de excellẽtia ⁊ poteſtate regia qui ponit quin
quaginta caſus in quibus ſpoliato non debet fieri reſtitutio.

Summarium.

1 Exceptio ad poſſeſſionẽ impediẽdam non admittitur in be-
neficialibus,collatione,electione ⁊ confirmatione factis.
2 Collationes clandeſtine nõ preſumuntur canonice.
3 Titulo non apparẽte iuſto quid contra poſſidentẽ obijci poſſit.
Epiſcopus ſolus dignitates cathedralis eccleſie non põt cõferre.
4 Agenti poſſeſſorio adipiſcende in prophanis poteſt opponi ex-
ceptio dominij.
Exceptiones coram iudice cõpetenti debẽt opponi.
5 Laicus parochianus ſeu patronus contra promouendum excipe
re poteſt.
Excipiens de crimine contra electum punitur ſi deficiat in proba-
tione.

¶ Capitulum.xlvj.tertie partis.

Item in materia prefata
videas Panor.in.c.cum olim.de cauſa poſſeſ.⁊ pro
1 prie.vbi in hac materia facit regulam dicẽs † qđ in
bñficialibus ſi agatur poſſeſſorio adipiſcende poſt
collationem,aut poſt electionem et confirmatio-
nem regulariter non admittitur exceptio ad impediendam poſſeſ
ſionem.c.cõſtitutis in ſecũdo de appel.⁊.c.poſt electionẽ.de cõceſ.
preben.vel eccle.non vacan.⁊.c.accedens.de accuſa.Et ratio eſt:quia
exceptio debet eſſe proportionabilis ad actionem in iudicio dedu
ctam:cum ſit actionis excluſio.c.cum dilectus.de ordi.cog.l.ij.ff.de
excep.ſed exceptio hoc caſu non eſt proportionabilis cum proui-
ſus non petat aliquid iuris ſed quid facti ad executionem iuris ob
tenti de preterito.ideo exceptio concernẽs defectũ iuris nõ debet
admitti tanq̃ non proportionabilis.hec regula fallit. Primo vbi
opponeretur crimen,ſeu defectus tum infamia:vt in dicto.c.acce-
dens.Ratio poteſt eſſe quia infamatus exiſtens in poſſeſſione debz
ſuſpendi donec ſe purgauerit.c.preſbyter.ij.q.iiij.et.c.primo.⁊.ij.
et.c.inter de purgatio.cano.fortius ergo debet repelli talis a poſ-
ſeſſione conſequenda: quia turpius eijcitur q̃ non admittatur ho-
ſpes:et facilius quis repellitur a querendis,q̃ a iam queſitis.vt.ſ.
2 dixi. ¶ †Secundo fallit quando collatio fuit clandeſtina:quia pre
ſumitur contra collationes clandeſtinas qđ non ſint canonice.c.
vnico vt eccle.beneficia ſine diminutio.conferantur.⁊.c.vt noſtrum
de appella.⁊ ibi per Panor.in colũ.ſi.⁊ huius pretextu dicit Pa-
nor.in dicto.c.cum olim.de cauſa poſſeſ.⁊ proprie.col.vi.poſſe at-
temptari qđ contra clandeſtine prouiſum poſſit excipi de crimine
ſiue infamia ad poſſeſſionem differendam:quia eſt preſumptio cõ
tra talem collationem: vt dictis iuribus. preterea quia iſte qui tunc
opponeret fuit ſupplantatus:cum non habuerit facultatem oppo
nendi tempore collationis. vnde non eſt quid ſibi imputetur.
¶ Tertio fallit quando allegantur prouiſiones non tenere.arg.c.
cum olim.de dolo et contuma.⁊.c.cum olim.de cauſa poſſeſſionis
et proprietatis.Super hoc tertio caſu ſic diſtingue:quia aut oſten-
ditur titulus apparenter iuſtus:vtputa quia eſt quis prouiſus ab
habente poteſtatem ordinariam:nec exceptio habet aliquam pre
ſumptionem apparentem contra titulum:⁊ tunc non debet admit
ti aliqua exceptio nullitatis per rationem ſupra poſitam in regu-
la:niſi offerrentur probationes incontinẽti.pro quo.l.iij.§.ibidẽ.
ff.ad exhiben.⁊ bo.glo.in verbo,contentionem. c.j.de reſti.ſpolia.
et in.c.literas.eodem titu.in verbo,primi.que gloſ.hoc volunt in
3 poſſeſſorio adipiſcende.†Si vero non eſt titulus apparẽter iuſtus
vt quis eſt habitus ab eo qui de iure communi non habet poteſta
tem prouidendi:⁊ eo caſu prius diſcuti debet hec exceptio anteq̃
tradatur poſſeſſio:quia illo caſu tollitur fundamentum poſſeſſio-
nis ⁊ proprietatis.et ita poteſt intelligi.c.cum olim.de cauſa poſ.
et proprie.ſm vnam lecturam:tenendo qđ ibi agebatur poſſeſſo-
rio adipiſcende:quia epiſcopus ſolus non poteſt conferre dignita
tes eccleſie cathedralis:quia hoc pertinet ad epiſcopum ⁊ ad capi-
tulum ſimul ſm Joan.and.in dicto.c.cũ olim. de cauſa poſ.⁊ pro-
prie.de quo copioſe Panor.l.ad quos ſpectet prouiſio beneficio-
rum eccleſiaſticorum.in.c.cum eccleſia vulterana de elec.poſt Ho-
ſtien.Inno.Jo.calde.⁊ Joan.de lig.⁊ alios doc.predictos tres ca-
ſus poſuit dñs Feli.in.c.accedẽs de accuſa.vbi ſequitur Panormi
tanum dicens:vide ſemper in hac materia dñm Panor.in dicto.c.
cum olim.de cauſa poſ.⁊ proprieta.col.vlt.et penul.quem ſe ſequi
dicit Feli.vide etiam de hac materia per eundem Panor. in dicto
c.cum olim.de dolo ⁊ cõtuma.⁊ in.c.poſt electionem.de conceſ.pre
ben.et in.c.accedens.de accuſa.⁊ in.c.conſtitutis.in.ij. de appella.
vbi in ſi.col.Panor.ponit iſtos tres caſus.videas quoq; in hac ma
teria Innocẽ.in dictis locis.et in.c.inter dilectos.de exceſ.prela.et
4 Joan.an.ſimiliter in prefatis locis. ¶ †Qualiter agenti poſſeſſo-
rio adipiſcende in prophanis poteſt opponi exceptio dominij.vi-
de Bal.in.l.incerti.C.de interdic.colũ.vij.per.l.ſi.C.quo.bono.et
idem in poſſeſſione vacante adipiſcenda.l.fina.C.vnde vi.Agenti
poſſeſſorio recuperãde que exceptiones poſſint opponi:vide Pa-
nor.in.c.in literis.de reſti.ſpo.plenius hanc materiam tractat dñs
Anto.corſetus in tractatu quem fecit de poteſtate ⁊ excellentia re
gia in regula quam ponit:qđ ſpoliatus ante omnia eſt reſtituen-
dus. ad quam regulam ponit quinquaginta caſus fallentiales vt ſu
pra dixi.Iſte exceptiones que opponuntur contra beneficiatos
debent opponi coram iudice competenti. ¶ Qui autem admittã
tur contra electum ad excipiendum,et contra formam electionis:
ſiue contra petentem confirmationem,conſecrationem,ſeu ordina
tionem. vide Inno.in.c.ſuper his. de accuſa.⁊ Joã.an.⁊ Panor.
ibidem.dominus Feli.ponit ibidem in.vj.vij.viij.⁊.ix.col in mate
ria ſex concluſiones.videas etiam Panor.in.c.ex parte ade.de te-
5. ſti.vbi aliquid ponit in materia. in colũ.iiij.⁊ dicit † qđ laicus ſi eſt
parochianus vel patronus poteſt excipere contra promouendum.
quod tenet glo.in.c.vt circa.de electione.in verbo,aliqui.et ita te-
nent ibi Domi.⁊ Philip.Fran.qui optime materiam declarant
quos vide.hoc etiam tenent Panor.⁊ Feli.in dicto.c.ſuper his.
¶ Obijciens contra electum vel electionem ⁊ ſuccũbens qualiter
puniatur vide tex.⁊ ibi doc.in.c.j.⁊.c.vt circa.de elec.in.vj.⁊ ibi Do
mi.⁊ Philip.⁊ Panor.in.d.c.ſuper his.de accuſa.

Summarium.

1 Poſſeſſoria ſummarie tractari debent, et potiſſime in bene-
ficialibus.
2 Recredentia abſq; inquiſitione alia,per literas et titulos eſt adiu
dicanda.
3 Litium protelatio quantorum in eccleſia ſit malorum cauſa.

4 Prelatorum dignitas eorum frequentia vileſcit.
5 Subditi prelatorum exactionibus vexantur ratione litium.
6 Grex de manu paſtoris requiretur.
Prelati noſtri temporis beneficiorum fructus locant laicis, qui po-
pulum vexant exactionibus innumeris: horrendum dictu ſed mer-
cenarij ſunt, non paſtores proprij, et ob id non mirandum.
7 Dilacio iudiciorum quantorum ſit cauſa malorum.
Epiſcopus epiſcopum agat, et princeps principem, et ſuo quiſq[ue] re-
cte fungatur munere: reddet enim iudex vnicuiq[ue] quod geſſit in
corpore.

¶ Capitulum. xlvij. tertie partis.

ET quia ſermo fact[us] eſt de
1 exceptionibus† que poſſunt opponi cõtra proui-
ſos in beneficialibus ad impediẽdam poſſeſſionis
adeptionem: nota q[uod] iſta materia cũ ſit poſſeſſoria
ſummarie d[ebet] tractari: nã poſſeſſoria mox debẽt ex-
pediri. l. momẽtanee poſſeſſionis. C. vn vi. et gl. i verbo, momẽtanee
C. q legi. pſo. habent ſtandi in iud. dicit in finalib[us] verbis q[uod] poſſeſ-
ſio poteſt dici momẽtaria: quia cito debet expediri: et ſine mora. ar.
l. ij. C. vt intra certum tẽpus. Et ſi poſſeſſoria in omni negotio (q[ue]
non habent maxime cauſam proprietatis annexam) debeant ci-
tius quo fieri poſſit expediri: q[ua]nto magis poſſeſſoria in beneficiali-
bus debent cito terminari: ne eccleſie in ſpiritualibus, et temporali-
bus graue patiantur diſpendium: et lupus rapax gregem inuadat
Dominici. c. q[uonia]m ſit. de electio. in. vj. et c. poſt[qua]m. l. diſt. et c. ne pro defe-
ctu. de elec. in antiquis. ¶ Ideo reges Francorum laudabiliter ac
ſanctiſſime eorum lege ordinarunt vt poſſeſſoria breuius quo fieri
2 poſſet in beneficialibus expedirentur. † Et quod recredentia abſq[ue]
vlla inquiſitione ſi modo fieri poſſit per literas: et titulos adiudica-
retur: ſic ſtatuit Carolus ſeptimus: et eius lege ſeu ordinatione,
eſt diſpoſitum in ordinatione. lxxviij. in meis ordinationibus. Hoc
etiam edicto firmauit bone memorie Carolus octauus, ordina-
tione. lviij. nec horum cepit obliuio Ludouicum duodecimum iu-
ſtitie cultorem: qui ſupradicta confirmauit, ac multis fraudibus q[ue]
ratione appellationum ac oppoſitionum in poſſeſſorijs beneficiali-
bus interiectarum interueniebant, grauiter ac ſagaciter prouidit
ſua ordinatione mihi. lxxxij. Hijs tamen non obſtantibus vidi et
audiui in regno Francie et extra dictum regnũ poſſeſſoria beneficia-
lia diutius, immo diutiſſime ſub iudicibus ſecularib[us] agitari: et ali-
qua quinq[ue], aliqua decem, aliqua viginti annis ſub temporali iudi-
ce fuiſſe: relatumq[ue] mihi eſt de quodam poſſeſſorio cuiuſdam digni-
tatis epiſcopalis quadraginta annis ſub laico iudice perſtitiſſe.
3 ¶ † Vnde infinita oriuntur in eccleſia dei mala: nam bona eccleſia-
ſtica que in vſus pauperum: ac reparationes eccleſiarum deberent
exponi. c. aurum. et c. gloria. et c. quatuor. xij. queſt. ij. et c. epiſcopus
pauperibus. lxxxij. diſtin. ab aduocatis et procuratoribus abſumun-
tur. ¶ Et prelatos quos populo ſibi credito intentos eſſe deceret:
iuxta prouincie ſibi iniuncte officium. c. cleros. et clericos. xxi. diſti.
et c. ſi rector. xlviij. diſt. et c. qui epiſcopatum. viij. queſtio. i. et authẽ.
de ſanctiſſi. epiſco. colla. ix. §. interdicimus. curias perſequi neceſſe
eſt: et in vilipendium ſuarum dignitatum hac ac illac circũcurſare:
abiectis ac ſceleratiſſimis quandoq[ue] magnos impendere honores
cogantur: vt quos ſanctiſſimos quondam appellarunt iura: nunc
conſuetudine ac frequentia et pretoria occupatione vileſcãt ac par-
4 uipendantur. c. periculum. lxxxviij. diſtin. † raro etenim prelati de-
bent in publicum prodire vt in maiore habeantur honore ac reuerẽ-
tia: nam omne quod rarum eſt: plus amplectitur. c. legitimos. xxiij.
diſtin. ¶ Hoc prelatorum vilipendium ſpiritu prophetico videns
Zacharias ſuis p[ro]phetijs, capite. xi. in hec verba prorupit: vox vlu-
latus paſtorum: quia vaſtata eſt magnificentia eorum: quorum ſub-
limitas nullis poteſt comparationibus adequari: nam ſi regum ful-
gori compares, et principum diademati, longe erit inferius, q[uam] ſi
plumbi metallum, aut auri fulgorem compares. c. duo ſunt. xcvi. di-
ſtinctio. litium anfractibus prepediti dicti prelati non valẽt aſcẽ-
dere ex aduerſo: neq[ue] ſeſe opponere murum pro populo ſibi cõmiſ-
ſo. vt ad eos ſpectat. Ezechie. xiij. que tranſlatiue ponuntur in cap.
ſi rector. xliij. diſtin. neq[ue] paſcere gregem ſecundum domini prece-
ptum poſſunt: vt cum apparuerit princeps paſtorum percipiãt im-
marceſſibilem glorie coronam: vt Petrus ſcripſit prima ſui Epiſto-
5 la. c. v. tranſfertur autem in. c. eſto ſubiectus. xcv. diſtin. † Exactio-
nibus ac ſuperindictis ſuos grauare compelluntur ſubditos vt ſe
curialeſq[ue] laute, ac ſplendide paſcant: de quibus Ezechiel cecinit. c.
xxxiiij. dicens. ve paſtoribus Iſrael qui paſcebãt ſemetipſos: nõne
greges a paſtoribus paſcuntur: lac comedebatis: et lanis operieba-
mini: et quod craſſum erat occidebatis: gregem autem meum non
paſcebatis: q[uod] infirmum fuit non conſolidaſtis: et q[uod] egrotum non
ſanaſtis: quod confractum eſt non alligaſtis. deinde ſubiungit: et di-
ſperſe ſunt oues mee: eo quod non eſt paſtor: et facte ſunt in deuora-
tionem omnium beſtiarum agri: et diſperſe ſunt. errauerunt greges
mei in cunctis montibus et non erat qui requireret: propterea paſto-
res audite verbum domini: viuo ego dicit dominus deus: quia pro
eo quod facti ſunt greges mei in rapinam: et oues mee in deuoratio-
6 nem et cetera que ſequuntur. † Ecce ego ipſe ſuper paſtores requi-
ram gregem meum de manu eorum: et ceſſare faciam vt vltra nõ pa-
ſcant gregem meum: nec paſcant amplius paſtores ſemetipſos. Et
liberabo gregem meum de ore eorum: et non erit vltra eis in eſcam:
quia hec dicit dominus deus. Ecce ego ipſe requiram oues meas et
viſitabo eas. boni paſtoris non eſt deglutire oues vt hodie fit. gloſſ.
in verbo, conſumit in clemen. ad noſtram de cenſibus. ¶ Super tal-
lijs et ſuperindictis an eas poſſint reges et epiſcopi facere ſine pecca-
to et eas exigere. vide Archidia. in. c. quia. x. queſtio. ij. et Geminia.
¶ Et quod peius eſt: vt eccleſie prelatis ſuppetant neceſſaria ad li-
tes proſequendas laicis locant prelaturarum fructus. ¶ Etiam cũ
poteſtate conferendi, quod eſt horrendum dictu: qui laici populũ
dilaniant illicitis exactionibus: vt non contenti lana, carnes vorẽt:
indigniſſimiſq[ue] beneficia conferri faciunt: aut ſi mania ipſi confe-
runt et vt pecunias plures extorqueant eos qui vix legere ſciũt ad
ſacros ordines admitti faciunt: vnde deus plurimum offenditur:
nam procul dubio deus offenditur ſi ad ſacros ordines quiſq[ue] non
merito ſed ex fauore (quod abſit) aut venalitate prouehitur. capi.
puer. i. queſtio. i. ¶ Et omnes penas etiam corporales in pecunia-
rias conuertunt: vnde grandis perniciofis criminum perpetrãdo-
7 rum datur audacia: † infinita id genus ſcelera perpetrantur: quo-
rum cauſa quandoq[ue] exiſtunt dilata iudicia in poſſeſſorijs benefi-
cialibus. ¶ Horum differendorum iudiciorum cauſa quandoq[ue]
exiſtunt principes: quandoq[ue] ipſi iudices: qui caueant ſi bene ſibi
velint, nam terribile cunctis inſtabit iudicium in quo qua menſu-
ra menſi fuerint homines remetietur eis. Matthei. vij. et Luce. vj.
et capitu. qualiter. in primo. de accuſa. filius quippe hominis ventu-
rus cum angelis ſuis reddet tam principibus q[uam] iudicibus, et vni-
cuiq[ue] ſecundum opera ſua. Matthei. xvj. et ad Romanos. ij. capit.
et primi Regum. capt. xxvj. dominus retribuet vnicuiq[ue] ſecundum
iuſtitiam ſuam et fidem.

Summarium.

1 Electus in epiſcopum intra tres menſes a cõfirmatione cõſe-
cratione debet petere: alias cõmunione priuabitur.
2 Beneficia electi in epiſcopum quando vacare, cenſeantur.
3 Beneficia priora prouiſi per ſedem apoſtolicam quando vacare cẽ-
ſeantur.
Beneficia prouiſi in curia vbi vacare cenſeantur.
4 Geſtum in vno loco quandoq[ue] ad alium porrigitur.
Electo ſeu prouiſo diſpenſato de nõ conſecrãdo intra annũ, ſuſpẽ-
ditur ad annum vacatio priorum beneficiorum.
5 Diſpenſatio ad vnum extendi poteſt ad conſequentia ad illud.
Diſpenſatus ſuper etate cenſetur diſpenſatus ſuper promocione.
6 Diſpenſatus vt plura poſſit beneficia tenere, cenſetur diſpenſatus
vt non teneatur reſidere.
7 Abbate dignitatis abbatialis pacificã adepto poſſeſſionẽ, vacant
eius priora beneficia.
Dignitas abbatialis inter inferiora computatur beneficia.
8 Electus in abbatem abbas vocatur ante benedictionem, et ipſius
beneficia vacant.

¶ Capitulum. xlviij. tertie partis.

COnfirmatione obtenta
1 debet† electus ad dignitatem epiſcopalem, petere
conſecrationem infra tres menſes a tempore con-
firmationis: niſi forte inexcuſabilis neceſſitas coe-
gerit conſecrationis tempus amplius protelari.
text. in. c. quoniam. lxxv. diſtin. et in capitu. quoniam. centeſima di-
ſtinctio gloſſ. notabilis in verbo, aliam in capitu. ſi electio. de elec.
in. vj. quam glo. notabilem reputant Domini. et Philip. fran. ibi-
dem. que gloſſ. melius q[uam] que nis alia declarat tempora pro expedi-
tionibus eccleſiarum vacantium. de dictis tribus menſibus ad con-
ſecrationem petendam glo. in verbo, tempore in. §. cum vero in. c.
cum in cunctis. de electio. et ibi Innocen. Ioan. and. et Panormi. et
Hoſtien. in ſumma titu. de electio. in. §. quo tempore. colum. ij.
¶ Et ſi dictus electus confirmatus necdum conſecratus vltra di-
ctos tres menſes diſtulerit conſecrari poteſt cõmunione priuari do-
nec loco ceſſerit: aut ſe conſecrandum offerre nõ diſtulerit legitimo
impedimento ceſſante. Centeſima diſtin. in. c. i. Innocen. in. c. cum
2 in cunctis. de elec. col. ij. † Item dictus electus confirmatus (ſi poſ-
ſeſſionem

ſeſſionem pacificam fuerit adeptus:aut per eū ſteterit quominus
pacificam poſſeſſionē habuerit τ intra tres mēſes a tpe cōfirmatio-
nis non fuerit conſecratus)eſt priuatus ſuis prioribus beneficijs:
que poſſunt per eos ad quos de iure pertinet inſtitutio vel colla-
tio ſtatim conferri.de hoc tex.τ ibi Inno. Jo.an.τ Panor.in d.c.
cum in cunctis.§.cū vero.Et requirunt quatuor anteq̄ priora be-
neficia electi in epm vacent.primū qꝺ ſit electus.ſecūdū qꝺ ſit cōfir-
matus.tertiū qꝺ ſit poſſeſſionē adeptus:quartū qꝺ ſit cōſecratus
aut qꝺ tēpus de conſecrandis epiſcopis fuerit elapſum. text.in.d.
§.cum vero.τ ibi Inno.Jo.an.τ Panor.Et ſi dictus electus fue-
rit cōſecratus infra dictos tres menſes τ poſſeſſionē pacificam ade-
ptus ſua priora beneficia vacant.glo.in verbo ſpectant.τ ibi Com
poſtel.Inno.Jo.an.τ Panor.τ cōiter doc.in.d.§.cū vero.lꝫ Hoſt.
videatur velle contrariū quē ibi concordat Joā.an.τ Panor. poſt
3 eum.†Quid autem dicendum ſit in prouiſis apoſtolicis quo ad di-
gnitates epiſcopales:an eorū beneficia ſtatim vacent ex quo ſunt
prouiſi:cū talis prouiſio(vt ſupra dixi)habeat vim electionis τ cō-
firmationis:hanc queſtionem ponit Panor.in.d.§.cū vero col.ij.
τ ibi concludit qꝺ dicta beneficia per talem pūiſionē nō ſtatim va-
cant,ſed debet expectari qꝺ talis prouiſus conſequat̄ prius admi-
niſtrationem:τ qꝺ cōſecret̄ infra legitima tēpora:quo facto vacant
priora beneficia.glo.in verb.collato in cle.j.vt lite pendente.et ibi
Car.τ Panor. ibidē in recollectione gl. clementinarū. ¶ An aūt
bñficia electi τ cōfirmati ac cōſecrati in curia,vacēt in curia.gl.in.d.
cle.in verbo collato.τꝫ qꝺ ſi talis conſecratus habebat poſſeſſionē
epiſcopatus:per conſecrationem factam in curia:vacant priora be-
neficia in curia. Si autē talis cōſecratus nō habebat poſſeſſionē:
ſed vadit ad poſſeſſionem adipiſcendam ad partes: aut conſtituit
procuratorem ad accipiendam poſſeſſionē in partibus:tūc priora
beneficia in vtroq; caſu vacant in partibus τ non in curia.ita tenet
dicta glo.in verbo collato.et ibi Car. τ Panor.in recollec.gloſ.et
talia beneficia poterunt per ordinarios in patria conferri. Et ra-
tio eſſe poteſt quia quo ad poteſtatem conferendi talia beneficia
debet conſiderari actus priuationē inducens qui eſt adeptio poſ
4 ſeſſionis in caſu premiſſo.† ſepe etenim qꝺ in vno loco agitur po-
rigitur ad aliū vbi eius effectus perficitur.ff.de offi.prefec.vr.l.ſ.
ff.de actio.τ oblig.l.contraxiſſe.τ.c.dilecti.de foro cōpe.τ eſt dicta
glo.menti tenenda:licet male ſeruetur ſm Panor.in dicta gloſ.et
eam ſingu.reputat Panor.in dicto.c.cum in cunctis.§.cum vero.
colum.ij.et Feli.eam etiam ſing.dicit in.c.cum Bertoldus.de ſen-
tentia et re iudi.colū.ij.in principio.¶ Et adde premiſſis qꝺ ſi ele-
ctus ſeu prouiſus habuerit diſpenſationē de non conſecrādo in-
fra annum:vacatio priorum beneficiorum ſuſpenditur ad annum.
Et quāuis Jo.and.diſtinxerit in dicto.§.cum vero.vbi dixit qꝺ ſi
diſpenſatio fuerit conceſſa ad partis requiſitionem:et illam confir
matus pro ſuo commodo priuato procurauit:tunc vacabunt prio
ra beneficia poſt tres menſes ad conſecrandum datos.pro quo fa-
cit lex.iiij.τ.l.qui mittuntur.§.ſi.ff.ex quibus cau.maiores.τ.c.pri
mum.τ ſecundum de ſi.preſby.in.vj.Si vero diſpenſatio fuerit fa
cta motu proprio:τ ex aliqua cauſa pro vtilitate publica:tunc non
vacabunt priora beneficia poſt lapſum dictorum trium menſium:
ſed expectabitur annus.pro quo.l.ſi quis iniquū.ff. quod quiſq;
iuris.τ.l.ſ.τ.ij.C.de peti.bono.ſubla.lib.x.vbi ſunt caſus qualiter
fauorabilior eſt principis conceſſio motu proprio ea que conced̄i-
tur ad partis requiſitionem.Panormi.tamen tenet qꝺ in neutro
caſu beneficia vacant,poſt dominum Anto.in dicto.§.cum vero.
Et ratio eſt: quia priora beneficia vacant per conſecrationem,nūc
per negligentiam que committitur in petenda conſecratione que
contrahitur per curſum temporis trium menſium a tempore con-
firmationis. ſed quando quis diſpenſatur ad hoc qꝺ non conſecre-
tur infra annum: non dicitur negligens infra illud tempus ad pe-
tendam conſecrationem:quare priora beneficia in caſu premiſſo in
fra annum non vacabunt.Item et alia ratione infra dictum annū
5 non debent priora beneficia vacare.† nam diſpenſatio ad vnū ex-
tenditur ad conſecutiua ad illud.glo.in verbo plures in.c.quia in
tantum.de preben.τ in.c.ſi quis in clero.vij.q.j.τ ibi Archi.τ Do.
de ſan.gemi.Hoſtiē.in.c.poſtulaſti.de reſcrip.τ ibi per Feli.in col.
iiij.v.τ.vj.qualiter qualitates ee que debeant exprimi in diſpenſa-
tione.τ idem Feli.in dicto.c.poſtulaſti colū.xij.ponit regulā qua-
liter in diſpenſationibus non fiat extenſio etiam ad caſum mino-
rem et habentem in ſe maiorem rationem q̄ habeat caſus conceſ-
ſus.τ ita ſecundum eum tenet ſingulariter Hoſti.in dicto.c.quē ſe-
quuntur doc.ad quam regulam ponit dictus Feli.octo fallētias.τ
ibi preclare materiam declarat per plures col.quē ibi videas.Et p
premiſſam rationē tenet Panor.in.c.quia in tantū. de preben.qꝺ
diſpenſatus ſuper etate vt poſſit habere eccleſiā curatam videatur
diſpenſatus vt nō teneat̄ ſe facere promoueri ad ſacerdotium infra
annum iuxta determinationē.c.licet canon.τ.c.commiſſa.de elec.
in.vj.pro hoc facit glo.notabilis in verbo retinere in.c.non poteſt
6 de preben.in.vj.que glo.tenet † qꝺ diſpenſatus ſuper pluralitate
beneficiorum requirentiū reſidentiā videat̄ diſpenſatus vt non te-
neatur in vtroq; reſidere ſed ſufficiat vt in altero reſideat.quam glo.
ſingu.dicit Panor.in repeti.§.qui vero in.c.extirpande.de prebē.
in col.ij.τ limitat ibidem dictam glo.habere verum qñ bñficia ſunt
equalia:vt eo caſu poſſit reſidere nunc in vno τ nunc in alio.vbi au
tem vnum eſſet altero maius teneretur reſidere in maiori.τ qꝺ diſpē
ſatus vt poſſit habere eccleſiam curatā videntur diſpenſatus vt nō
teneatur ſe facere promoueri iuxta.c licet canon.ita tenet do.Feli.
in.d.c.poſtulaſti.de reſcrip.col.xv.vbi autem eſſet ſpecificatum qꝺ
interim priora beneficia non vacarent:tunc nullum eſſet dubiū qꝺ
poſt lapſum trium menſium dicta beneficia non vacarēt:ſed ſuſpē-
deretur vacatio per annum:quare pro maiori ſecuritate bonū eſſet
vt impetrans diſpenſationem de eo non conſecrando infra annum
aut maius tempus faceret apponi:τ qꝺ interī priora beneficia nō
vacent.τ ſic vides quādo vacant priora beneficia que habent electi
7 in epiſcopos.† In abbatibus autem dicas eorum priora beneficia
vacare per adeptionem pacificam poſſeſſionis dignitatis abbatia-
lis:licet non fuerint benedicti.nam priuilegium ſpeciale eſt ipſius
electi in epiſcopū:vt vſq; ad conſecrationem,aut vſq; ad tempus
lapſū de conſecrandis epiſcopis poſſit priora beneficia retinere.c.
cum in cunctis.§.cum vero.de electio.glo.in verbo,vbi prius in.c.
ſi qui epiſcopi.xcij.diſt.τ ibi Archi.τ Domi.de ſan. Gemi.τ Inn.
in.c.in noſtra.col.ij.de reſcrip.τ Hoſti.in ſum.de elec.§.quo tēpo-
re.verſi.quid ſi ante tres.vbi dicit hoc eſſe priuilegium electorū in
epiſcopos: ergo ad abbates non eſt extendendum.c.ſane.de priui-
legijs.regula qꝺ alicui de regulis iuris.Itē abbatiales dignitates
cōputantur inter inferiora beneficia.c.cum in cunctis.§. inferiora.
de electio.τ.c.ꝗ̄ꝗ̄.de elec.in.vj.modo ſi habens beneficium cū cura
aliud ſimile conſequatur:per adeptionem pacifice poſſeſſionis ſecū
di:vel ſi per ipſum ſtet quominus adipiſcatur pacificā poſſeſſionē
ſecundi:vacat primū.c.de multa.de preben.τ ibi per docto. text.in
c.licet in ſecundo.de preben.in.vj.quare eſt dicendum qꝺ priora be
neficia electorum in abbates vacant per adeptionē pacifice poſſeſ
ſionis dignitatū abbatialium aut ſi per eos ſtet quominus habeāt
pacificas poſſeſſiones:nec eſt opus expectare benedictionē: ita cō-
cludit per multas rationes do.Oldra.in ſuis conſilijs cōſilio.xiiij.
quem ibi ſingu.vide.nam in hac materia ibidem ſingu. loquitur. τ
ita dicit do.And.barba.in additio.ad Bald. in.l. ſi nondum.C.de
8 furt.† vbi tenet beneficia electi in abbatem vacare ante benedictio
nem τ eum abbatem appellari,licet ſecus ſit,vt ſupra dixi de electo
in epiſcopum.Et hoc idem tenet do.Feliſi.in.c.eam te.de reſcrip,
col.v.verſi.tertio eſtringitur. ¶ De conſecratione epiſcoporū ha
bes in.c.ſi archiepiſcopus.τ in.c.nec epiſcopi.de temporibus ordi.
τ quali.ordi.τ ibi per Jo.and.Anto.de but.τ per Inno.τ per eoſ-
dem in.c.vnico.de ſacra vnctio.de eadem epiſcoporū conſecratio-
ne habes in diſtin.lxiij.lxv.τ.lxvi.τ ibi Archi.habent quoq; epi in
eorum paſtorali formam conſecrationis:quam ibi vide.

Summarium.

1 Officia prelatorum ſunt duodecim,quorum primum eſt pre-
conis officium.
2 Prelati populū docere debent ne idola colant,τ ne ſiāt homicide,
adulteri,falſidici τc.
Predicatione verbi veritatis vigente,robur nō modicum cenſetur
virtutes aſſumere.
3 Caput artis dicitur ſi quod docetur opere compleatur.
Epiſcopi non prohibiti per totum orbem verbi dei annunciandi
habent poteſtatem.
4 Prelati quales in eccleſijs ordinare debeant.
Prelati huiuſce tempeſtatis noſtre parietes extruentes colūnas
ſubtrahunt,ac animalia deo offerunt ceca,indoctos doctorū loco
ſufficientes.
5 Ignorantia prelatorum quantis nubium tenebris obtexerit ſecu-
lum,facile cognoſcet qui ad lumen illud eternum ſuum iecerit in-
tuitum.
Prelati temporis noſtri fruges tantum cōſumere nati,nō annun-
tiant verbum dei,ſui immemores officij.
Prelati apoſtolorū loco ſunt ſuffecti,ſed vtinam ad cor redeuntes
apoſtolorum vitam τ doctrinam niterentur imitari.
6 Prelati beneficiorum deglubentes cōmoda τ renuentes onera nul
lo pacto ferendi.
7 Taciturnitas in prelatis infert quandoq; maculam peccati mor-
talis.
8 Paſtores muti non aperientes iniquitates populi,τ ſubditos nō
nutrientes pabulo verbi,idolis τ ſimulacris ſunt aſſimilandi.
Idolis ſimiles ſiunt qui ea faciunt, hoc eſt, principes τ electores
prelatos creantes mutos et inutiles parem,cum eis accipient mer-
cedem.

9 Prelati carnales luteo ſimulacro comparantur.
10 Prelati rudes ⁊ indocti ligneis ſimulacris ſunt aſſimilandi.
11 Prelati in prophanis ⁊ ſecularibus prudētes, ⁊ in diuinis ceci, ido
lis ereis ſimiles ſunt cenſendi.
Prelati tēporali fortitudine fracti, non audentes exercere que ſui
ſunt officij, idolis lapideis ſunt comparandi.
12 Chriſtus ſolus dicitur lapis offenſionis ⁊ petra ſcādali, his qui nō
credunt verbo dei ꝗ offendunt enim in lapidem qui alij innitūt fun
damento, volentes propriam ſtatuere iuſtitiam, iuſtitie dei non
ſubiecti.
13 Prelati per pecuniam intrāſ argenteis ſimiles ſunt ſimulacris.
Diues prefertur pauperi apud homines, at non ita apud deum.
14 Prelati ob generis claritatem intecti aureis idolis ſimiles ſunt
effecti.
15 Nobilitas generis deo gratum neminem facit, niſi fidei et virtuti
bus iuncta fuerit.
Prelati mali leonibus quandoq;, quandoq; lupis, cornis ⁊ ſimili
bus ſunt comparati.
16 Prelatorum munus primum eſt Chriſti populo annuntiare ver
bum.
Populus ſub prelatis indoctis famen verbi dei patitur meſſis
quippe multa, ceterum operarij pauci: ſed ve prelatis non euange
lizantibus.
Prelati ſubditos verbo dei non paſcentes ſunt lanijs crudeliores.
17 Scriptura ſacra quando cibus ⁊ qn̄ potus dicatur.
Paſtores cōmoda tēporalia ſequētes, lucris inhiantes, honorem
appetentes, que ſua ſunt querunt, non que Jeſu Chriſti.
18 Principes indignorum promotorum in cauſa exiſtentes ſibiipſis
attendant orationē quippe Chriſto ſunt reddituri: pro eccleſia quā
tuendam ſuſceperunt.

Capitulum.xlix.tertie partis.

Officia prelatorum princi
1 palia ſunt duodecim. † primum eſt officium preco
nis: de quo Eſaie capite.lviij. In principio habe
tur: vbi clama ne ceſſes quaſi tuba exalta vocē tuā.
⁊ ibi glo. clama aperte abiecto timore prenuntia: ⁊
ne ceſſes predicationem debite continuando: quaſi tuba exalta vo
cem tuam, manifeſte docendo: que tranſlatiue a Gratiano fuere aſ
ſumpta in.c.ſit rector.xliij.diſtinc. his adde eundem Eſaiam.ca.xl.
Clama: ⁊ dixi: quid clamabo? omnis caro fenum. gl.i. omnis hō car
nalis vincēs feno.i. nullā firmitatē ſeu ſtabilitatē ex ſe habēs: ⁊ ōis glo
ria eius flos agri: quoniam repente deficit homo ⁊ ex modico calo
2 re fabrili ex voluntate dei. † Qualiter prelati predicando debent
populum inſtruere ad fugiendum errores idolorum: atq; ad vitan
dum homicidia, adulteria, periuria, falſa teſtimonia, ⁊ reliqua pec
cata mortifera, necnon plebem ſibi commiſſam exhortari ad obſer
uandum precepta diuina: atq; ad fidei articulis credendum: ⁊ aſſen
tiendum: preponere quoq; debent diem futuri iudicij: in quo vnuſ
quiſq; recipiet prout dum viueret geſſerit: hec omnia optime tan
guntur in.c. placuit.x. queſtio.j. et ibi Archi. ⁊ Dominicus de ſan
cto Geminiano. de hac predicatione in.c.j. de cenſib. ⁊ ibi Jo. and.
⁊.c. inter cetera. de offic. ordina. ⁊ ibi Joan. and. ⁊ Panor. nam vi
gente predicatione vigent virtutes que laterent eo ceſſante. Jo.
and. ibidem. prelati verbo, pariter ⁊ exēplo edificare debent popu
lum ſibi commiſſum.c. cum ad monaſterium de ſtatu monacho. et
caus. regu. ⁊ d.c. inter cetera. de offi. ordina. de verbo, habes diuum
Hieronymum in proemio ad bibliam in.c.j. vbi habet neſcio quid
latentis energie viua vox, ⁊ in aures diſcipuli de autoris ore tranſ
fuſa fortius ſonat. de exemplo habes apud eundem Hieronymū
ſuper Mat. in fi. prout refert Joan. andr. in d.c. cum ad monaſte
rium. colum. iij. terra multi impios miraculis vbi fidelium credulita
3 tas plus actibus ꝙ̄ lectionibus erudiens. † nam caput artis eſt do
cere quod facias: ideo Chriſtus primo cepit facere: ⁊ poſtea doce
re. Actuum primo. qui dedit formam predicatoribus: vt prius ope
ra virtutum faciant: ⁊ poſtea aliis facienda proponant. cuius cum
vt Gregorius loquitur vita deſpicitur reſtat vt eius predicatio contē
natur: que verba aſſumpſit Gratianus in capi. in ſamen. iij. queſtio
ne. vij. de epiſcoporum poteſtate predicandi per totum orbem (niſi
prohibeantur a dioceſanis: qui tamen non ſunt ſine cauſa prohibē
di: cum ſint ad predicandū a deo miſſi: iuxta illud. Ite ⁊ predicate
euangelium omni creature Marci vlti.) videas Joan. and. in.c. ex
communicamus de heredi. colum. iij. et. v. et Panor. ibi colum. fi
nali. de hoc etiam habes in clemen. Archiepiſcopo. de priuilegiis
in gloſſ. poſita ſuper verbo etiam celebrare. Qualiter predicare de
mumus eorum qui habent curam animarum habes tex. in clemen.
dudum. de ſepulch. in. §. verum. ⁊ capitu. quod dei timorem. de ſta
4 tu monacho. ¶ † Et debent dicti prelati tales ordinare in eccleſijs
qui ſint eis coadiutores et cooperatores verbo, pariter et exemplo
non ſolum in predicationibus: verumetiam in audiēdis confeſſio
nibus et penitentijs iniungendis, ac ceteris que ad ſalutem aīa
rum pertinent. dicto capitulo. inter cetera. de offic. ordina. con
trarium tamen faciunt epiſcopi noſtri temporis: vt dicit ibidem
Joannes and. nam edificant parietes, ⁊ columnas ſubtrahunt.xij.
queſtio.ij. capit. gloria epiſcopi. ⁊ ceca deo offerunt animalia cum
indoctos loco doctorum ordinant. quod eſt valde graue atq; abſur
dum. vnde multa damna eccleſije proueniunt. capit. graue. de pre
bendis. ⁊ magiſtros faciunt eos qui vix legere poſſunt. xlix. diſtin.
c. ſacerdotem: ex quo mortaliter dicti prelati peccant tales ordinan
do ſecundum Hoſtienſ. et Joannem andream. in dicto capit. inter
5 cetera. † Ignorantia etenim mater cunctorum errorum maxime in
ſacerdotibus dei euitanda eſt, qui docendi officium in populo dei
ſuſceperunt. capitu. ignorantia. xxxviij. diſtinctio. ⁊ ibi Archidia.
⁊ Domi. ⁊ ibidem: ſciant ſacerdotes ſanctas ſcripturas, ⁊ canones,
⁊ omne opus eorum in predicatione ⁊ doctrina conſiſtat: atq; edi
ficent cunctos tam fidei ſcientia: ꝙ̄ operum diſciplina. ad hoc tamē
hoc deuentum eſt tempeſtate: vt pauci prelati ⁊ curati: immo fere
me nulli predicent. alij quia deſpiciunt: putarent etenim ſe negli
giſſe verbum dei proponerent: quibus Chriſtus fuit exemplo ambu
latiens docens in templo. Matthei.xxvi. Marci.xiij. et Joannis
xviij. quod ſi hoc Chriſtus magiſter et dominus fecerit dans prela
tis exemplum vt quemadmodum ipſe fecit ita et prelati faciant,
Joannis.xiij. ſunt etenim prelati loco apoſtolorum.c. videntes.xij.
queſtio.j. non debent ipſi vereri officium eis iniunctum honeſtum,
ac ſalutare exequi. et eſt ipſis prelatis eccleſiarum admodum turpe,
6 damnabile, ac inhoneſtum nolle predicare: † neq; ſunt ferendi p̄
lati vt prelaturarum commoda amplectantur: officium autem: ac
onus eis iniunctum negligant. l. vnica. §. pro ſecundo. C. de cadu.
tollen. cum ſimilibus. quoniam iuxta pauli ſententiam. ſecunde ad
Theſſa. cap. iij. qui non vult operari nec manducet. gloſſ. in verbo,
denegandam in. l. Huius. ff. de damno infecto. Alij autem formidi
ne perculſi libere loqui non audent. de quibus Grego. in paſtorali.
in. xv. capit. ⁊ Gratianus in.c. ſit rector. xliij. diſtinctio. dicunt ſepe
rectores improuidi humanam amittere gratiam formidantes: lo
qui libere recta pertimeſcunt: et iuxta veritatis vocem nequaꝗ̄ gre
gis cuſtodie paſtorum ſtudio: ſed mercenariorum vice deſeruiunt:
quia veniente lupo fugiunt: dum ſe ſub ſilentio abſcondunt. hinc
eos dominus increpat dicens in Eſaia. capi. lvi. Canes muti. gloſſ.
7 ibi ſine voce predicationis non valentes latrare: † qui tacendo mor
taliter peccant: vt eſt gloſſa. in capit. vnum orarium. in. §. alio ca de
mum. xxv. diſtinctio. in verbo, plus tacet. pro quo idem Eſaias. ca.
vj. ve mihi quia tacui. gloſſ. quia Oziam et alios libere nō reprehē
di. et deinde quia vir pollutus labijs ego ſum. Lyra. ſicut enim pol
luuntur labia loquendo quod non decet: ita etiam tacendo quod
dici debet. vnde Lyra ſuper prima Epiſtola ad Timotheum. c. iij.
latratu canum ac baculo ſunt arcendi lupi. vnde maledictus canis
non valens latrare. Alij vero prelati non predicant: ſed tanꝗ̄ muti
permanent non aperientes populo iniquitatem: quia ignorantia
ducuntur: de quibus Naum. capi. iij. dormierunt paſtores tui:
latitauit populus tuus in montibus: et non eſt qui congreget. et
Baruch. c. iij. quoniam non habuerunt ſapientiam interierunt p̄
8 pter ſuam inſipientiam. † qui omnes prelati non predicantes non
merentur dici veri prelati: cum prelatorum officium non exerceāt:
ſed ſolum ſimilitudinē prelati habent. ſicut idolum quod non ex
ercet officium hominis ſed eſt ſolum ſimile homini. Et poſſunt di
ci tales prelati ſimulacra ſeu idola ſecundum Archidia. in dicto ca.
ſit rector. colum. ij. de quibus Baruch. capitu. vltimo circa princi
pium. inquit, lingua ipſorum polita a fabro, ipſa etiam inaurata,
et inargentata: ⁊ non poſſunt loqui. Et idem Archidia. ibidem ait.
Et qui tales creāt, ſimiles ſunt illis. ſicut faciunt multi principes,
et electores mali qui damnantur eorum illis: iuxta illud Dauiticum
Pſal. cxiij. ſimiles illis ſiāt qui faciūt ea. Et quemadmodū quon
dam gentiles habuerunt ſex ſimulacrorum genera: ſcilicet lutea, li
gnea, erea, lapidea, argentea, et aurea: ſic hodie in eccleſia dei repe
riuntur vere multi prelati qui prefatis (vt cunctis notum eſt) con
9 ferri poſſunt ſimulacris: † nam luteo ſimulacro conferuntur prela
ti carnales: qui tanꝗ̄ brutales carnem ſequuntur: vt eos non pu
deat, nedum perpetrare actus venereos: ſed nec palam propalare
eorum lubricitatem: quos iam ſecūdum Pau. ad Roma. viij. Qui
enim ſecundum carnem ſunt: que carnis ſunt ſapiunt. qui vero ſe
cundum ſpiritum ſunt ⁊ que ſunt ſpiritus ſentiunt. et paulo poſt
ſubdit: ergo fratres debitores ſumus non carni: vt ſecundum car
nem viuamus. ſi enim ſecundum carnem vixeritis, moriemini. ſi au
tem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis: de quibus Da
uitica muſa Pſalmo. xvij. et comminuam eos vt puluerem ante fa
ciem venti: vt lutum platearum delebo eos. et ad Roma. viij. ſi ſe
cundum carnem vixeritis moriemini. de his Eſaie. c. threnos. iij. hi
qui veſcebantur voluptuoſe non laborantes, ſcilicet in predicatio
ne interierunt

ne interierunt in vđs qui nutriebantur in croceis amplexati ſunt
10 ſtercora.† Rudes et indocti prelati comparantur idolis ligneis:
de quibus Hieronỹ.c.x.lignum eſt argento inuolutum.ꝛ iſti ſunt
tanq̄ chimere que non ſunt niſi in opinione.de his Oſee.iiij.ca.tu
ſbi inquit dominus per prophetam ſcientiam repuliſti:ꝛ ego te re
pellam ne ſacerdotio fungaris mihi. Et hec habentur traſlatiue
in.c.niſi.de renuntiatione.ꝛ.c.omnes.xxxviij.diſtinctio.et propter
ignorantiam tales prelati poſſunt deponi.c.fina.de etate ꝛ qualita
te.ꝛ ibi Antu.but.ꝛ Joan.andr.ꝛ idem Joan.in.d.c.niſi.colum.j.
que ſcire debeāt epiſcopi:vide in dicto.c.omnes.ꝛ.c. qui epiſcop⁹.
xxiij.diſtinctio.ducto.canoniſte.c.cum in cūctis.de elec.de hoc dixi
11 in prima parte.¶ † Prelati autem elegantes in ſecularibus ꝛ mū
danis:qui copioſe de illis loquuntur ꝛ pluſq̄ par foret quandoq̄
dicentes linguam noſtram magnificauimus labia noſtra a nobis
ſunt.Pſal.xj.de quibus Paulus ad Romanos.j. dicentes enim
ſe eſſe ſapientes,ſtulti facti ſunt ꝛ mutauerunt gloriam incorrupti
bilis dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis ꝛc.ꝛ idem Pau
lus ad Cor.j.perdam ſapientiā ſapientum.ꝛ prudētiā prudentiū
reprobabo. Iſti de diuinis non curantes mundanis ac corruptibi
libus dediti ꝛ in eis multū elegantes aſſimilātur ſimulachris ereis
que bene ſonant:es enim ſonorum eſt ad Cor.xiij.in princi. factus
ſum velut es ſonans aut cimbalum tinniens. Illi autem prelati q
franguntur fortitudine temporali,ſic qđ nō audent propter dictā
fortitudinem agere qđ eos deret iuxta officiū ꝛ prelature exigentiā
conferendi ſunt tales idolis lapideis:non ſunt tamē lapis qui de
beat poni ī capite anguli.de quo Pſalmographus Pſal.cxvij.la
pidem quem reprobauerunt edificantes hic factus eſt in caput an
12 guli.de quo etiam Eſaias.c.xxviij.† Ecce ego mittam in fundamē
tis Syon lapidem:loquitur de bonis prelatis lapidem probatum
angularem precioſum in fundamento fundatum. inquantum ipſi
innituntur Chriſto qui fuit verus lapis eccleſie fundamentalis:ſꝫ
ſunt dicti prelati lapis offenſionis ꝛ petra ſcādali:de quibus Pau
lus ad Roma.ix.c.ꝛ Petrus in prima Epiſtola.c.ij.vbi hic factus
eſt in caput anguli:ꝛ lapis offenſionis,ꝛ petra ſcandali:de quibus
dixit text.in.c.clericis.de immunitate eccleſiarum. nonnulli eccle
ſiarum prelati eccleſiaſticeq̄ perſone trepidantes vbi trepidandū
non eſt traſitoriam pacem querentes plus timentes maieſtatem
temporalem offendere q̄ eternam.ob uſibus multis non tam teme
13 rarie q̄ improuide acquieſcunt.¶ † Sunt ꝛ alij prelati qui imitan
tur ſimulachra argentea.ꝛ ſunt illi qui habent in eccleſia ingreſſum
per pecuniam:de quibus in actibus Apoſtolorum .c.viij.pecunia
tua tecum ſit in perditionem:ꝛque tranſlatiue poſuit Gratianus in
c.qui ſtudet.j.q.j.ꝛ ibi qualiter crimen ſymonie fuit deteſtabiliter
vindicatum in vtroq̄ teſtamento:de his Eſaias exclamat Eſaie.c.
lxij. dicens.trāſite, tranſite per portas.preparate viam populo ple
num facite iter:ꝛ eligite lapides ꝛ eleuate ſignum ad populos,ſuffi
cientes ordinando.Et nota qđ data paritate in reliquis in eccleſia
diues preferēdus eſt pauperi:et potens impotenti: vt eccleſia ſub
leuetur per eos.glo.ꝛ ibi Panormi.in.c.conſtitutis in ſecundo de
appel.in verbo,impotentiam. Reperiuntur quoq̄ prelati qui dici
poſſunt idola aurea:pro eo quia aurum eſt ſpecies metallorum no
14 bilior.† Et ſunt illi qui obtinent prelaturas propter nobilitatem
tantum:vt quia ſunt orti nobilibus natalibus eorum conſangui
nei eos propter eorum potentiam in dei eccleſia intrudunt : et iure
vel iniuria in dignitatibus eccleſiaſticis ſubliment: vt ex bonis ec
cleſie viuere poſſint ne patrimonium nobilium diuidatur: ſed ipm
permaneat penes vnum aut paucos:vt tanto maius exiſtat, quan
to apud pauciores fuerit diuiſum.de his Hieronymus,et poſt eū
Gratianus in.c.moyſes.viij.queſtio.j.ſcripſit principatum in po
pulo non ſanguini deferendum:ſed vite meritis. Cernimus tamē
hodie multos in eccleſia potentes poſitos eorum potentia:non vt
erigerentur columne:cum non valeant eccleſie prodeſſe:ꝛ cum ad ec
cleſiaſtica tractanda ſint penitus inutiles : quos ad eccleſie prela
tiones amor improbus,aut obſequij delinimentū: aut rogamina
horrenda quandoq̄ maiorum:aut munerum deteſtanda exhibitio
15 vexit.vt eſt text.in.d.c.moyſes.† Nobilitas generis ſola non effi
cit deo gratum:ſed morum honeſtas.ac virtutum nobilitas. tex.in
c.venerabilis.de preben.nec apud deum gradus elegantior: ſed vi
te melioris actio comprobatur.c.ſicut excellentiam veſtram.xxiij.q.
iiij.His adde Hierony.in prologo ad Romanos.qui in hec verba
prorupit. Sic aūt vos de gn̄is nobilitate iactatis: quaſi non morū
imitatio magis q̄ carnalis natiuitas filios vos faciat eſſe ſanctorū.
Unde Seuerinus de cōſolatu philoſophico inqt,qđ genus, et pro
auos ſtrepitis:ſi primordia vſa autoreq̄ deū ſpectes, null⁹ degener
extat: ni vitijs peiora fouens propriū deſerat ortū. ceteris tā pari
bus nobilis ignobili eſt preferendus:vt ſupra dixi.nec putes predi
ctas idolorum ſimilitudines a me inuentas: ſed precise aliquantu
lum dilatatas. nam eas tangit Archidia.in dicto.c.ſi rector.xliij.
diſtinctio.et ibi videas Dominicum de ſancto Geminiano quali
ter mali prelati comparātur aliqñ leonibus,aliqñ lupis,aliqñ cor
uis, aliquando canibus ꝛc. Et quia paulliſper digreſſione vſus
16 ſum,redeat oratio ad intentum.† Munus ergo primum prelato
rum eſt propoſitio verbi diuini:vt ſupra tetigi:quod pauci ad mo
dum prelati hoc tempore adminiſtrant.ideo ſub eis quo ad eos po
pulus famem et ſitim audiendi verbi dei patitur:vt ſcribit Hiero
nymus.ꝛ poſt eum Gratianus. in.c.audacter.viij.queſtio.j. et hoc
Hieremias deplorat. Treno.c.iiij. dicens: deleth: adheſit lingua
lactentis ad palatum eius in ſiti:paruuli petierunt panem,ſcilicet
verbum dei:et non erat qui frangeret eis:diſtinguendo ꝛ predican
do.Joan.and.ita exponit.c.qđ dei timorem.colum.ij.de ſtatu mo
nacho.Lyra ibidem Trenorum.ſcꝫ.c.iiij . declarat, adheſit lingua
lactentis ad palatum:quia non habuit lac doctrine:negligente eo
q debuit lac miniſtrare:de quo lacte dicitur prime ad Corinthios.
iij.tanq̄ paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi,propter facilē
doctrinam,ac nutrientem in predicatione gloſſ.ibi paruuli petie
runt panem:qui poſſent:ſcilicet ſolidum capere cibum, myſteria,
ſcꝫ intelligere,ſi eſſet qui frangeret:id eſt exponeret.ſed negligunt
17 hi ad quos ſpectat lanſa crudeliores feris ſuis. † Scriptura eīm
ſacra aliquando dicitur cibus,aliquando potus:potus in apertis,
cibus in occultis. Unde Eſaie.lv.dicitur.omnes ſitiētes venite ad
aquas id eſt ſcripturas.emite ꝛ comedite vite verbum. De his prela
tis qui non curant verbum diuinum proponere ſubnectit Paulus
prime ad Corinthios.ix.ve mihi eſt ſi non euangelizauero. de his
prelatis negligentibus poſt Auguſtinum dicit Gratianus.viij.q.
prima.in.c.ſunt in eccleſia quidā prepoſiti : de quibus Apoſtolus
dicit ad Philippen.c.ij.ſua querentes non que Jeſu Chriſti:tem
poralia commoda ſequentes,lucris inhiantes,honorem ab homi
nibus appetentes:hec quando amantur a prepoſito ꝛ propter hec
ſeruitur deo:quiſq̄ talis eſt , mercenarius eſt : ꝛ inter filios eius ſe
non computet:ego vt Ambroſium ſequar in.c.quid autem.viij.q.
j.non de omnibus loquor prelatis:quia quidem ea que eis conue
niunt exercent:alij autem ſunt ad hoc negligentes. Ego neminem
18 nomino:conſcientia ſua vnumquēq̄ conueniat.† Et pre oculis ha
bere digneatur principes qui quandoq̄ indignorū ad prelaturas
aſſumendorum cauſa exiſtunt.id qđ dicit Iſidorus.ꝛ poſt eum Gra
tianus in.c.principes.xxiij.q.v.vbi cognoſcāt principes ſeculi deo
ſe debere eſſe reddituros rationē propter eccleſiam quam a Chriſto
tuendam ſuſcipiunt:nam ſiue augeatur par ꝛ diſciplina eccleſie per
fideles principes:ſiue ſoluatur:ille ab eis rationē exiget qui eorū po
teſtati ſuam eccleſiam tradidit.

Summarium.

1 Prelati duces quidem eſſe debent : populum ſiquidem per
doctrinam et contemplationem ducere tenentur ad verum pa
ſtorem.
Prelati vtriuſq̄ teſtamenti veram habere debent intelligentiam
ſed heu,q̄ plurimi ſunt qui ne alterum quidem ſuperficie tenus le
gerunt.
2 Paſtor bonus pro ouium ſalute animā non veretur exponere: ſed
ve mercenarijs lanam tantum querentibus.
Paſtor bonus ciuitati in monte ſitate comparatur.
3 Prelati boni comparantur ducibus belli.
Prelatus cecus quis dicatur.
4 Cecus ſi ceco ducatum preſtet,ambo in foueam cadent.

¶ Capitulum.j.tertie partis.

SEcundo habent prelati
1 ducis † officium.c.cū ſit ars artium.de etate ꝛ qua
litate.ꝛ in.c.que ipſis.xxxviij.diſtinctio.debent eīm
gregem ſibi cōmiſſum per viam doctrine ꝛ lucē cō
templationis ſuperne ad eternam felicitatem du
cere: ideo dicitur eis Matthei.v.vos eſtis lux mundi:ſic luceat lux
veſtra coram hominibus ꝛc.ꝛ ibi Lyra dicit prelatos per intelligē
tiam ſacre ſcripture debere ex officio notificare alijs omnia opera
virtutum:in cuius ſignū portant in capite mitram:in qua ſunt duo
cornua,quia debent ſcire duo teſtamenta,vetus ſcꝫ ꝛ nouū. Archi.
ꝛ Domi.in.c.diſciplina.xlv.diſtinctio.ꝛ debent prelati eſſe conſtā
tes in oppreſſionibus pauperum reprimēdis:vt dicit Lyra vbi ſu
pra hoc facere debent more boni ducis ac militis : qui iurat ſe p re
publica mortem non euitaturum:vt vult Vegetius de re militari.
ꝛ eſt glo.in l.milites.ff.ex quib.cau.maio.in integrum reſtitu.ideo
2 dicit ſaluator Joan.x.† bonus paſtor animam ſuam dat pro oui
bus ſuis:mercenarius autem ꝛ qui non eſt paſtor:videt lupum ve
nientem ꝛ dimittit oues et fugit:quod exponens Gregorius dicit,
lupus etenim ſuper oues venit, cū quilibet iniuſtus ꝛ raptor fide
les quoſq̄ atq̄ humiles opprimit:ſed qui paſtor videbatur eſſe et

non erat, relinquit oues, ꝛ fugit: quia dum ſibi ab eo periculum me-
tuit reſiſtere iniuſtitie non preſumit: fugit autem non mutando lo
cum, ſed ſubtrahendo ſolatium: ꝛ ideo paſtor bonus ciuitati in mon-
tem poſite comparatur: quia ad ipſum debent habere oppreſſi re-
fugium: quaſi ad quoddam fortalicium: ꝛ hoc eſt quod dicit Mat.
v. non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita: quia bonus pre
latus in perſecutione non debet ſe abſcondere: ſed ad defenſionem
gregis ſe oſtendere manifeſte: ꝛ ſua lucerna omnes illuminare. et
debent laborare prelati ſicut boni milites Chriſti Ieſu vt Paulus
3 ſcribit Ad Timotheum Epiſtola ſecunda. ca. ij. † Et comparan-
tur prelati ducibus belli. in. l. iij. §. in bello qui rem a duce. ff. de re
mili. in gloſ. poſita ſuper verbo, in bello. Caueant ergo eccleſiarum
prelati ignorantiam que cecitatem inducit: vt eſt tex. in. c. ſacerdo
tes. xlix. diſtinctio. ne ceci fiant: ꝛ per viam virtutis ac doctrine pro-
gredi non valeant vna cum grege ſibi commiſſo: ꝛ eum perducere nõ
poſſint ad caulas preparatas: vnde quidam inquit ſi vos terret oues
lupus ad caulas redire volentes, cornibus clarius illum mea cum pe
tatis. Cecus quippe prelatus eſt: qui ſuperne lucem contemplatio
nis ignorat: ꝛ qui preſentis vite tenebris preſſus lucem venturam
(de qua Ioan. i. erat lux vera: que illuminat omnem hominem ꝛc.)
nequaquam diligendo conſpicit: quo greſſus porrigat neſcit. cap. hinc
etenim. xlix. diſtinctio. ꝛ ſic in foueam tenebrarum cum ſua plebe in-
4 cidit: † nam ſi cecus cecum conetur ducere ſecum in foueam ductor
primus cadit: inde ſecutor. glo. in verbo, ceco. c. poſt tranſlationem
de renun. tex. in. d. c. que ipſis. xxxviij. diſtin. ꝛ in. c. penul. de eta. et
quali. ꝛ Matthei. xv. ꝛ Luc. c. vi. ꝛ in. c. ideo prohibet. xxvij. diſtin.
de quibus Pſalmiſta Pſal. lxviij. obſcurentur oculi eorum ne vi-
deant: ꝛ dorſum eorum ſemper incurua.

Summarium.

1 Prelati eccleſiarum ſunt magiſtri populorum.
Pontificum opera ſunt in duplici differentia.
2 Prelati recta ꝛ vtilia docere debent.
Doctrina preſulis ſeu doctoris dupliciter põt eſſe vtilis.
3 Paſtores eccleſie ad magis neceſſaria debent inſudare.
Prelati non debent querere que alios doceant: cum ante prelatu-
ram ſuſceptam docti eſſe debeant.
4 Doctrina prelati ſeuiens eſſe debet, ſed pie, ne deſperationem in-
cutiat.
Prelatus lenitatem cum ſeueritate quadam debet miſcere.
5 Baculus paſtoralis qualis ſit, ꝛ quid ſignificet.
Prelati multi in ſacra doctrina tepidi.
6 Prelati non pauci pro terrenis ad mortem vſque deſudant, ceterum
pro ſpe perpetua fidelibus in celis recondita in Chriſto, ne digitum
quidem admonere curant.
7 Prelati boni ex palmarum qualitate deſignant, de quibus dictum credi
tur: quamquam ꝛ de cunctis fidelibus, ꝛ maxime de Chriſto illo qui ſolus
inuentus eſt iuſtus, dici poſſit, iuſtus vt palma florebit ꝛc.

Capitulum. ij. tertie partis.

Ertio habent prelati offi-
1 cium † magiſtri. c. cum ſit ars artium regimen ani-
marum. Hoſtië. in ſumma titu. de electi. §. ad quid.
more ſaluatoris qui fuit magiſter. Ioan. xiij. vos vo
catis me magiſter ꝛc. Et debent aſcendere in mon-
tem virtutum Matthei. v. aſcendens in montem et aperiens os
ſuum docebat dicens. beati ꝛc. tex. in cap. ſi quis vult pontifex eſſe.
xxxvi. diſtin. ꝛ ibi in text. hec duo ſunt pontificis opera: vt a deo di-
ſcat legendo ſcripturas diuinas: ꝛ ſepius meditando: aut populum
doceat non vſuras cõmittere, non adulteria perpetrare, non iudis
inſiſtere: non vagari: non rapinas, ꝛ reliqua ſcelera perpetrare: ſed
ſubiungitur in text. ſed que a deo ipſe didiſcit, non ex proprio cor-
de vel humano ſenſu: ſed que ſpiritus ſanctus docet.
2 † Debent ergo prelati docere recta ꝛ vtilia. vnde dominus dicit
per Eſaiam Eſaie. xlv. c. Ego dominus loquens iuſtitiam, annun-
tians recta. et Eſa. xlviij. ego dominus deus tuus docens te vtilia,
gubernans te in via qua ambulas: vtinam attendiſſes mandata mea
ꝛc. nam qui ea docet que ab auditoribus non valent intelligi: nõ ad
eorum vtilitatem ſed ad ſui oſtentationem facit. c. fina. xliiij. diſt. et
ibi diſpenſatio eſt nobis celeſtis ſeminis iniuncta: ve ſi non ſparſe-
rimus. vnde ibidem ſubiungitur proinde non leue diſcrimen incũ-
bit pontificibus ſiluiſſe: quod congruit. Eſt autem vtilis doctrina
preſulis ſeu doctoris dupliciter. aut inquantum reformatur homo
reſpectu dei per gratiam: que neceſſaria eſt ad ſalutem: per quam
homo iuſtificatur. ꝛ ad hoc refertur exhortatio de qua Paulus pri-
me ad Timotheum. iiij. attende lectioni exhortationi et doctrine,
que tranſlatiue habentur in capitu. qui Eccleſiaſticis. xxxvi. diſtin.
aut eſt vtilis doctrina doctoris inquantum homo illuminatur per
cognitionem, et ſcientiam ſine qua non poteſt eſſe ſaluus. et ad hoc
refertur doctrina proprie: de qua in dicto capitu. qui eccleſiaſticis.
3 † et quia gratia magis neceſſaria eſt quam ſcientia: et ad id quod ma-
gis neceſſarium eſt amplius debent inuigilare paſtores, et docto-
res, ideo Apoſtolus monens Timotheum diſcipulum ſuum ex-
hortationem prepoſuit doctrine: vbi ſupra de quo etiam textus in
capit. primo. xxxviij. diſtinctio. hec dicit Archidia. in dicto capitu.
ſi quis. xxxvi. diſtinctio. Hi autem a deo probati ſunt qui bene poſ
ſunt docere. capitu. ideo diuina. xxiiij. queſtio. iiij. dicti prelati cũ
magiſterij nomine fungantur debent alios precellere in moribus
primo. ſecundo in ſcientia. text. in. l. magiſtros. et ibi Bart. de pro-
feſſo. ꝛ medi. lib. x. C. nec tunc querere debent diſcere cum ex officio
alios debeant docere. capitu. qui eccleſiaſticis diſciplinis. xxxvi. di-
ſtinctio. et text. in capitu. conuenientibus. i. queſtio. vij. dicit non
oportet nos qui epiſcopi ſumus indigere doctrina ſed aliorum eſſe
doctores: bene facit text. in. l. ſi quis ex argentariis. §. pretor ait. ff.
de edendo. qui text. abſurdum putat edi argentario rationes: quas
4 ipſe aliis edere tenetur. de hoc dixi in prima parte. † Et debet pre-
latorum doctrina eſſe pie ſeuiens: hinc eſt quod ſemiuiui illius vul
neribus (de quo Luce. x. qui a ſamaritano in ſtabulum ductus eſt)
adhibita vinum ꝛ oleum fuere. quia per vinum moderantur vulne
ra: per oleum vero fouentur quatenus vnuſquiſque qui ſanandis vul
neribus preeſt: in vino morſum diſtrictionis adhibeat: in oleo mol
liciem pietatis. c. omnis vtriuſque ſexus de peniten. ꝛ remiſſio. per vi
num mundantur putrida: per oleum ſananda fouentur. miſcenda
eſt ergo lenitas cum ſeueritate. faciendum eſt igitur quoddam ex
vtroque temperamentum: vt neque multa aſperitate ſubditi, neque ni-
mia benignitate ſoluantur. textus. in capitu. diſciplina. xlv. diſtin.
iuxta illud. Eſt modus in rebus ſunt certi denique fines: vt vltra ci-
traque rectum conſiſtere non poſſit: vt nota. in. l. ſi quis. §. cu lege. ff.
de verborum obligatio. et illud. Inter vtrumque vola: medio tutiſſi-
5 mus ibis. glo. c. i. de offic. cuſto. in verbo modum. † ideo baculus pa
ſtoralis eſt acutus ad pungendum per ſeueritatem: et curuus ad at-
trahendum per dulcedinem: vnde dicitur. In baculi forma preſul
datur hec tibi norma. Attrahe per primum: medio rege: punge per
imum. gloſſ. in verbo, propter. in capitu. vnico. de ſacra vnctio. di-
cuntur ergo prelati magiſtri a monendo ſeu demonſtrando. ff. de
verborum ſignificatione. l. quibus. precipue. quia demonſtrare de-
bent et docere viam virtutis: et declinare a ſemita vitiorum. ideo di
citur Eſaie. lvij. viam facite: prebete iter: declinate de ſemita: aufer
te offendicula de via populi mei. ſunt tamen hodie multi prelati in
officio doctrine multum tepidi: in terrenis admodum fortes. in ce
6 leſtibus autem debiles. † nam pro temporali gloria vſque ad mortẽ
deſudare appetunt: et pro ſpe perpetua nec paruum in labore quidẽ
ſubſiſtunt: pro terrenis lucris quaſlibet iniurias tolerant: et pro ce
leſti mercede, vel tenuiſſimi verbi ferre contumelias recuſant: terre-
no ac temporali principi (a quo aliquid corruptibile expetunt) to-
to die aſſiſtere fortes ſunt: in oratione vero coram domino, vel vni-
hore momento laſſantur: a quo felicitas perpetua eſt ſperanda: ſe-
pe deiectionem, vel famem pro acquirendis diuitiis atque honori-
bus tolerant: et earum rerum ſpe ſe per abſtinentiam cruciant: ad
quas adipiſcendas feſtinant. ſuperna autem laborioſe querere tan-
to magis diſſimulant: quanto magis ea retribui tardius putant: et hi
tales vocãtur huius ſeculi dilectores. de quibus Gregorius. in. xix.
Moralium. tranſlatiue autem in capi. omnes. xlvij. diſtinc. qui ibi-
dem a Gregorio malis comparantur arboribus, pro eo quia deor-
7 ſum vaſti ſunt, ſurſum vero anguſti: † boni autem prelati ex quali-
tate palmarum deſignantur: ideo de eis dicitur iuſtus vt palma flo
rebit. Pſal. xci. quia nequaquam ſunt in terrenis deſideriis fortes: ꝛ in
celeſtibus debiles: ſed longius atque diſtantius ſtudioſos magis ſe
deo exhibent: quam ſeculo fuiſſe meminerint. textus in dicto capitu.
omnes. xlvij. diſtinctio.

Summarium.

1 Prelati paſtoris vice cenſentur fungi.
Paſtores eccleſie gregem ſibi commiſſum qualiter debeant pa-
ſcere.
2 Prelati diligenter non paſcentes ſibi cõmiſſas oues, Chriſtum ſe
amare mentiuntur.
Prelati ſancte conuerſationis exemplo gregem paſcere, debẽt ſi-
cut et veritatis verbo.
3 Prelatis nõ ſufficit bona et recta conſcientia, ſed ꝛ apud eos qui
foris ſunt debet eſſe eſtimatio bona.

Prelati

4 Prelati gregem ſibi cōmiſſum paſcere debēt adminiſtratione ſacramentorum.
5 Chriſtus quare ter Petro dixerit, paſce oues meas.
6 Prelati eccleſiarũ exemplo Naboth vineam ſuã & potius dñi, ſanguine ſuo debent defendere.
7 Prelati in neceſſitate debent ſubditos alimēto corporali paſcere.
8 Bona eccleſiarũ debent eſſe pro ſuſtētatione pauperum.
9 Prelati bona eccleſie qualiter debeant expendere.
Clericus concubine de bonis eccleſie nõ poteſt donare.
10 Epiſcopi nomine multi ſunt, ſed re ipſa pauci.
Paſtor quã excuſationē habere poſſit ſi lupus oues comedit.
11 Negligentia in prelato in concernentibus officium ſuum eſt mortale peccatum.
Diſſimulatio in prelatis eſt mortale peccatum.
12 Prelati ob complacentiam ſubditorum non debēt omittere correctionem eorum.
13 Prelatus negligens deponi debet.
14 Judex negligens ab adminiſtratione deponi debet.
Negligentia magna eſt culpe annumeranda.
15 Prelatus nedum de dolo et lata culpa ſed etiam de leuiſſima tenetur.
16 Beneficium maius maiorem requirit diligentiam.
Prelati circa gregem ſibi cōmiſſum vigiles eſſe debent.
17 Epiſcopum vigilantē, ſollicitũ ac ſobrium eſſe oportet.
18 Epiſcopi ſuperintendentes dicuntur: curam enim gerunt ſubditorum.
19 Opera pontificis que ſint.
20 Eccleſiaſtici quibus vitijs ſint irretiti.
21 Prelati eccleſiarum quales eſſe debeant.
22 Timotheꝰ eccleſie Epheſine epũs a Paulo inſtruitur de pertinētibus ad officium epiſcopi.

¶ Capitulum.ij.tertie partis.

Quarto habēt prelati offi-
1 cium † paſtoris.c.ne pro defectu paſtoris lupus
rapax.de elec.& c.poſtq̃.l.diſt.tex.in.c.innotuit.
& in.c.cum Vintonēſis.& in.c.cũ dilecti.& in.c.offi
cij.& c.ſcriptũ.cũ ſimilibus.ti.de elec.in antiq.
& c.oues que ſuo paſtori.ij.q.vij.& c.oues paſtorem.vi.q.j.ideo iu-
bet dñs p̃latos attētos eſſe circa gregē ſibi cōmiſſũ.Act.xx.vbi
habetur, attēdite vobis et vniuerſo gregi, in quo vos ſpũſanctꝰ
(et vtinam talis fuerit ingreſſus) poſuit epõs regere eccleſiam dei
quam acquiſiuit ſanguine ſuo.que trãſlatiue ſunt.in.c.ſuggeſtum.
vij.q.j.Modum gregis paſcendi ponit Petrus.j.Petri.v.Cum
dicit: paſcite qui eſt in vobis gregem dei.glo.ibi.i.populũ cōmiſ-
ſum veſtro regimini prouidentes.gloſ.ſubditis de oibus neceſſa-
rijs non coacte.ſed ſpontanee: quia voluntariũ militē diligit deꝰ.
c.non eſt.xv.q.j.ſm deum.neq; turpis lucri gratia ſed voluntarie.
neq; vt dominantes in clerieſed forma facti gregis ex animo.i.te-
nentes debitã humilitatem ad ſubditorum informationē.glo.ibi
ita exponit.& cum apparuerit princeps paſtor, percipietis immar-
2 ceſſibilem coronam glorie.hec ibi.† Et niſi prelati diligēter paſcãt
oues ſibi cōmiſſas: Chriſtum verũ paſtorem non videntur amare:
quia Chriſtus dixit: Symon Joannis amas me: paſce oues meas.
Jo.xxi.& in.c.in ſcripturis.viij.q.j.debent eccleſiarum prelati qui
paſtores dicuntur paſcere greges ſuos inſtructioni verbo.text.in
c.epheſijs.xliij.di.qui dum increpare delinquētes nolunt, eos pro-
culdubio tacendo paſtores occidunt: occidũt in quam fame verbi
dei: quod eſt anime cibꝰ.Gratianus ibidē per text.in.c.audacter.
viij.q.j.e non corripiendo eos in malitia fouent: negligere enĩ cũ
poſſis perturbare peruerſos, nihil eſt aliud q̃ eos fouere.tex.in.c.
error.lxxxiij.diſt.quod ſm gl.ibi de prelatis intelligitur.de verbo
predicationis et doctrine ſatis eſt dictum in primo & tertio prela-
torum officio.Secũdo debent prelati paſcere gregem conuerſatio-
nis honeſte exēplo: quia qđ agitur a prelatis facile trahitur a ſub-
ditis in exēplum.c.magne.de voto et vo.redemp.dixi.ſ.in princi-
pio.Juxta illud Claudiani. Cōponitur orbis regis ad exemplũ:
nec ſic flectere ſenſus humanos edicta valent: vt vita regentis. Et
eccleſiaſtici.x.ſm iudicē populi ſic et miniſtri eius. & qualis rector
eſt ciuitatis: tales et inhabitantes in ea: a malis ergo p̃lati caueãt
exēplis: nam ipſi poſiti ſunt tanq̃ ſignum ad ſagittã.c.qualiter &
quãdo.in ſecũdo de accuſa.& Trenorũ.iij.poſuit me quaſi ad ſagit-
3 tam.† quare prelatis non ſufficit bona & recta conſcientia: ſed re-
quiritur extrinſecus bona eſtimatio et fama propter exemplum.
ad Roma.xij.prouidentes bona non tantũ coram deo: ſed etiam
coram oibus hoibꝰ.et.ij.ad Corin.viij.& c.nolo.xij.q.j.alias animas
occidunt.text.in.c.non ſunt audiendi.xi.q.iij.pro quo etiam text.
Matthei.xvij.vt autem non ſcandaliſemus eos vade ad mare &c.
nam Chriſtus qui non erat legi obnoxius, ratione exempli voluit
reddere tributũ: ne ſui exemplo putatiue malo alij peccarēt: ideo
dicit tex.in.c.precipue.xi.q.iij.ſcire debent prelati eccleſiarum qđ
ſi peruerſa vnq̃ perpetrant, tot mortibus digni ſunt: quot ad ſub-
ditos ſuos perditionis exempla tranſmittunt. vnde neceſſe eſt vt
tanto ſe cautius a culpa cuſtodiant: quanto per praua que faciunt
4 non ſoli moriuntur.† Tertio debent prelati eccleſiarum paſcere
gregem ſibi commiſſum ſacramentorum adminiſtratione.c.inter
cetera.de officio ordi.& c.non prohibeat diſpenſator.de conſecra.
diſtin.ij.& c.de his.de conſecra.diſtin.v.Et omnes anime dioceſis
ſunt cōmiſſe poteſtati epiſcopi.c.quicunq;.x.q.j.et.c.precipimus.
xij.q.j.et omnes de dioceſi dicuntur parochiani epiſcopi.c.licet.de
fer.et cap.primo de rapto.ideo dicitur ei: diligenter agnoſce vul-
tum pecoris tui tuoſq; greges conſidera.Prouerb.xxvij.Jo.and.
et Philip.Fran.in.c.ij.de peni.& remiſ.libro.vi.& quia epiſcopus
nõ poteſt intendere confeſſionibus omniũ de ſua dioceſi: nec ad-
miniſtrationi ſacramentorum: ideo habet rectores parochiales:
qui ſunt vocati in partem ſollicitudinis: habēt tamen epiſcopi ſo-
li facultatem abſoluendi ſuos ſubditos in certis caſibus: de quibꝰ
habes glo.in verbo referuantur.c.ſi epiſcopus.de peni.& remiſ.in
vi.& ibi Domi.Jo.and.& Philip.Fran Hoſtiē.in ſumma in ti.de
4 peni.& remiſſio.§.cui confitendum ſit.† Et quia verbo, exemplo & ſa-
cramentorum adminiſtratione debent prelati paſcere gregem ſibi
commiſſum: ideo Chriſtus dixit Petro ter: paſce oues meas ſiue
agnos.Jo.xxi.& item etiam quia debent dicti prelati docere ſidem
trinitatis: & quia pariter tres hominũ ſpecies debent prelati in-
ſtruere.ſcilz virgines, continentes & coniugatos.ideo ter fuit Pe-
tro dictum: paſce oues meas.Archid.in.c.imitare Petrum.vi.q.
j.Debent quoq; eccleſiarum prelati paſcere gregem ſibi a domino
creditum temporali ſubſidio: nec ipſum deſerere debent in perſe-
cutionibus: immo eque perniticioſum foret prelatis derelinquere
ſuam plebē in aduerſitatibus ſine ſubſidio: ſicut rectori nauis ſuã
deſerere nauim in fluctibus.text.in.c.ſciſcitaris.vij.qđ.j.in quo.c.
ſubnectitur loquendo de prelatis.ſed qđ precipue nos qui tanq̃
arietes ducatum gregibus prebemus: immo qui & homĩ paſtores
ſumus deo autore: cum eis in periculis pro viribus perſiſtere p cer-
to conueniat: et cum tranquillitas reddita diuina fuerit pietate:
ſopitaq; furentium infeſtatio: mox gregem perquirere: & in vnũ col-
ligere: & eius animo celeſtis patrie pace, ac potiſſimum ſecuritate
predicata ſurſum erigere debemus. Et tandiu ſuper eorũ cautela
oportet nos eſſe ſollicitos: vt ſi nei iudicio preſentis temporis cō-
moda fortaſſis amittunt: future vite ſe ſperent gaudia abſq; ambi-
guitate percipere ſempiterna. hec ibi: que nota. nam ſunt verba
aurea.bonus prelatus Chriſti exemplo oportuno tempore debet
animam ſuam pro ouibus exponere.c. ſuggeſtũ.vij.q.j. vt.ſ. dixi.
de hoc tex.in.c.niſi cum pridem.de renũ.& Panor.in.c.j.de treuga
6 & pace.Et debēt eccleſiarũ prelati eſſe Naboth imitatores qui ſan-
guine vineam ſuam defendit.vt habetur.iij.Regũ.c.xxi.& tranſla-
tiue in.c.conuenior.xxiij.q.viij.ſic prelati debent eccleſiam ſibi cō-
miſſaũ defendere.vt in dicto.c.conuenior.glo.de hoc in verbo eter-
nam in.c.clericis.de immunitate eccleſia.in.vj.ſeruando tamen di-
ſtinctionem quam habes in.c.aduerſitas.in.§.hoc etiam.vij. que-
ſtio.j.de multis tamen hodie poteſt dici quod habetur Hieremi.
xij.paſtores multi demoliti ſunt vineam meam conculcauerũt par-
tem meam, dederunt portionem meam deſiderabilem in deſertum
7 ſolitudinis: poſuerũt eã in diſſipationem.† Debēt quoq; eccleſia-
rum prelati paſcere gregem ſibi cōmiſſum corporali alimēto: pau-
peribus neceſſaria adminiſtrando.c.aurum habet eccleſia.& c.glo-
ria epiſcopi.xij.q.ij.fraudare quod eſt pauperum ſacrilegium eſt.
in dicto.c.gloria.ſunt autem bona eccleſie bona pauperum. tex.in
c.indigne.xij.q.ij.Et.c.vltimo.xvi.qđ.j.vbi text.qui autem bonis
parentum, & opibus ſuſtentari poſſunt: ſi quod pauperum eſt acci-
piunt ſacrilegium profecto incurrunt & cōmittunt: & per abuſio-
nem talium iudicium ſibi manducant & bibunt: quod intelligi ſi ex
auaritia, & cupiditate hoc faciunt: vt viuãt ſuperflue, et luxurioſe.
Archi.ibidem.nã poteſt licite clericus ex bonis eccleſie viuere ho-
neſte & ſuum patrimonium conſeruare pro ſuis heredibus. et ita
tenet Panor.in.c.poſtulaſti.de reſcrip.col.ſi.et idem in.c. epiſco-
pus.de preben.col.ij.ij.& Jnno.in dicto.c.epiſcopus.pleniſſime de
hoc do.Feli.in.d.c.poſtulaſti.poſt canoniſtas et theologos.col.x.
verſicu.quomodo clericus.text.in. c. ſine exceptione decernimus.
xij.q ij.dicit, epiſcopus rebus eccleſie tanq̃ cōmodatis non tanq̃
8 proprijs vtatur.† qualiter bona eccleſiarũ dicũtur pauperum quo
ad ſuſtentationem: vide Panor.in.ca.cum ſuper.de cauſa poſſeſ.&
proprie.col.v.et ibi per eũ quis habeat proprietatē & poſſeſſionẽ
rerũ eccleſie.ſuper quo vide repetitionē dñi Andree barba.in.c.ſi
quis ſane.de peculio cleri.q pleniſſime materiã attigit. prelati er-
go quoꝝ admodũ vt videmꝰ fructus ſunt aucti debēt pauperibus
diſtribuere neceſſaria.neq; enĩ minus eſt criminis habēti tollere q̃
cum poſſis & abundans ſis indigentibus denegare.eſurientiũ pa-
nis eſt quem tu detines.nudorum indumentum eſt qđ tu recludis
& miſerorum redemptio eſt & abſolutio pecunia quãtu in terre de-

fodis.tantorum ergo ſcias te inuadere bona quantis poſſis preſta
re quod velis hec Ambroſi⁹.que ſunt tranſlata in.c.ſicut hi.xlvij.
9 diſt.† Nec debent expendi bona eccleſie in cõmeſſationibus et ebrie
tatibus ac illecebris:quoniam ſacerdotibus de bonis eccleſie viue
re et nõ luxuriari permittitur.xliij.diſt.in prin.Et quemadmodũ
donatio facta a milite armate militie concubine non tenet.tex.
et ibi Bal.et Bar.l.ij.C.de dona.inter virum et vxo.ſic nec donatio
facta a clerico concubine:ſi quam habeat non tenet.Bar.in.d.l.ij.
et idem Bar.in.l.affectionis.de dona.ff.hoc etiam tenet Panoꝛ.
in.c.i.de clerico egro.col.i.pro quo facit glo.notabilis in.l.miles.
que eſt poſita in verbo facere poteſt.ff.de re iudi.que vult priuile
gia conceſſa militibus terreſtris militie competere militibus cele
ſtis militie.Hodie tamen ſunt multi prelati qui nec ſupradicta of
ficia nec alia que ſibi ex dignitate incumbunt proſequũtur:de qui
bus loquitur Hieronymus ad Eliodoꝛ vt habetur tranſlatiue in
10 cap.nõ omnes†epiſcopi ſunt epiſcopi.ij.q.vij.dicens ſal infatua
tum.glo.ibi.ideſt ſtulti prelati inſipidi in predicando:fatui in de
linquendo:ad nihilũ prodeſt niſi vt proſiciatur foras.i.deponatur
glo.et ibi Arch.et Dominic⁹ de ſan.geminiano ibidem.et a poꝛcis
conculcetur.i.a demonibus qui dominantur malis prelatis quaſi
porcis ſuo.glo.ibidem.et tex.in c.miramur.xxiij.q.i.in finalibus
verbis.Et animaduertãt prelati qui vt pmiſſum eſt habẽt officiũ
paſtoris ad bene ſibi creditas a domino oues cuſtodiẽdas:nec eas
a lupis rapacibus permittant deuoꝛari:et ſic inuigilẽt gregi ſibi cõ
miſſo ne qua ouis pereat:quoniam non poteſt eſſe paſtoris excuſa
tio:ſi lupus oues comedit et paſtoꝛ neſcit.c.ſi culpa.de regulis iuris.
in volumine gregoꝛiano.nam tenetur paſtoꝛ de cuſtodia.l.qui mer
cedẽ.ff.locati.et ibi Bar.et Spec.in tit.de actione et peti.in ver.item
nota.nec debent oues ſine cuſtode dimitti alias imputatur paſto
ri.ff.ne ventre in poſſeſ.mit.l.i.§.idem ait ad cuſtodienda.et.ff.cõ
11 modati.l.ſi vt certo.§.ſi de me.et ibi Bar.†Et caueãt prelati negli
gentiam in paſcendis gregibus:quoniam negligentia talis eſſet
moꝛtale peccatum.vt notat gl.in verbo reſtu.in.c.ea que.de offi.
archi.et ibi Jo.an.et Anto.de butrio.Inno.in.c.querelã.col.i.de
elect.dicit negligentiam prelatoꝛum eſſe crimen.pro quo allegat.i.
q.i.§.ecce cum honoꝛis.qui.§.eſt ſub.c.ſi quis epiſcopus.et etiam
allegat pro hoc.c.negligere.ij.queſtio.vij.et ꝙ negligentia pre
latoꝛũ ſit moꝛtale peccatũ:ita tꝫ Panoꝛ.i.c.i.de treug.et pace.col.
i.Et nedũ negligẽtia in prelatis eſt peccatũ capitale:immo etiam
diſſimulatio quandoqꝫ vt notat glo.in verbo,diſſimulatione in.c.
clericis.de immunitate eccle.quã glo.ſequitur Panoꝛ.in.d.c.i.de
treuga et pace.col.i.hoc ita tenet Feli.in.c.licet heli.de ſimo.quem
ibi videas.p hoc facit tex.in.c.ſi.xlvij.di.et ibi tex.notabilis qualr
cõſcientie platoꝛ cõuenit ſemp dare operã ne qs culpa coꝛ de eccl'ia
pereat:qm in die iudicij reddituri ſunt cõnẽ de coꝛreptione ſubdi
12 toꝛ:vt eſt tex.in dicto.c.ſi.xlvij diſt.et ita notat ibidẽ Domi.† nec
propter complacentiam ſubditoꝛum debent prelati dimittere coꝛ
reptionem eoꝛum:vt eſt tex.in dicto.c.ſi.quoniam hominibus cõ
placendo ſeruuli dei eſſe nõ poſſent ſecundum Paulũ ad galatas.
i.et trãſlatiue in.c.qꝺ ad nos.xlvij diſt.et ibi Dominic⁹ de ſancto ge
miniano diſtinguit duplicẽ prelatoꝛũ cõplacentiã.nã quedam eſt
que tendit ad vitia.vt quia prelatus vult complacere peſſime vo
luntati ſubditoꝛũ faciendo pꝛout ipſi volunt:qualem complacen
tiam prelati querere nõ debẽt:vt in dicto c.quod ad nos.Alia eſt
cõplacentia que tendit ad leuiandum penam delictoꝛum:quã cõ
placentiam prelatus querere debet erga coꝛrigibiles:erga incoꝛri
gibiles vero non.et ita ſecundo modo poteſt intelligi tex.in dicto.
c.quod ad.ſecũdum Geminianũ ibidem.Et ſi fuerint dicti prela
ti negligentes in gregibus paſcendis ea nõ agendo que ſibi ex pꝛe
13 lature debito incumbunt:poſſunt a prelaturis deponi.†nam ne
gligentia in prelato depoſitionem expoſcit.ita tenet glo.in verbo
negligentiam.et ibi eſt tex.lxxxi.diſt.in.c.dictum tex.et ibi gl.ſuper
verbo negligens.in.c.cum ad monaſterium.de ſtatu monacho.et eo
no.regula.et ita tenet ibidem Panoꝛ.et in.c.ſi.eo titu.Idem tenet
in vtroqꝫ loco Jo.an.vt.ſ.propter negligentiam debeat prelatus
deponi.nõ tamen omnis negligentia eſt depoſitione digna etiam
in prelatis regularibus.ſed requiritur ꝙ talis negligentia ſit ma
gna vt tenet glo.in verbo,negligens.in dicto.c.cũ ad monaſteriũ:
quam glo.ad hoc notabilem reputat ibidẽ Panoꝛ.co.iiij.p quo
videtur text.in.c.ſi.dicto titulo de ſtatu monacho.et notatur in.c.
quicquid.i.q.i.quod bene notandũ dicit Panoꝛ.in.d.c.ſi.et ꝙ pꝛe
latus debeat deponi propter negligentiam.bene facit text.in.l.ſi
14 quos.C.de offi.prefec.pretoꝛio oꝛientis.vbi tex.†ꝙ propter ne
gligentiam index debet deponi ab adminiſtratione.et ibi Salice.
pro hoc etiam facit tex.in.l.carceri.ff.de cuſtodia reoꝛũ.vbi carceri
prepoſitus propter negligentiam eſt remouendus.glo.in.l.ad cõ
mentarienſem.C.de cuſtodia reoꝛum.in verbo qui fugerit.que gl.
penã que commentarienſibus imponitur propter negligentiã
applicat prelatis dicens.Itẽ et facit cõtra prelatos erga ſubditos
negligentes in finalibus verbis dicte glo.Magna etenim negligẽ
tia culpe ac dolo annumeratur.l.magna.ff.de verbo.ſi.Et ipſi pꝛe
lati tenentur de dolo culpa lata et leui ad inſtar tutoꝛis.C.de peric.
tuto.vel cura.l.ſi res pupillares.et.l.quicquid.C.arbitrium tutele.
ita tenet glo.in verbo negligentis in.c.Ea que.de offi.archi.quam
glo.notabilem dicit Anto.de butrio in dicto.c.ea.dicens illã glo.
declarare melius ꝙ alia quando prelatus de culpa:et de qua tenea
tur.Et dicit ibidem dictus dominus Anto.poſt alios doct.ꝙ vi
detur prelatos teneri non ſolum de dolo et culpa leui:immo etiã
15 de leuiſſima:nec mirũ †quia qui pretium capit pro cuſtodia tene
tur de leuiſſima:ſed prelatus pluſꝙ pretium recipit.quia plus eſt
habere dignitatem ꝙ pretium.ergo tenebitur de leuiſſima.Eadẽ
verba ponit Jo.and.in.d.c.ea.de officio Archi.an autem accipiẽs
pretium pro cuſtodia teneatur de leuiſſima.Panoꝛmi.dicit in.c.
bona fides.colum.i.de depoſito.ꝙ communiter tenetur hoc caſu
de leui leuem culpam et non leuiſſimam,cum talis contractus fiat
gratia vtriuſqꝫ:et in contractibus qui fiunt gratia vtriuſqꝫ non ve
nit leuiſſima culpa.pro quo tex.in.l.ſi vt certo.§.nunc videndum.
ff.commo.facit quod no.in.l.contractus.ff.de regu.iu.et ita tenet
idem Panoꝛ.in.c.vnico de commodato.colum.ij.Et ratio eſt qua
re in contractibus qui fiunt gratia vtriuſqꝫ non veniat leuiſſima
culpa ſicut in contractibus que fiunt gratia tantum recipientis:qꝛ
in contractibus que fiunt gratia vtriuſqꝫ non verſatur tantum be
neficium reſpectu recipientis:ſicut ſi ſolum eſſet contractus init⁹
16 gratia recipientis†.et ſic vbi eſt maius beneficiũ maioꝛ debet ad
hiberi diligentia pro rerum conſeruatione.pro hoc facit text.in.c.
cum in officiis.de teſta.et per hanc rationẽ poſſemus concludere
poſt Jo.an.Inno.et Anto.de butrio,in dicto.c.ea.de offi.arch ꝙ
cum depoſitarius teneatur de dolo et culpa leui ſi mercedem acce
pit pro cuſtodia.ff.depoſiti.l.i.§.ſi quis ſeruum.et.c.bona fides.et
ibi Hoſti.Jo.an.et Panoꝛ.ꝙ prelatus qui pluſꝙ pretium capit
puta dignitatem que eſt maioꝛ pretio:magis ſit aſtrictus ad oniũ
cuſtodiam ꝙ accipiens pretium pro cuſtodia.et ſic ꝙ teneatur de
culpa etiam leuiſſima pro quo videas Inn.Jo.an.et Anto.but.in
dicto.c.ea que.de officio archidia.quare vigiles debent eſſe prelati
eccleſiarum pro ouium ſuarum cuſtodia:quia vt ſupra dictum eſt
ſi pereat aliqua eoꝛũ ouicula:tenentur ipſi de leuiſſima culpa:ad
vigilandum eos hoꝛtatur id euangelicum luce capite ſecundo:pa
ſtores erant in regione eadẽ vigilantes:et cuſtodientes vigilias no
ctis ſuper gregem ſuum:quos claritas dei circunfulſit:et angelica
viſio apparuit.quod de epiſcopis diu⁹ Ambroſius ſuper idẽ euã
gelium expoſuit dicens epiſcopos ad tuendum populum a domi
no oꝛdinatos:p quo facit text.in.c.tõgis oꝛdo.centeſima diſt.vbi
in fine dicitur loquendo de epis:et circa ſubiectoꝛũ actus ſit cura vi
17 gilãs.et.lxxxiiij.di.in prin.† ſollicitũ quoqꝫ et vigilãtẽ opꝫ eſſe epũ.
et eadẽ di.c.nuntiatũ ẽ.epi in his que eos iuſte ſm deũ agere cõue
nit vigilãtes exiſtant.Nec debẽt prelati eſſe intenti circa ſecularia
negotia.ſꝫ debẽt occupari his ſtudiis p que ſal⁹ hoib⁹ dat:vnde in
epiſtola Petri ad Clemẽtẽ.de qua i.c.te qdẽ.xi.q.i.habet te qdẽ
opꝫ irreprehẽſibiliter viuere:et ſummo ſtudio niti vt oẽs vite hui⁹
occupationes abiicias:ne fideiuſſoꝛ exiſtas:ne aduocat⁹ litiũ fias:
neue in aliqua occupatione pꝛſus inueniaris mũdialis officij occa
ſione pplexus.neqꝫ eni iudicẽ,neqꝫ cognitoꝛẽ ſecularium negotioꝝ
hodie te oꝛdinare vult Chꝛiſtus,ne pꝛocatus pñtib⁹ hoiꝫ curis:nõ
poſſis verbo dei vacare.hec vero opa ꝗ tibi cõgruere minus dixim⁹
exhibeãt ſibijnuicẽ vacãtes laici:et te nemo occupet ab his ſtudiis
18 perꝗ ſalus hoib⁹ dat.†nã epi ſuperintendẽtes curã gerẽdo ſubdi
toꝝ dicunt:et ſpeculatoꝛes.ac pſpicientes pplõꝝ infra ſe poſitoꝝ
moꝛes et vitã vocãtur.c.cleros ac clericos.xxi.di.ſed heu hone dens
hac tẽpeſtate creati ſunt multi epi qui foꝛte nunꝙ ſuarũ ouiũ vultũ
pſpicient a quinquaginta aut ſexaginta annis et vltra.vt audiui Pãs
pilonẽſem dioceſim ſuas nõ ingreſſus eſt epũs:pleriqꝫ id gen⁹ dioce
ſes reperies quare qualẽ dicti epi reddẽt de ſuis ouib⁹ rõnẽ:quas
nunꝙ viderũt:cũ cõparebũt ante tribunal furibũdi.ac tremẽdi iu
dicis:iuxta id qꝺ habet in.c.ſi.xlvij.diſt.et ibi p Geminianũ.ſupe
intẽdãt ergo pontifices pplo ſibi cõmiſſo et exequant qꝺ Hiero
nymus de eis ſcripſit in leuitico.de quo in c.ſi qs.xxxvi.di.vbi ſi qs
vult pontifex eſſe.nõ tã vocabulo,ꝙ merito imitet Moyſen:imi
tet et Aaron,qui nõ diſcedebãt de tabernaculo dñi et erat Moyſes
indeſinẽter in tabernaculo dñi:vt aut a deo aliqd diſceret:aut ipſe
19 pplm doceret †hec duo ſunt põtificis opa:vt a deo diſcat legendo
ſcripturas diuinas:et ſepius meditãdo.aut pplm doceat illa que a
deo didiſcit:hec ibi.vt.ſ.dixi.qꝺ hodie pauci faciũt plati alij igno
rãtia pꝛediti:alij ſcuria ducti,alij diſtãtia locoꝝ ꝗ inhabitãt a ſuis
platuris pꝛediti:vtinã in toto clero aliquã bonã vite ac moꝝũ dñs
dignetur apponere reformationẽ:et fiat de capitibus:ſicut effectũ
eſt de pauperibus mendicantibus.optimum ſiquidẽ foret ſi a ca
pitib⁹ ipſa inciperet reformatio.nam a capite ratio edi⁹dꝫ.l.argen
tari⁹ rõnes.§.edi.aũt.ff.de edẽ.qm iuxta cõe puerbiũ.dũ caput do
let cetera mẽbꝛa dolent.pꝛo quo tex.in.c.ſẽt plurimi.i.§.verũ hec.
et in.c.ex merito.vi.q.i.Et totũ coꝛpus moꝛbus inuadit.ſi nõ fuerit
in capite curatus.tex.in.c.ſicut inquit.ij.q.vij.ideo dicit Auguſti
nus ad Valeriũ:de quo in.c.ante omnia.xl.di.nihil eſt in hac vita
et maxime

et maxime in hoc tempore difficilius ⁊ laborioſius, ⁊ periculoſius epiſcopi ⁊ preſbyteri, aut diaconi officio: ſed apud deum nihil beatius ſi eo modo militet, quo noſter imperator precepit, ⁊ ibi Dominicus. pauci admodum tamen nunc eccleſiaſtici militant in dei
20 eccleſia prout dñs ordinauit bonis reformatis exceptis. †De quibus alij viri eccleſiaſtici diſſolutionibus intendentes, que ſua ſunt precise querentes, nec regiminis in ſe rationem habentes, nec ſua delicta detergentes, nec filiorum ſeu ſuorum ſubditorũ crimina corrigẽtes (qui potius tales canes impudici ſunt dicendi ꝙ prelati. vt eſt tex. in. c. q nec regimini. ij. q. vij. ⁊ ibi Gemisian⁹.) qñq; deriſorie malos conficiunt ſermones ſaſpidos: quos malos clericos ludibrio habentes bonos reformatos in futurũ dicturos arbitror id qđ habet Sapiẽtie. v. ibi, hi ſunt quos aliquãdo habuimus in deriſum et in ſimilitudinem improperij: nos inſenſati vitam illorũ eſtimabamus inſaniam: ⁊ finem illorum ſine honore. Ecce quomodo cõputati ſunt inter filios dei ⁊ inter ſanctos ſors illorum eſt. Ergo errauimus a via veritatis ⁊ iuſtitie lumen non luxit nobis: ⁊ ſol intelligentie non eſt ortus nobis: laſſati ſumus in via iniquitatis ⁊ perditionis: ⁊ ambulauimus vias difficiles. viam autem domini ignorauimus. quid nobis profuit ſuperbia: aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis: tranſierunt omnia illa tanꝙ vmbra: ⁊ tanꝙ nuntius precurrẽs: et tanꝙ nauis que pertranſit fluctuantẽ aquã: aut auis que tranſuolat in aere: cuius nullum inuenitur argumentum itineris illius. ⁊ paulopoſt ſubiungitur: in malignitate autem
21 noſtra conſumpti ſumus. †Quales autem debeant eſſe prelati eccleſiarum dixi in ſecunda parte: vbi appoſui triginta ⁊ quinq; requiſita quo ad eligendos: ex quibus alie qualitates etiam poſſunt ſumi. quibus addas tex. in prima epiſtola Pauli ad timotheũ. c. iij. ibi, oportet epiſcopum irreprehenſibilem eſſe: vnius vxoris virum ſobriũ, ornatũ, prudentem, pudicũ, hoſpitalem, doctorem, non violentum, nõ percuſſorem, ſed modeſtum, non litigioſum, nõ cupidum, ſed ſue domui bene prepoſitum, filios habentem ſubditos cum omni caſtitate. ſi quis autem domui ſue preeſſe neſcit quomodo eccleſie dei diligentiam habebit: non neophitum: ne in ſuperbiam elatus incidat in iudicium diaboli. oportet autem et illum teſtimonium habere bonum ab his que foris ſunt: vt nõ in opprobriũ incidat: ⁊ in laqueũ diaboli. Et idem Paulus ad Titũ. ca. j. oportet epiſcopum ſine crimine eſſe: ſicut dei diſpenſatorem, non ſuperbum, non iracundum, non violentum, nõ percuſſorem, nõ turpis lucri cupidum, ſed hoſpitalem, benignum, ſobrium, iuſtũ, ſanctum, continentem, amplectentem eum qui ſecundum doctrinam eſt fidelem ſermonem: vt potens ſit exhortari in doctrina ſana: ⁊ eos qui contradicunt arguere. ⁊ vide totam illam epiſtolam
22 primã ⁊ ſecũdã apoſtoli ad timotheum. †vbi cũ Timotheus fuiſſet in epiſcopũ eccleſie Epheſine ordinat⁹ a Paulo inſtruitur de his que ad epiſcopi officiũ pertinẽt: vt dicit Lyra in. c. j. prime ad timotheum epiſtole: vel ſecundum aliquos cum eccleſia Epheſina eſſet principalis totius prouincie Epheſine in qua erãt multi epiſcopi per Timotheũ inſtituẽdi propter qđ Paulus inſtruxit Timotheum: quales eſſe deberent inſtituendi in epiſcopos: vt dicit Lyra ad timotheũ prie epiſtole. c. iij. ⁊ illa Pauli doctrina (de q̃ in. c. vnum orariũ. xxv. diſt.) optime exponitur ⁊ declaratur a. xxv. diſ. vſq; ad quinquageſimam. ⁊ ibi per Arch. ⁊ Dominicũ de ſancto gemi. ⁊ in multis alijs diſtinctionibus: ⁊ maxime vſq; ad. lxj. et in diſtin. lxxxiij. ⁊. lxxxvij. ⁊. lxxxviij. ⁊. lxxxix. ⁊c. ¶ Et ſi voti foret mei vlterius progredi in declarandis ac diſcutiendis alijs prelatorum officijs: tamen quia quatuor premiſſa exiſtunt principaliora, et magnitudo que admodum grandis exiſtit negociorum per me pertractandorum que artuum meorum vires mei tenuiſſimas excedunt: hic terminum ac metam figere cogit. omnia tamen premiſſa dixiſſe profiteor ſub maiorum meorum correctione, ac proteſtatione: de qua in. c. damnamus. de ſum. trini. ac fide catho. ad laudẽ indiuidue trinitatis patris ⁊ filij ac ſpiritus ſancti, vnius ſolius dei eterni. immenſi, incõmutabilis, incõprehenſibilis, omnipotẽtis, ineffabilis, omnino ſimplicis: qui in fine ſeculi iudicaturus eſt viuos ⁊ mortuos: et redditurus ſingulis ſecundum opera ſua tam reprobis ꝙ electis: qui omnes reſurgemus in proprijs corporibus recepturi ſecundum opera noſtra ſiue mala, ſiue bona: alij cum diabolo penam perpetuam: alij cum chriſto gloriam ſempiternam: quam nobis ſua ineffabili bonitate atq; immenſa clementia meritis ac precib⁹ alme virginis matris domini noſtri Jeſu chriſti (cuius virginis hac luce vigiliam annuntiationis angelice agimus anno incarnationis dominice quingenteſimo vndecimo ſupra mille) omniumq; interceſſione ſanctorũ cõcedere dignet ille qui in trinitate perfecta viuit ⁊ regnat per infinita ſeculorũ ſecula. Amen.

¶ Laus deo.

FINEM HIC FACIEMVS TERTIO
Volumini Tractatuum diuerſorum Doctorũ
vtriuſq; cenſuræ, mirificè & aucto &
illuſtrato, Ad laudem & gloriam
omnipotentis Dei &
Virginis Mariæ.

AMEN.

¶ Regeſtum.

aA bB cC dD eE fF gG hH iJ kK lL mM nN oO pP qQ rR sS tT vV xX yY zZ Aa Bb cDe Ff Gg Hh Ji Kk Ll Mm Nn Oo Pp.

¶ Omnes terniones, Dempto cDe duerno.

LVGDVNI.

Per Dionyſium de Harſy, impreſſorem.

M. D. XXXV.

